tũ. Nã ꝛ inaĩata ꝛ inſenſibilia ſanctificari
dicunꝰ. vnde tẽplũ Salomonis ſctificatũ
fuiſſe teſtaꝰ dñs.iij.Reg.ix.dicẽs ſalomo
ni. Sãctificaui domũ hãc quam edificaſti
mihi. tabernaculũ q̊ʒ ſctm̃ ꝛ vaſa tẽpli ſan
ctificata dicunꝰ. Nu.vj.ꝛ Exo.xl. ꝛ multe
alie irrõnales creature appellanꝰ ſcificate
vt declarat Alexã.de ales in.iij.ſen.di.ix.

Correlarium

ar.j.q.j. Verũ q2 nõnulli btẽ ꝟginis deuo
ti dicũt. ꝙ lʒ ip̃a bñdicta mr̃ dei habuerit
potentiã ad peccandũ. ſicut hẽbant primi
parẽtes ante lapſum. nõ tñ vnq̃ hũit ali-
quã coꝛruptionẽ in aĩa nec etiã in coꝛpoꝛe
dicẽtes ꝙ deꝰ q̃ ab et̃no elegit dictã ꝟginẽ
ĩ mr̃eʒ cũ ſit ĩfinite potẽtie potuit oꝛdĩare
et ſtatuere vt de ſemĩe p̃moꝝ parẽtũ añq̃
peccarẽt illa poꝛtio reſuareꝰ immaculata
ꝑ quã deberet ip̃a ꝟgo ꝯcipi. ꝛ ſic facere de
ſcẽdere ꝑ oẽs gñationes vſqꝫ ad illã. ſicut
dixerũt q̃dã factũ fuiſſe de carne ꝟbi. ꝓut
refert Sco.in.iij.di.iij. Hoc aũt q2 poſſi-
bile deo ꝛ cõgruũ fuit: etiã ꝑ cõceptõe btẽ
ꝟginis factũ fuiſſe ꝓbari põt ex rõne po-
nẽda in ſeq̃nti p̃te huiꝰ ſmonis. Et ex rõ-
nibus adducẽdis in alijs ſeq̃ntibꝰ ſmoni-
bus. Itẽ poſito ꝙ hoc nõ fecerit dicunt ꝙ
ſaltẽ eſt credẽdũ ꝙ illud ſemẽ parentũ btẽ
ꝟginis q̊ debebaꝰ ip̃a cõcipi voluerit deꝰ
p̃us purgari q̃ illa ꝯcipeꝰ ex eo. Sʒ ꝙ eſt
fortiꝰ dicũt ꝙ poſito ꝙ ip̃a btã ꝟgo ꝯcepta
ſit ex ſemine infecto. potuit tñ deus facere
vt coꝛpus illud nullã ꝯheret feditateʒ: ſed
immaculatũ eſſet. ſi em̃ vt ait apoſtolꝰ ad
Rom.ix. põt figulꝰ de eodẽ luto vnũ vas
facere in honoꝛẽ ꝛ alia in ꝯtumeliã. quare
hoc facere nõ potuit op̃s deus? Preterea
exꝑientia teſte multa gñanꝰ ex coꝛruptõe
ꝛ feditate ꝑ virtutẽ nature: q̃ tñ nõ ꝯhunt
illã coꝛruptionẽ vel feditatẽ. Ergo multo
fortiꝰ hoc facere potuit natura naturãs.ſ.
deꝰ. cui dꝛ Iob.xiij. Qui potes facere mũ-
dũ de immũdo ꝯceptũ ſemine. Itẽ dicunt
ꝙ ſi aliq̃s ſanctꝰ reꝑiaꝰ dixiſſe ꝙ btã ꝟgo
cõcepta fuit de ſemĩe coꝛrupto ſiue ĩfecto:
debet intelligi de coꝛruptiõe penalitatis q̃
nõ cauſat originale pctm̃. nõ aũt de coꝛru
ptione feditatis que eſt cã originalis pc̃ti.
Qual̃r aũt ſola coꝛruptio feditatis cauſet
originalẽ culpã ꝛ nõ coꝛruptio penalitatꝭ:
declarat ſctũs Bona.in.ij.ſen.di.xxxj.ar.
ij.q.j. Ideo ad p̃dictã auctẽ: ſctificauit ꝛc.

Sctificatõ dꝛ multipliciter

Rñdeꝰ ꝙ ſanctificatio diciꝰ mltꝭ modis.
Primo ſctificare idẽ eſt qd̃ in gr̃a ꝯfirma-
re. Sãctũ em̃ idẽ eſt qd̃ firmũ. vt dicit gl.
in.§.ſancte. Inſti.de rerũ diui.ꝛ notaꝰ in
l.ſanctũ.ff.eo.ti. Et hoc modo bti dicũtur
ſancti ꝛ ſctificati: q2 ſunt in dei gr̃a cõfir-
mati. Et ita intelligiꝰ illud Eſa.xiij. Qui ĩ
ꝑſona dei dicit. Mãdaui ſanctificatꝭ meis
ꝛ loquiꝰ de angelis q̃ nunq̃ peccauerũt et
tñ ſanctificati dicunꝰ. Et id̃ p̃dicta auctas
ſanctificauit ꝛc. põt de hac ſctificatiõe in-
telligi. q2 btã ꝟgo fuit in hoc mũdo in gr̃a
ꝯfirmata in ꝯceptiõe filij ſui. vt ait Berñ.
in ep̃la ad Lugdunẽſes. ꝛ btũs Bona. in
iij.di.iij.ar.j.q.vj. Et Tho.in.iij.p̃te ſum.
q.xxvij.ar.v.ĩ rñſiõe ad ſcõʒ arg. Et Alex.
de ales in.iij.p̃te ſum.tracta.j.q.lxxviij.
et Ric.in.iij.di.iij.ar.j.q.iiij. Hec ergo au
ctoꝛitas intellecta de gr̃e cõfirmatione nõ
arguit matrem dei in originali pctõ fuiſſe
ꝯceptã. Et hãc expõnẽ ſequiꝰ btũs frater
michael de carchão ĩ ſuo.j.q̃drageſimali
de pctõ.ſmone.xiiij.dicẽs: ꝙ eſt quedam
ſingularis ſanctificatio qua aĩa ſctificaꝰ

nō purgatione a culpā que nō eſt: ſ; collatione grē ⁊ ꝯfirmatiōe ita vt nō poſſit peccare mortal'r aut venial'r. Et h̄ modo fuit
I ſanctificata ꝟgo maria. h̄ ille. Alio mō d̄r quis ſctificari q̄ ab oī actu carnis abſtinens deo ſuit ⁊ miſtrat in ſinceritate cordis ⁊ ꝟtute. Et h̄ modo dicunt q̄dā mulieres ſanctimoniales. ⁊ ſil'r religioſi ⁊ om̄es boni eccl'ie miſtri dicūt ſancti. Et iō Aug. Amb. Hiero. ⁊ Grego. in ſuis ep'lis ep̄os ſctiſſimos appellāt. Illud em̄ d̄r ſctm̄ qd̄ ē cultui diuino dedicatū, vt pȝ p. c. q̄ ſemel. et, c. qm̄. xix. q. iij. ⁊, c. altare, de ꝯſe. di. j. et iō nazarei hac rōne dicebāt ſcti. vt pȝ Nu. vj. Quia igit btā ꝟgo plena fuit oī ꝟtute et ſpeculū ōis ſctitatis ⁊ toto tēpe vite ſue ſuiuit deo abſq; macula, vt ait Amb. li. ij. de ꝟginitate, eiuſdē cultui ſemꝑ fuit dedicata. Iō bn̄ de ea d̄r. Sctificauit tabernaculū ſuū altiſſim⁹. Iſtas em̄ ꝟtutes ⁊ ſctimonias habuit ꝑncipal'r a grā dei a qua om̄e datū optimū ⁊ om̄e donū perfectum deſcēdit. Iac. j. Quia nō ſum⁹ ſufficientes cogitare aliq̄d a nobis q̄ſi ex nobis. ſ; oīs ſufficiētia nr̄a ex deo eſt. ij. ad Cor. iij. Quia ꝟo xp̄us erat nō tm̄ homo: ſed etiā de⁹. iō dicebat Ioh. xvij. Ego ſāctifico meipſum. Hec ergo auctas. ſctificauit ⁊c̄. ſic intellecta nihil derogat ſctiſſime ꝟgīs ꝯceptiōi. Alio modo d̄r aliq̄d ſctificari. i. de nō ſctō ſanctū fieri. Et hoc aggregatū nō ſanctus pōt intelligi dupl'r. vt colligit ab Ariſt. in ij. Periar. ⁊ ab Alex. de ales in. iij. ſen. diſ. ix. ar. j. q. ij. ſcȝ negatiue tm̄ ⁊ negatiue ſil' ac ꝑuatiue ⁊ ꝯrie. Negatiue tm̄ dicit non ſanct⁹ ille qui nō habet ꝑfectionē ꝟtutum vel nō eſt in grā dei ꝯfirmatus, vel qui nō habet actu ſanctitatē, lȝ nō habeat oppoſitum ſanctitat̄. ſicut ⁊ catulus ante nouem dies d̄r non vidēs: qui tn̄ ꝓprie non poteſt dici cecus. Item non ſctūs appellat ille q̄ eſt magis ꝓnus ad bonū q̄ ad malū. non tn̄ ſemel aliquod pctm̄ mortale habet. Et in hoc ſtatu etiaȝ hodie inueniunt multi. Et talis fuit btā ꝟgo in ꝯceptione. que ⁊ ſi nō haberet pctm̄ originale nec actuale: tm̄ ꝓpter hoc vt aliqui dicūt nō erat ſancta: ⁊ ſic erat nō ſancta negatiue tm̄. Et ob h̄ ſāctificauit eā altiſſim⁹: nō a corruptiōe pcti quod in ea nō erat: ſed grām ⁊ ſanctitateȝ in ei⁹ anima infundendo. Alio modo dicit non ſanctus negatiue ⁊ priuatiue ſimul et contrarie qui habet oppoſitum ſanctitat̄. ſcȝ peccatū: ſicut hoc modo diceretur non vidēs ille qui eſt cec⁹. Et talis nō fuit glorioſa ꝟgo Maria. Et ideo hoc modo non fuit ſanctificata. Alio modo idē eſt ſanctificari quod de ſancto magis ſanctuȝ fieri: vt inquit Richar. in. iij. di. iij. ar. iij. q. iiij. Et hoc ꝓbatur per illud Apocal'. vltimo. Qui ſanctus eſt ſanctificet adhuc. Et tali modo ſanctificari apoſtolos a p̄re ſuo rogabat xp̄s Ioh. xvij. dicens. Pater ſanctifica eos: cuȝ tamē tunc eſſent ſancti: vt ait Alex. de ales vbi. ſ. allegās gloſam ſuper predicta verba dicentē. Sanctifica eos vt de ſanctitate vite pn̄tis ꝑueniant ad ſanctitatē iuſticie finalis. ⁊ ſimili modo ſanctificauit beatā virginē altiſſimus: q̄ eam in ſanctitate ⁊ gratia mirū ī modū augmētauit. Alio modo aliq̄d ſanctificari dicitur cum a cōtrarietate ſanctitatis. i. ab oī peccato elongat. ſicut ⁊ de chriſto ait apoſtolus ad Heb. iij. ꝙ fuit ſegregatus a peccatoribus. quibus tamē nunq̄ fuit cōiūct⁹. Et hoc modo beata ꝟgo ſanctificata dicit quia ab omni peccato fuit elongata. Alio modo ſanctificari idem eſt quod pluribus modis ſanctū fieri. vt inquit Rich. vbi. ſ. Et hoc modo beatā virginē deus ſanctificauit cui multiplices ſanctificatiōes infudit, ſicut de xp̄o quo ad humanitatem d̄r Actuū. x. Unxit eum dn̄s ſpū̄ſancto et virtute. per quam vnctionē ſanctificatio denotat. Alio modo ſanctificari accipit pro demōſtratione ſiue declaratione ſctitatis. vt ait Alex. de ales in. iij. ꝑte ſum. q. iij. di. ꝙ poteſt accipi fieri ſanctū ꝓ innoteſcere. quia tunc res d̄r fieri quādo innoteſcit. et ideȝ dicit in. iij. ſen. di. ix. ar. ij. q. iij. Et hoc modo etiaȝ filius dei d̄r ſanctificat⁹ a p̄re ip̄o atteſtāte qui de ſeip̄o ait Ioh. x. Queȝ pater ſanctificauit. Tabernaculū ergo ſuū ſanctificauit altiſſim⁹ q̄ btē ꝟgīs ſcitateȝ oībus declarauit. Alio mō ſctificare ideȝ eſt qd̄ ſanctitatē honorare. vn̄ celeſti patri dicim⁹ illud Mat. vj. Sanctificet nomen tuū. i. ſanctitas nois tui ab oib⁹ celebret ⁊ honoret. Et h̄ modo tabernaculū ſuū ſanctificauit altiſſim⁹: q̄ glorioſam ꝟginē ſuper oiuȝ choros āgelorꝫ exaltauit atq; ei⁹ ſctitatē magnificauit. Et iſte expōnes debent ab oībus approbari. Uerba em̄ d̄bēt exponi in nobiliori ſignificato. § ſed quotiens. Inſti. de iur. na. gen. ⁊ ciui. Itē in potiori. l. j. §. qui in ꝑpetuū. ff. ſi ager vecti. vl' em- Octauo



pe. ⁊ in eo ſignificato qd̄ magis conuenit. l. ⁊ puto. vbi glo. ff. fami. hercіſ. et. l. ſi olei. C. locati. Et. l. ſi vno. ff. eo. ⁊. l. ſi tici⁹. ff. de vſuris. Iſte aūt expōnes magis ꝯueniunt nr̄is dei ⁊ filij eius dignitati. vt patere pt̄ ex p̄cedētibus. ⁊ etiā in ſequēti ꝑte huius ſmonis meli⁹ declarabit. ergo ⁊c̄. Ex q̄b⁹ oībus patet ſolutio ad oīa argumēta in cōtrarium adducta.

Pars tertia huius ſmonis que dicitur confirmationis.

K Q Uia vt inq̄t gl. in rubrica. ff. qd̄ met⁹ cā. gaudēt breuitate moderni: ⁊ circūitus ꝓlixi debent euitari. l. j. in ꝑn. C. cōīa de lega. quia etiā ait Ric. poeta ī li. de nuptijs. Sermo breuis lōgo gratior eſſe ſolet. Iō vt breuitati intendā hanc veriſſimā ꝯcluſionē de imaculata ꝯceptione btiſſime virginis vnica tm̄ rōne cōprobabo que d̄r ſufficiētis diuiſionis. ſm̄ em̄ regulas logicales argumentū a ſufficiēti diuiſione bonū eſt. hoc aūt argumētū validū in iure appellant legiſte argumentū a ſufficiēti partiū enumeratiōe. de quo ꝑ gl. in rubrica. ff. de actio. ⁊ obli. ⁊ Inſti. de obli. q̄ ex q̄ſi ꝯctu naſ. in ꝑn. Fit aūt hoc argumētū q̄n poſita aliq̄ ſufficiēti ac nec̄ria diuiſione poſtea aliq̄ eius ꝑtes cōfutant. reliq̄ aūt inferūt. vel vna earū tm̄ alijs oībus negat̄. Arguēdo igit tali argumēto dico ꝙ circa ꝯceptionē ꝟgīs marie neceſſe ē cernē vnā de q̄nq; opinionib⁹ videlȝ. aut ꝙ ip̄a bn̄dicta ꝟgo nō fuit capax gratie p̄ſeruationis a pctō originali. Et ideo nō debet ei talis honor attribui: cuius nō fuit capax ⁊ idonea ad illū. l. vt gradatim. §. et qui lege. ff. de mu. et ho. Aut ꝙ deus neſciuit illaȝ preſuare. Aut ꝙ nō potuit p̄ſeruare. Aut ꝙ noluit eā p̄ſeruare. Aut ꝙ potuit ⁊ etiā voluit p̄ſeruare. Prima opinio eſt falſa: q: btā ꝟgo fuit capaciſſima grē p̄ſeruationis ab originali pctō. Cū em̄ fuerit capax vt eſſȝ mr̄ dei: ⁊ ꝟgo ꝑfecta an̄ partū: in partu: ⁊ poſt partū. Cūq; meruerit eleuari ſuꝑ oēs āgelicas hierarchias ⁊ effici regina celorꝫ quāto magis fuit capax huius grē vt ſine pctō originali cōciperet: certe multo plus. Qui em̄ eſt capax maioris dignitat̄ ⁊ excellētie: multo eſt capacior minoris. ⁊ cui cōcedit qd̄ eſt maius. videt etiā cōceſſuȝ qd̄ eſt min⁹. l. iuriſgentiū. §. adeo. ff. de pac. l. in eo. ff. de reg. iur. l. legatū. ⁊. l. ad rē mobilem. ff. de ꝓcur. notat ſin. l. cui pacto. ff. de ſeruis ex. ⁊ in. c. ex parte. de deci. ⁊ in. c. j. de torne. ⁊. c. cui licet. de regu. iur. in. vj.

Argumentum a diuiſione

Primum membrum

Scd̄a quoq; opinio eſt falſa. videlicȝ ꝙ deus neſcierit p̄ſeruare beatā ꝟginē: cum oīs ſapīa ab ip̄o ſit Eccl'i. j. Ipſe em̄ eſt infinite ſapīe. Unde ad Ro. xj. inq̄t Paul⁹. O altitudo diuitiaruȝ ſapīe ⁊ ſcīe dei ⁊c̄. Tertia aūt opinio: videlȝ ꝙ deus nō poterit eā p̄ſuare eſt falſiſſima: q: eſt ꝯ ꝑmum articulū fidei q̄ dicit. Credo in vnū deū patrē oīpotētē. Negat em̄ ei⁹ potētiā ꝯ illud Lu. j. Apud deū nō erit īpoſſibile oē ꝟbū. Diſputare aūt de potētia ꝑncipis ē crimē ſacrilegij. l. ij. C. de cri. ſacri. Clarū eſt g̊ ꝙ deus potuit ip̄am ꝟginē p̄ſuare. Cū enim vt. ſ. patuit pcti original' dānatio ſuꝑ filios ade ex decreto diuino ꝑueniat. ſeq̄t ꝙ ip̄e deus pōt reuocare tale decretū. oīs em̄ res ꝑ q̄ſcūq; cauſas naſcit: ꝑ eaſdē diſſolui pōt. c. oīs. de reg. iu. ⁊. l. j. C. q̄n liceat ab empti. diſ. et. §. fin. Inſti. q̄b⁹ modis tollit obligatio. ⁊. l. nihil tā naturale. ff. de reg. iur. Immo ꝑnceps pōt nō ſolū ſuſpendere legē ꝑ ip̄m factā aut etiā total'r reuocare ſed etiam ꝑuilegia ꝯtra ip̄am ꝯcedere. vt etiā tenet Car. florētinus in cle. j. de teſta. ⁊ Inno. in. c. que in eccl'iarꝫ. de ꝯſti. Nemo em̄ pōt ſibi dare legē a q̄ recedere nō liceat. l. ſi quis. in ꝑn. ff. de leg. iij. ⁊. l. luci⁹. ff. de fideicōmiſ. lib. ⁊. l. quod autē. §. j. ff. de dona. inter virū ⁊ vxo. ⁊ argu. ff. de le. j. l. cuȝ filio. ⁊ de arbi. l. j. Principē aūt poſſe annullare ⁊ ſuſpēdere leges ſuas et circa eas diſpenſare patet ꝑ ea q̄ habent ꝑ glo. et doc. in. l. fi. C. ſi ꝯtra iur. vel vti. pu. ⁊. §. ſed quod ꝑncipi placuit. Inſti. de iure na. gen. ⁊ ci. quia eius eſt ſoluere cui⁹ ē ꝯdere. l. q̄ dānare. ff. de re iudica. Quod autē deus potuerit p̄ſeruare btām ꝟginē ꝓbatur rōne maioritatis ſic deus potuit facere maiora: q̄ ⁊ fecit. g̊ potuit facere miora. Antecedēs ꝓbat multipl'r eſſe verum. ꝑmo ſic. Deus potuit materiā ꝑmā creare de nihilo: ⁊ naturā angelicā ſine om̄i pctō qd̄ eſt maius. ergo potuit facere qd̄ eſt min⁹. ſ. p̄ſeruare matrē ſuā ab originali pctō. Secūdo potuit deus facere de minori mai⁹ nullo addito. ⁊ ſine rarefactiōe ſicut fuit in multiplicatione q̄nq; panū. Ioh. vj. ⁊ coſte Ade Gen̄. ij. Nā de coſta Ade potuit facere euā quā fecit mr̄em oīum hoīm ſine originali macula, ergo ⁊ matrē ſuā potuit p̄ſeruare

De⁹ potuit mariā p̄ſeruare

In preceptis lege veteris diſpenſauit deus ſepius

ab oī macula. Tertio pōt deꝰ facere formā cōicabilē ꝑ ſe ſtantē ſine mā. qđ ⁊ fecit. vt pꝫ in ſacrō altaris qđ eſt ſupra nām. ꝗ ⁊c̄. plura eñ pōt deus facere ꝙ nr̄ intellectus intelligere: vt ait Ric. de ſctō vic. in. iiij. de trini. Qui ꝗ potuit aīam lazari educere de limbo. vt iterū corpus viuificaret. ⁊ ꝑ ꝯñs ſpm̄ informaret. de q̊ miraculo hr̄ Joh. xj. potuit ⁊ mr̄em ſuā a morte oīs pcti pſuare. Ipſe eteñ deus q̄ de potētia ſua abſoluta poſſet oīa creata ānihilare ⁊ iteꝝ creare. etiā mr̄em ſuā potuit pſuare. Ait enim Aug. in li. de regimīe pncipum: ꝙ pnceps pōt a lege ſua ſubditos ſuos liberare ⁊ circa ipam legē diſpēſare ⁊ eā ānihilare. qđ et fecit deꝰ in legibꝰ ſuis. Nā preceptum de circūciſiōe qđ datū fuit Geñ. xvij. vt oīne maſculinū circūcideret: fuit pmo ſuſpēſuꝫ in deſerto ꝓpter laborē itineris. Joſue. v. c. Deinde totalr̄ annullatū ē: ⁊ datū ē ſacr̄m baptiſmi loco eius. vñ nūc circūciſio nihil valet. vt hr̄ ad Gal. ij. Preceptū q̄ꝫ qđ fec generalr̄ Leuit. xxj. videlꝫ ne q̄s accipet vxorē meretricē diſpēſauit cū Oſea ꝓpha cui pcepit accipe vxorē fornicariā. vt habet eiuſdē. j. c. Item legē quam tulerat de mr̄imonio pcipiens vt q̄ acciperet vxorem nūꝙ dimitteret eā oībus diebꝰ vite ſue. vt habet Deut. xxij. Poſtea ſuſpēdit ꝯcedēs ꝙ ſi vxor nō īuenerit gr̄am in ocul' mariti vel ꝓpt' aliquā feditatē poſſit eā repudiare. Deut. xxiiij. ꝙ repudiū ſeu diuortiū ꝑmittebat in teſtamēto veteri ad euitandū homicidiū. quā ꝯceſſionē poſtea xp̄us annullauit excepta cā fornicatōis. Mat. xix. Simılr̄ non ſpoliare ꝓximū fuit lex a deo data. Leuit. xix. Immo erat lex nālis. vt poteſt ꝓbari ꝑ. c. j. pma di. ⁊ tñ ipam legē gn̄alē ſuſpēdit ī caſu ꝑticulari. ⁊ circa illā diſpēſauit: qñ iudei egyptios ſpoliauerūt. Exod. xij. Diſpenſauit q̄ꝫ cū abraā vt hr̄et fillios de ancilla. Geñ. xvj. vbi dicit Nico. de lyra. ꝙ ipē abraā nō peccauit: quia hoc fecit ex dīna reuelatiōe. Item lꝫ ꝑ curſum nature deus ordinauerit ꝙ ſol nūꝙ quieſceret a motu ſuo vſq; ad diē iudicij. vt dic magr̄ ſentē. in. iiij. di. xlviij. c. vltio. tñ fecit ipꝫ quieſcere ꝑ ſpaciū vnius diei. Joſue. x. Licꝫ q̄ꝫ ſit cōtra naturā corꝑis ſolaris retrocedere curſu ſuo. tñ deus fecit illum retrocedere decē lineis. Eſa. xxxviij. q̄ a decima hora retroceſſit vſq; ad pimam. Licꝫ etiā Ezechias rex iuda eſſet in vltio t'mio dierū ſuorū. tñ potuit deus illi ſuꝑaddere q̄ndecim annos ſicut ⁊ fecit. vt in eodeꝫ. c. habet. legē q̄ꝫ quā tulerat ꝙ mulier depꝛehenſa in adulterio deberet lapidari. Deut. xxij. Suſpēdit in caſu ꝑticulari qñ diſpenſauit cū muliere adultera. Joh. viij. lꝫ etiā legē tulerit in penā pcti di. Geñ. iij. Memēto homo ꝙ puluis es ⁊ in pulvereꝫ reuerteris. tñ ꝯtra legē iſtā dedit puilegium Enoch vt adhuc nō ſit mortuus. Geñ. v. Et ſılr̄ Helye. iiij. Reg. ij. Q adhuc viuūt ⁊ ſunt in ꝑadiſo terreſtri. Et credit a quibuſdā idē de ſctō Johē euāge. ꝓpter illud Joh. xxj. Sic eū volo manere donec veniā. Et iō dr̄ puilegiū q̄ puat legem. vt inquit Arch. in. c. puilegia. iij. di. Vel q̄ ē puata lex alicui ꝑticulariter ꝯceſſa. vt dr̄ ī n. d. c. puilegia. ⁊ in. §. his ita rñdet. xxv. q. j. et ī c. abbate. §. ſi ꝟbo. de ꝟbo. ſigni. Modo ad ꝓpoſitū dico ꝙ licꝫ deus legē ſtatuerit ꝙ oēs q̄ naſcerent de ſemine pmoꝝ parentū dānationē pcti original' incurrāt. tñ puilegiū dare potuit genitrici ſue vt naſceretur ſine culpa ⁊ cuꝫ originali iuſticia ac plena gr̄e. Deus nāq; nō alligauit potentiā ſuā legi ſacroꝝ. vt inq̄t ſctūs Tho. in. iij. parte ſum. q. xxvij. ar. j. in ſol. pri. argu. Et illaꝫ gr̄am quā infundit in aīa in baptiſmo potuit ſue mr̄i infundere in pmo inſtanti ſue ꝯceptiōis. vt ꝓbat Sco. in. iij. di. iij. q. j. et ꝯñter facere eā ſine pctō. Itē potuit parētibus beate ꝟginis puilegiū dare ꝙ pma ꝓles quā gn̄arent e ēt ſine reatu culpe originalis. Eius eñ eſt tollere cuiꝰ eſt dare. l. eius eſt. ff. de reg. iur. ⁊ oīa q̄ vno iure contrahunt: ꝯrio iure pereūt. l. oīa. ff. eo. titu. Et ideo qđ de originali pctō ꝑ decretū dei gn̄ale ſtatutū eſt potuit ꝑ aliud ꝯriū tolli. Immo qđ fortiꝰ ē potuiſſet deꝰ ſi voluiſſꝫ: etiā alios ex adam ꝓpagatos pſeruare ab originali pctō ⁊ totalr̄ annullare decretuꝫ ac legē ꝯhendi pctm̄ originale ſi ſue altiſſime maieſtati placuiſſet ꝑ rōnes pdictas. Ille igit q̄ Danielē in medio leonū potuit a morſibꝰ eoꝝ defendere. Dañ. vj. potuit ⁊ beatā ꝟginem ab originalis pcti vulnere ⁊ morſu pſeruare. ⁊ qui potuit grauitateꝫ ferri ſuſpēdere ⁊ ꝯtra naturā fecit illud natare. iiij. Reg. vj. potuit etiā in matre ſua legē grauē originalis peccati ſuſpēdē et ꝯ cōem alioꝝ ꝯceptionē ipaꝫ ꝯcipi ꝑcreari facere. Ille etiā q̄ ſcpſit lapideas tabulas ſine ſtilo ferreo. matreꝫ q̄ꝫ ſuam fabricare



potuit ſine originali pctō. Et qui ꝓduxit panē in heremi terra ſine aratri ꝓfoſſiōe. potuit etiā beatā ꝟginē in deſerto humane generatiōis ſine peccati trāſfixiōe ꝓducē. Et q̄ de ꝟga Aaron ſicca fructū viridem ⁊ pulcherrimū fecit exire. Num. xvij. potuit etiā de iudaica ꝓgēie ꝑ pctm̄ arida ſpōſaꝫ ſuā originali iuſticia decoratā ac rutilantē educere. Et qui vt habet Dañ. ij. Precidi fecit lapidē de mōte ſine manibus. potuit etiā genitricē ſuā ꝓcreari facere firmā ⁊ ſolidaꝫ in gr̄a ſine pcti admixtionibus. Ille etiā qui potuit facere vt ꝟgo conciperet et pareret ſine corruptiōe ⁊ ꝟgitatꝭ amiſſiōe: multo magꝭ potuit cōcedere vt ipa ꝯcipet ſine crimine. Et qui fluxū aq̄ potuit retinē et ꝯtra naturā ſuā fecit fluuiū iordāis retrocedere. Joſue. iij. Aquas etiam maris fecit cōdenſari ⁊ eſſe q̄ſi ꝑ muro filijs iſrl': et non fluerent: ita vt ſiccis pedibꝰ per mare rubrū tranſirēt. Exo. xiiij. Potuit ſimilr̄ fluxū pcti originalis in ſua bñdicta matre reſtringere: ita vt mare corrupte gn̄atōis pmoꝝ parentū immaculata poſſet anima ꝑtranſire. Ille q̄ꝫ qui rubū in igne poſituꝫ potuit ab incēdio liberare. Exo. iij. Et Danielē cū ſocijs in medio ignis ne cremarēt defenſare. Dañ. iij. Et Jonam in vētre ceti ſuauit incolumē. Jone. ij. Potuit etiā matrē ſuaꝫ ab igne peccati ⁊ a morſu diaboli atq; ab omī originali macula preſeruare.

L Quartū mēbrum

Quarta q̄ꝫ opinio eſt falſiſſima. videlꝫ ꝙ deus potuerit quidē mr̄em ſuā ab originali macula pſuare: ſed noluerit. hoc eniꝫ preſuppoſito ꝓ vero. neceſſe eſſet fateri ꝙ xp̄s nō fuiſſet bonꝰ filiꝰ erga ſuā gēitricē.

Filius.

Bonꝰ eteñ filiꝰ tenet diligere mr̄em. l. veluti. ff. de iuſti. ⁊ iur. ⁊. l. mīne. ff. de reli. et ſumpti. fu. debet q̄ꝫ eā ab oībus ꝑiculis et damnis ſm ſuā poſſibilitatē liberare. ſm Alex. de ales. in. iij. parte ſum. ī tracta. iiij. pcepto decalogi. ⁊ Ric. in. iij. di. xxix. ar. j. q. vj. qui ait ꝙ filiꝰ tenet amare parentes ſuos fideles ſuꝑ oēs iuſtos. et angelos ac ſanctos excepto xp̄o ac btā ꝟgine. Cū igit xp̄s ab et'no elegerit btām ꝟginē in mr̄eꝫ. iuxta illud ps. Elegit eā deus ⁊ pelegit eā. Cōcludendū eſt ꝙ ipē cui oīa futura erāt pn̄tia a cūctꝭ malis ac dānis peccati originalis eā voluit pſuare: vt boni filij debitū adimpleret. Impiū eñ eēt ſi filius differret induere mr̄em ſuā nudā: cū poſſꝫ illā decēter veſtire eāq; ꝑmittēt cū nuditatꝭ vituꝑio exire: ſeu alia incōmoda ſuſtinere a q̄bus ipē eā poſſet liberare. Iniq̄ſſimum eñ eſt pr̄em vel mr̄eꝫ egere cuius filiꝰ ſit in facultatibus. l. ſi q̄s a liberis. §. ſi ipubes. ff. de li. agn.

Mala origial' culpe.

Mala auteꝫ q̄ ex originali pctō ꝯhūt inter cetera ſunt hec. Nā q̄libet illud ꝯhens pmo puatus remanet gratia ſpūſſancti ⁊ iuſticia originali. ſm theologos in. ij. di. xxix. q̄ iuſticia originalis ſm Nico. de lyra ſuꝑ ep'lam ad Ro. v. eſt q̄dā humane nature rectitudo ſm quā corpus aīe ſubijcit ⁊ vires interiores rōni. Iteꝫ ꝑ ipm̄ pctm̄ aīa deturpata ⁊ maculata dicit ſm Tho. in. j. parte ſum. q. lxxxvj. Item ꝑ pctm̄ ipm̄ ꝑdidit homo dn̄iuꝫ oīuꝫ aīaliū. vt declarat ſanctꝰ Bona. in. ij. di. xv. Item punit moriēs in pctō originali et'na pena q̄ in eternū puat dīna viſione ⁊ gl'ia paradiſi ſm theologos in. ij. di. xxxiij. Multas alias penas ꝑtrāſeo cā breuitatꝭ q̄ īcurrūt ex pctō originali. ſolū illud referā qđ inq̄t glo. in. c. ꝑ baptiſmū. de cōſecra. di. iiij. di.

Pena origial' culpe.

Nota ꝙ q̄druplex eſt pena original' peccati. pcludit ianuā celeſtē. ꝑpetuo dānat. cā eſt mortis tꝑalis: ⁊ facit impotētem ad reſiſtendū vitijs. Inferēte ꝗ tam maximū damnū ipo originali pctō in aīa illud contrahēte ex q̊ efficit filia ire. vt dr̄ ad Eph. ij. ⁊ ꝯñter inimica dei: ⁊ ſua diaboli. qua ſuitute diabolica nil turpius ⁊ vituꝑioſiꝰ. Unde dicit Sco. in. ij. di. xxxvij. Culpa original' macule eſt maxīa pena nature itellectualis int' oēs penas. ſequit ꝙ xp̄s ſi noluiſſet pſuare mr̄eꝫ ſuā a tātis malis cum poſſet nō fuiſſꝫ bonꝰ filiꝰ. Immo ꝯ pceptū legis feciſſet de honore parentū. Exod. xx. Deut. v. ⁊ Matth. xv. Nō eñ honoraſſꝫ eā ſicut potuiſſet: īmo eā multū inhonoraſſet ⁊ vilipēdio habuiſſet. vnde potuiſſꝫ appellari impiꝰ filius. iuxta notata ꝑ Bal. in l. cōgruētius. in fi. C. de patria ptāte. Iteꝫ potuiſſet nūcupari ingratꝰ filius iuxta notata ꝑ eundē Bal. in. l. j. C. de ingra. lib. ex cuiꝰ dictis colligit ꝙ ille q̄ nō honorat matrē ſuā eſt impiꝰ ⁊ ingratꝰ filius. ſ; hoc eſt nefas dicere de nr̄o benigniſſimo redēptore quo nunꝙ fuit melior filiꝰ erga matrem ſuā. qui illi fuit obediēs ⁊ reuerētiſſimꝰ in oībus. Lu. ij. Et nō venit ſoluere legeꝫ: ſed adimplere. Matth. v. Unde Aug. in q̊dā ſmone ait. Nūquid nō ꝑtinet ad benignitatē dn̄i mr̄is honorē ſuare q̄ legē ſoluere nō venerat: ſed adimplere. lex autem ſicut

Filius.

honorē matris p̄cipit: ita et in honorē dānat. ideo incōuincibiliter cōcludit̄ veritas

Quītuꝫ mēbꝛuꝫ v. ⁊ vltime opinionis. ſ. ꝙ deus non ſolum ſciuit ⁊ potuit p̄ſeruare btām ꝟginem ab originali peccato. cuius gr̄e ipa erat capaciſſima: ſed etiā voluit ipam om̄ino p̄ſeruare. Cuꝫ igit̄ nihil poſſit diuine reſiſtere volūtati. Gen̄. vltimo. c. Cūqꝫ volūtas beneplaciti diuini ſit irreuocabilis. ⁊ nec̄ario executioni demandet̄, vt ait Alex. de ales in. iij. parte ſumme. in tract. de lege et̄na. q. v. ⁊ Scotus in. j. diſt. xlvj. ac Tho. in. j. parte ſumme. q. xix. ar. vij. Cū inſuper oīa quecūqꝫ voluit deus hec ⁊ fecerit. p̄s. cxiij. Ipſe em̄ dixit ⁊ facta ſunt. p̄s. antepenul. Sequit̄ hec veriſſima cōcluſio ꝙ deus qui ab eterno voluit ⁊ ordinauit btām ꝟginē ab originali macula p̄ſeruare: illam abſqꝫ dubio p̄ſeruauit, ⁊ ad hoc adduci pōt illud Augu. in. iij. li. de libero arbitrio dicentis. Quicquid tibi vera rōne faciendū occurrit ſcias deū feciſſe bonoꝝ oīum cōditorez. hec ille. Eapropter canamꝰ dulcit̄ ipi glorioſe ꝟgini illam antiphonā quā pro themate noſtro aſſumpſimus. Sicut fecit deuotus doctor Alexāder de ales qui in fine vite ſue: ad reuerentiaꝫ predicte virginis ipſam antiphonam decantauit dicēs. Tota pulchra es Maria: ⁊ macula originalis aut mortalis vel venialis peccati in te nūq̄ fuit. Et his dictis feliciter migrauit ad dn̄m: meritis eiuſdē intemerate virginis cui ſit honor ⁊ gloria in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

De eadem puriſſima conceptione.
Sermo ſecūdus.

M f Undamenta eius in montibus ſanctis p̄s. lxxxvj. ſm eccl'ie catholice fidē nullius pure creature cōceptio maioribus extitit p̄uilegijs decorata q̄ beate virginis. Ideo in officio viſitationis eiuſdē dicit̄. Beatiſſima ꝟgo maria a ſuis eſt p̄mordijs dn̄o conſecrata ⁊ hoc eſt quod in ꝟbis ꝓpoſitis pſalmiſta cecinit dicēs. Fundamēta eius in mōtibꝰ

Mons dr̄ multipl'r ſanctis. Unde ſciendū eſt ꝙ mōs in ſacra ſcriptura multipl'r accipit̄. Primo ꝓ xp̄o. iux illud p̄s. lxvij. Mōs dei mons pīguis: mons in quo beneplacitū eſt deo habitare in eo. Fundamentū igit̄ beate virginis. i. cōceptio fuit in hoc mōte ſancto. i. in p̄ſeruatione filij factū ſiue facta. ſm illud Geneſ. j. In principio creauit deus celum et terram. in principio. i. in filio ſm gloſam. Moral'r autem per celum intelligi poteſt anima ꝟginis: ꝑ terram aūt corpus eius. Utrūqꝫ em̄ deus pater ſimul cū filio ⁊ ſpū ſancto abſqꝫ vlla corruptione aut macula fabricauit. Et ideo ſequit̄ in eodem capl'o. Et ſpūs domini ferebat̄ ſuper aquas. ſcꝫ peccatoꝝ ab earū ſubmerſione btām ꝟginem p̄ſeruans. Secūdo montiuꝫ nomine intelligunt̄ angeli. iuxta illud p̄s. cxxiiij. Montes in circūitu eius. i. angeli. ſm gl. In his mōtibus beata ꝟgo fundata eſt. ſ. in puritate angelica. Tertio per montem intelligit̄ gr̄a dei, iuxta illud Geneſ. xv. c. In monte saluū te fac. quod moral'r exponitur. i. ad dei gr̄am aſcēde vt ſalueris. In hoc mōte gratie diuine fundata eſt dei genitrix. Non em̄ ipſa concepta eſt in aquis peccatoꝝ ⁊ in abyſſo origīalis delicti ſicut alij hoies. In quoꝝ perſona plāgens Dauid exclamat p̄s. lxviij. di. Saluuꝫ me fac deus qm̄ intrauerūt aque vſqꝫ ad animaꝫ meā. Infixus ſum in limo ꝓfundi ⁊ nō eſt ſubſtantia. Beatiſſima igit̄ ꝟgo gratia filij ſui a pelago vitioruꝫ liberata inq̄t illud Prouer. viij. Necdum erant abyſſi. ſ. peccatoꝝ, ⁊ ego iam cōcepta eram. ſ. in diſpoſitione dei qui ab eterno ordinauit eā debere concipi in altiſſimo mōte gratie p̄ſeruātis. Ideo bene dicit̄ in verbis ꝓpoſitis. Fundamēta eius in montibus ſanctis, et ratio aſſignat̄ in eodē pſalmo cum dicit̄. Homo factus eſt in ea et ipe fundauit eaꝫ altiſſimus. Iſta autem fundamenta olim fuerunt aliqualiter mūdo ignota: ſed modernis temporibus per diuinas reuelatiōes fuerunt mirabilit̄ demōſtrata: quod preuidens in ſpiritu Dauid propheta dixit p̄s. xvij. Reuelata ſunt fundamēta orbis terrarum. Immaculata em̄ beate virginis cōceptio fundamentū extitit ſoliduꝫ ſalutis mūdi inquātum ꝓpter ipſius virginis puritatem ac ſanctiſſimā humilitatē incarnatus eſt in ea ſaluator orbis. De hac domo dei fundata in mōtibus dicit̄ Ezech. xliij. Iſta lex eſt domus in ſummitate montis: omnes fines eius ſanctū ſanctoruꝫ. Et in ſequēti capl'o dr̄. Repleuit gloria domini domū dn̄i. i. btām ꝟginem, de cuiꝰ illibate virginis conceptione tres cōſiderationes faciemus.



Prima dicit̄ argumētationis.
Scd̄a ſatiſfactionis.
Tertia ꝓbationis.

Pars p̄ma in q̄ ponunt̄ argumēta ꝯtra ꝯceptionē beate ꝟginis.

Prima ratio N s Eptē argumētatiōibꝰ lꝫ falſis argui poteſt ꝯtra beate ꝟginis conceptionē. Prima q̄ruꝫ dr̄ defunctiōis ſic. Pctm̄ origīale fuit cā mortis. quod ſi nō fuiſſet: homo nō fuiſſet mortuus. vt dicūt theologi i. ij. diſ. xx. Et ꝓbatur ꝑ illud quod dixit deꝰ p̄mis parētibus Geneſ. ij. Quacūqꝫ hora comederitis ex eo morte moriemini. Sed beata ꝟgo maria mortua eſt corporal'r. vt teſtatur Hieronymus in ſmone ad Euſtochiū ergo pctm̄ originale incurrit. Si em̄ pctm̄ originale nō habuiſſet: videretur ꝙ morti ſubiacere non debuiſſet. Nam pena ſolum ſuos debet tenere autores, l. ſancimꝰ. C. de pe. l. ſi pena. ff. eo. tit. l. ob maritoruꝫ. C. ne vxor ꝓ ma. ⁊ c. illud. xj. q. iij. ⁊ c. romana. de ſenten. excōmu. lib. vj. ⁊ c. placuit. ⁊ c. nullius. ⁊ c. iudei. j. q. iiij. ⁊ c. peruenit. De his que ſi. a maio. par. capl'i. vbi dicit̄. Ibi debet eſſe pena vbi eſt delictū. qr ergo res que culpa caret in damnū vocari nō debꝫ. c. cognoſcētes. de cōſti. Ideo ſi beata ꝟgo nō habuit culpā originalis peccati videret̄ iniuſte mortē ꝑtuliſſe. Immo ꝙ neceſſario debebat eſſe imunis a morte ꝑ illā regulā que dicit. ceſſante cā ceſſat effectus, c. cum ceſſante. de appella. c. cū infirmitas. de pe. et remiſſio. l. qd̄ dictum. ff. de pac. l. adigere. §. q̄uis. ff. de iurepatro. cuꝫ ſimilibus. Qd̄ etiā habet̄ ꝑ Ariſto. ij. phiſicorū. ⁊ ij. de generatione. Cū cauſa mortis ſit pctm̄. dicēte apoſtolo ad Rom̄. vj. Stipēdia peccati mors. Et. v. c. eiuſdē ep̄le. Per vnum hoiem pctm̄ intrauit in mūdū: ⁊ ꝑ peccatū mors. Et. j. ad Coꝝ. xv. iterū dicit. Stimulus aūt mortis pctm̄ eſt. quia autem tulit penalitatē peccati originalis. ſcꝫ mortem corporalē: q̄ eſt effectꝰ ipſius pcti. ⁊ ad poſitionē effectꝰ ſequit̄ poſitio cauſe. l. ſi q̄s. ff. de ijma. teſta. videt̄ etiā ꝙ ipa ꝯtraxit peccatū p̄moꝝ parentū. cum alijs. de quibꝰ inquit Aug. xxiij. de ciui. dei. c. iij. Fatendum eſt p̄mos quidē hoies ita fuiſſe inſtitutos. vt ſi nō peccaſſent nullū mortꝭ genꝰ experiret̄. Sed eoſdē p̄mos pctōres ita fuiſſe morte mulctatos. vt quicquid ex eorū ſtirpe eſſet exortum eadem pena teneret̄ obnoxium.

Scd̄a rō dr̄ ablatiōis: ſic arguēdo. Qui dicit beatā ꝟginē ſine pctō cōceptaꝫ aufert ei hanc p̄eminentiā ⁊ p̄uilegiū ꝙ ipa ſola cōcepit filiū ſine originali pctō. ⁊ ſic magꝭ grauat̄ q̄ honoret̄. quia hoc p̄uilegiuꝫ eſt magis ſingl'are cū ei ſoli cōpetat q̄ ꝯcipi ſine originali: qd̄ etiā xp̄o cōuenit. Nullus aūt debet magꝭ grauari q̄ꝫ honorari. l. imperator. in p̄n. ff. de le. ij. et. §. h̄ ſolū. inſti. de ſin. re. ꝑ fideicō. re. et. l. ſi hereditatē. ff. man. ꝙ ⁊c. Secūda rō

Tertia rō. Tertia rō dr̄ clauſionis ſic. Tota cauſa clauſionis ianue paradiſi fuit peccatuꝫ originale. vt colligit̄ ex glo. in. c. per baptiſmū. de conſe. di. iiij. Si ergo btā ꝟgo non fuit cōcepta in ipō. ſequit̄ ꝙ introire debuiſſet in paradiſo ſi deceſſiſſet an̄ incarnationis xp̄i myſteriū: cum nō haberet peccatū retardās ab ingreſſu ianue celeſtis. Sed hoc eſt falſum ⁊ ꝯtra determinationē oīum doctoꝝ ⁊ theologorū in. iij. di. xviij. vbi dicūt ꝙ ianua ꝑadiſi non fuit aperta ante paſſionē xp̄i. vnde in quodam ſmone Hiero. inq̄t. Sāguis xp̄i eſt ianua paradiſi. Ergo concludendū videt̄ ꝙ fuit in originali peccato cōcepta.

Quarta ratio. Quarta rō dicit̄ humiliationis. arguēdo ſic. Conditio maioris hūilitatis expreſſiua fuit btē ꝟgini a filio tribuēda: vt ei eſſet ſimilis q̄ exinaniuit ſemetipm̄ formā ſui accipiens in ſil'itudinem carnis peccati. ad Philip. ij. Sed maiorem exp̄mit humilitatē incarnatio de ꝟgine peccato obnoxia q̄ de virgīe ſancta. Ergo decuit ꝙ mater dn̄i q̄nqꝫ fuerit ſaltē originali peccato maculata. Et confirmari videt̄ per illud dictum Hiero. ſuper. j. Matth. c. dicētis. Notandū in genealogia dn̄i nullā ſanctarū aſſumi mulierū: ſed eas quas ſcriptura rep̄hendit: vt q̄ ꝓpter pctōres venerat de pctōribꝰ naſcēs oīum peccata deleret.

Quīta rō. Quinta rō dr̄ falſificationis. ſic arguēdo. Nullo falſo honore rationabil'r honoranda eſt beata virgo maria. Peccatū em̄ eſt laudare aliquem de virtute aūt de bono quod non habet: vt inquit Alexan. de ales in. ij. parte ſumme in tractatu de vitio adulatiōis. Et de hoc habet̄. xxv. di. §. alias. Sed dicere ipaꝫ cōceptam ſine originali eſt ipam falſo honorare. cū hec opinio ſe videat̄ fundare in h̄ ꝙ in om̄i poſſibili eſt beata ꝟgo honoranda. ex q̄ ſequeret̄ ꝙ deus eam honorauit in om̄i ſibi poſſibili: quod falſum eſt: quia multa potuiſſet deus facere beate virgini

que nō fecit. aliter fecisſet eam immortalē
et ab origine ſua beatā. ⁊ ꝙ nō ɔciperetur
ex ɔcubitu viri ⁊ mulieris. ⁊ ſic nō eēt ma⸗
gis ꝓuilegiatus xp̄us ꝙ beata ꝟgo. ꝗ ⁊c.

Sexta ratio

Sexta rō dicit̃ obligationis ſic. Illud ē
beate ꝟgini attribuēdū ꝙ ipam deo red⸗
dit magis debitricē ad gratiarum debitas
actiones. ſed habere tantā gratiā quātam
nūc habet. ⁊ fuisſe ab originali purgatam:
eſt magis inductiuū ad maiores gratias
referēdas rōne maioris obligatōis bn̄ficij
accepti: quia tāto magis ꝗs alicui tenet̃.
quāto ab eo plura bn̄ficia recepit. vt inq̄t
Tho. ij. ij. q. xſ. ar. ſ. ergo ⁊c. Et hec rō ɔfir
mat̃ ꝑ parabolā ſaluatoris Lu. vij. de du⸗
obus debitoribꝰ dicētis. Cui multum di⸗
mittit̃ multū diligit. cui aūt minꝰ dimittit̃
minus diligit. Munera eñ ⁊ honores q̊ſ⸗
cunq3 obligant. vt inq̄t glo. in. l. ſi mulier.
ff. ad velle. ⁊ ideo quo maius eſt donu3. eo
maior eſt obligatio. iuxta illud Grego. in
quadā omel. cū augent̃ dona rōnes etiam
crescunt donoꝝ.

Septima rō

Septima rō dicit̃ filia⸗
tionis ſic. quicūq3 generat̃ ex mr̄e ſubiecta
alicuiꝰ dn̄io ſubiectus naſcitur eiuſde3 dn̄i
poteſtati. quia partus ſequit̃ ventrē. l. cu3
legitime. et. l. penult. §. preterea ſi ancilla.
ff. de ſta. homi. ⁊. l. partū. C. de rei vendi. ⁊
l. idem pōponius. §. idē ſcribit. ff. eo. ti. ſed
beata ꝟgo generata eſt ex matre ſubiecta
ſ̄uituti originalis pcti: imo etia3 ex patre
eidē ſ̄uituti obligato. Ergo ⁊ ipſa ſubijci
debuit eidē originali pctō. Et iſta ſufficiāt
quātū ad argumēta impugnātiū ɔceptio⸗
nē ꝟginis glioſe.

Pars ſecūda huius ſ̄monis que dicit̃
ſatisfactionis.

O(D)e talibus beatisſime mr̄is dei
innocentiā impugnātibꝰ ipſa
valde cōquerit̃ dicēs illud Job
vj. Quare detraxiſtis ſ̄monibꝰ
veritatis. cū ex vobis nullus ſit qui poſſit
arguere me? Ad increpādū eloq̄a ɔcinat̃
⁊ in ventū verba ꝓfertis. nō eñ inueniet̃
in me iīquitatē. hec illa. que etiā de ꝓdict̃
eam vitupare querētibꝰ cū filio ſuo lamē⸗
tat̃ dicēs ps. xxx. ꝑ ꝓpham. Audiui vitu⸗
peratione multorū cōmorantiū ī circūitu.
In eo dū cōuenirent ſimul aduerſum me.
accipe aīam meā cōſiliati ſunt. Ego aūt in
te ſperaui dn̄e. dixi. deus meꝰ es tu. in ma⸗
nibus tuis ſortes mee. Eripe me de manu
inimicoꝝ meoꝝ; ⁊ a perſequētibꝰ me. Eru⸗
beſcāt impij ⁊ deducant̃ in infernū. muta
fiant labia doloſa. q̄ loquunt̃ adūſum me
iniq̄tatē in ſupbia ⁊ in abuſione. Pſalmo
quoq3. xl. iterū dicit. Aduerſu3 me ſuſurra
bant oēs inimici mei: aduerſum me cogi⸗
tabāt mala mihi. verbū iniquū ɔſtituerūt
adūſum me. Et infra. In hoc cognoui qm̄
voluiſti me. qm̄ nō gaudebit inimicꝰ meus
ſup me. Me aūt ꝓpter innocētiā ſuſcepi⸗
ſti. ⁊ cōfirmaſti me in cōſpectu tuo ī etnū.
Ipſis quoq3 aduerſarijs ſuis pōt dicere
ꝟgo benedicta illud quod in argumētum
inq̄t iuriſcōſultus in. l. domitiꝰ labeo. ff. de
teſta. ſ. aut vana eſt ɔſultatio vr̄a. aut non
intelligit̃ de quo diſputatis. ſ. ɔceptionis
mee innocentiā ⁊ puritatē. Et rōnē huius
innocētie ſue aſſignat di. illud ps. xvij. deꝰ
ꝓcinxit me ꝟtute. poſuit immaculatā vitā
meā. Ideo curioſis diſputatoribꝰ volens
ſatisfacere ⁊ eiuſdē intemerate ꝟginis pu
ritatē defenſare. ipſius ꝟginis fretꝰ ſapiā
que vt dr̄ Sap. viij. ſcit ꝟſutias ſ̄monu3.
⁊ diſſolutiōes argumentoꝝ.

Solutio ad pmum

Ad pmā
rōnē que defunctionis dicta eſt. reſpōdeo
ſeq̄ndo doctrinā Scoti i. ij. di. xix. ꝙ l3 hō
in ſtatu innocētie potuisſet nō mori. ⁊ ita
de facto fuisſet: quia nunꝙ mortuꝰ fuisſet.
obediendo deo ⁊ comedēdo de ligno vite.
tamen corpus humanū de ſe erat corru⸗
ptibile ⁊ mortale. ⁊ potuisſet mori. vt dicit
magiſter in predicta diſtinctione. puta Si
non fuisſet trāſlatus in paradiſo terreſtri
vel etiā ſi ibi non comedisſet de ligno vite
per quod fiebat reſtauratio humidi radica
lis deperditi per conſumptionē naturalis
caloris. Et ꝙ hoc ſit verum: ꝓbatur per
dictu3 Ariſto. in pmo libro de generatōe.
ſc3 ꝙ om̄e compoſitū ex quattuor elemēt̃
eſt corruptibile. Item om̄e compoſitu3 ex
cōtrarijs eſt corruptibile. ſ̄m eūdem pħm
in. v. Phiſicoꝝ di. cōtraria ad inuicē ſunt
corruptibilia. ⁊. iiij. Phiſicoꝝ iteru3 dicit.
oīa que fiunt ⁊ generant̃ in tempe. etiam
corrumpunt̃ in tempe. ⁊ in eodē lib. etia3
inquit. Om̄e corruptibile neceſſe eſt aliqñ
corrūpi. ſc3 niſi per ſupnaturalē dei grām
preſeruet̃. ⁊ ob hanc cauſa3 dicit Augu. in
ſcd̄o lib. de baptiſmo paruuloꝝ. ꝙ etiam
ſi chriſtus nō fuisſet occiſus: mortuꝰ tamē
eſſet. ⁊ defecisſet ſenio. ⁊ idē recitat Sco⸗
tus in. iij. di. xvj. q. j. Similit̃ ſi deus ho⸗
minē nouiter de terra formaret: nulli du⸗
biū ꝙ ſue nature derelictus moreret̃ ꝑ rōs



nes ꝓdictas. qđ etiā eſt ſ̄m ſniam pħi in. j.
phiſicoꝝ ⁊. x. ethicoꝝ. Et iđ p3 ſolutio ad ar
gumentū de morte ꝟginis. quia lic3 neceſſi
tas moriēdi ⁊ alia multa mala. ⁊ pene ꝙ⸗
plures a deo infligātur ꝓpter originale pec
catū nō tm̄ mors abſolute ɔſiderata: ⁊ poſ⸗
ſibilitas moriēdi. ⁊ alie multe nāles paſſio⸗
nes. vt fames: ſitis: ſomnus ⁊ hmōi. ſunt ꝓ
pter pctm̄ immo etiā eſſe potuisſent in hoīe
innocēte ⁊ naturaliter fuisſent. vt ſupra eſt
oſtēſum. Dico ergo ꝙ lic3 deus nūꝙ infli⸗
gat penā alicui ſine cā. tm̄ non ſemp eā im⸗
mittit ꝓpter pctm̄.

Multis causis de⁹ flagellat

Un̄ ſciendū eſt ſ̄3 Be
dam ⁊ magiſtrū in. iiij. di. xv. c. j. ꝙ multis
de cāis flagella a deo mittunt̃ hoibꝰ. Aliqñ
vt per exēplū patiētie iuſtoꝝ flagellatorum
ceteris detur exēplū patiēter tolerādi ad⸗
uerſa. Un̄ Thobie. ij. dr̄ de ipo Thobia. hāc
aūt tētationē ideo ꝑmiſit deus euenire illi
vt poſteris daret̃ exēplū patiētie eius. ſicut
⁊ beati Job. multis eñ craſſantibus opus
eſt exēplo. l. aut facta. §. ſi. ff. de penis. Ali⸗
qñ aūt dantur ad cuſtodiā ꝟtutū. ne ſuper⸗
bia eos tētet. vt Paulo. ij. ad Coꝛ. xij. ⁊ vt
ꝑmaneat in humilitate. Job. x. Si iuſtꝰ fue
ro nō leuabo caput meū ſupbiēdo ſaturatꝰ
afflictione ⁊ miſeria. Aliqñ ad incutiēdum
terrorē. Job. vj. Terrores dn̄i militāt ꝯ me.
Aliqñ ad h̄ vt homo nō ſequatur carnales
voluptates vel mūdi vanitates. Un̄ Petrꝰ
riga. in biblia ꝟſificata inq̄t. Uult implere
viā balaā ſ̄ trita flagellis. Et diuina vidēs
tardat aſella viā. Amplecti mūdū quorūdā
vota laborāt. Sed votis obſtat ꝟbere trita
caro. Nā nos a vitijs mūdanis ſepe retar⸗
dat. Corporis anxietas. damna. flagella. fa
mes. Aliqñ ꝟo dātur flagella ad ſui cogni⸗
tionē. Eſa. xxvj. ſola vexatio dabit intelle⸗
ctū. Aliqñ ad ſtimulandū ad bonū Michee
ij. Surgite ⁊ ite q2 nō habetis hic requiem.
Aliqñ ad inſtructionē ⁊ exercitiū virtutum.
Judicū. iij. He ſunt gētes quas reliq̄t dn̄s
vt erudiret iſrael. Aliqñ ad dilectiōis diui⸗
ne iudiciū. Un̄ Apoc. iij. ait dn̄s. Ego quos
amo: arguo ⁊ caſtigo. Aliqñ ad corrigenda
vel purganda peccata. vt marie lepra. Nu⸗
meri. xij. Facit ad hoc qđ dicitur in aut̃. vt
nō luxuriētur contra na. circa mediū. ſ. pro⸗
pter talia delicta: fames. terremotus ac pe
ſtilētie fiunt. Aliqñ ad initiū pene perpetue
vt herodi Act̃. xii. Et antiocho. ij. Macha.
ix. quatenus h̄ oſtēdatur quid in futuro ſe⸗
quatur. Aliqñ ad gloriam dei. vt ceco nato.
Job. ix. Aliqñ ad cumulum meritoꝝ per pa
tiētia3. vt btō Job eiꝰ. j. ⁊. ij. ac vlti. c. Illas
ergo naturales paſſiones que in xp̄o fuerūt
⁊ etiam in primis parentibus in innocētia
remanētibus fuisſent. ⁊ ſimiliter mortē deꝰ

Quare virginem mariā oportuit mori cū nō habuerit originale pctm̄.

voluit beatam virginem ſubire. nō propter
peccatū originale vel actuale: qđ in ea nūꝙ
fuit. ſed ad augmentu3 meritoꝝ ⁊ alijs mul
tis de cauſis que infra in tractatu de aſſum
ptione dicētur. videl3 in ſermōe primo par⸗
te quarta. Ut eni3 inquit Sco. in. iij. di. iij.
poteſt mediator recōciliare aliquē vt aufe⸗
rātur ab eo pene inutiles ſibi ⁊ relinquatur
in penis ſibi vtilibus. quia igitur culpa ori⸗
ginalis nō fuisſet vtilis beate virgini: ideo fi
lius dei mediator ipſius nō ꝑmiſit eam eſſe
in ſua matre. quia ꝟo pene tꝑales ei valde
vtiles eſſe poterant ad acquiſitionē maio⸗
ris premij per patiētiā. ideo eas ꝑmiſit deꝰ
eſſe in beata ꝟgine. nō quia cōtraxerit pec⸗
catu3 originale. Sed qđ eſt fortius dico ꝙ
etiā cōceptus in peccato originali pōt mori
⁊ nō ꝓpter exoluēdam penā originalis pec
cati. ſicut pt3 de Lazaro ⁊ alijs reſuſcitatis
qui bis ſunt mortui. Una aūt mors tm̄ eſt
debita ipſi originali pctō. ergo illoꝝ mors.
Scđa nō ꝓceſſit ꝓpter punitionē ipſiꝰ pcti
originalis. Et ſimili morte nō cauſata pro⸗
pter culpā obijt beata virgo. Et ad h̄ addu⸗
cere poſſumꝰ dictū magiſtri Jacobi de vora⸗
gine ordinis ꝓdicatoꝝ in ſermōe de plāctu
beate ꝟginis. vbi ait. Si quis bn̄ cōſideret
inuenier ꝙ qui acceptior fuit deo ⁊ ſāctior.
ille magis afflictus eſt in mūdo. nō quidem
ad purgationē peccatoꝝ. cū nullū habuerit
beata virgo. que fuit immunis ab omni pec
cato. ſed ad maius meritū ⁊ premium cōſe⸗
quendum. Rn̄dendo ergo ad argumentu3
ꝙ ceſſante cā: ceſſare d3 effectus. Dico ꝙ h̄
eſt verū qñ effectus cauſatur ſolum ab vna
cauſa. Sed qñ plures cauſe eque principali
ter cōcurrūt ad ꝓducendum aliquem effe⸗
ctū. ita ꝙ quelibet earum eſt cauſatiua effe
ctus. tunc poſito effectu nō ſequitur poſitio
cuiuſlibet cauſe. ⁊ ſil'r ceſſante vna cauſa. nō
ceſſat effectus. vt notatur in. §. affinitatis.
Inſti. de nupti. ⁊. l. ſi ventri. §. de bonis. ff.
de priuilegijs cre. Bar. in. l. ita ſtipulatꝰ. ff.
de ꝟ. ob. Cū ergo cauſe humane mortis ſint
plures. vt declaraui in. ij. pte roſarij ſermo⸗
nū: ſermone. xxxvj. parte. iij. Cūq3 deus di⸗
uerſis ex cauſis immittat mortē ⁊ alia fla⸗
gella vt ſupra patuit. ſequit̃ ꝙ lic3 in beata

virgine ceſſauerit vna mortis cauſa: nō de
buit ceſſare ip̄a mors. cōcurrētib⁹ alijs cau
ſis naturalib⁹ et diuinis de q̄bus in p̄dicto
ſmone roſarij diffuſe dictū eſt, et etiā infra
dicā in ſupradicto tractatu de aſſumptōne.
Et ideo nō tenet iſta ꝯña. Virgo maria mor
tua eſt, ergo habuit originale pctm̄. nā non
ꝓbat hoc eſſe quod ad hoc ꝯtingat abeſſe. l.
nō hoc. C. vnde legi. Probatio em̄ debet ne
ceſſario ꝯcludere. l. neq̄ natales. vbi Bal.
C. de ꝓba. c. in p̄ñtia. ex eo. Preterea poſito
ꝙ mors ſit ꝑpter ſequelā pcti adhuc nō ſe
quit̄ ꝙ ſi aliq̄s nō ſit in originali pctō cōce
ptus ꝑpter hoc nō debeat mori. q̄a vna gr̄a
poteſt cōferri ſine alia. et ſic ex ſeparatis nō
infert̄ vt ait glo. in. l. creditori. ff. de no. op.
nū. deus ergo potuit remittere culpā pecca
ti matri ſue, et nō tollere penā. ad oñdenduz
ꝙ etiā ip̄a fuit ꝑ filiū ſuū redēpta ab origi
nali pctō, cui mors debebat̄ et ꝙ erat de illa
ſtirpe hoim̄ q̄bus ſtatutū eſt ſemel mori. vt
dicit̄ ad Heb. ix. Ad ſcd̄am rōnē q̄ dicta

P Sol. ſecūde rōnis.

eſt ablatōis. Rn̄deo negādo maiorē. ſcȝ ꝙ
data immaculata v̄ginis ꝯceptione tollat̄
p̄uilegiū ꝙ ipſa ſola filiū ſine pctō cōcepit.
Nam ſola habuit filiū carentē omni pctō ꝑ
ſui naturā et eſſentiā. btā aūt Anna cōcepit
filiā ſcȝ glioſam v̄ginē carentē pctō per dei
gr̄am p̄ſeruantē. Melius ergo eſt beatam
v̄ginē ambobus p̄uilegijs gaudere et hono
rari. ſ. ſue imaculate ꝯceptōnis et filij. q̄uis
diuerſimode q̄ vno ſoluȝ. duo em̄ bona vni
ſoli p̄ferenda ſunt, vt inq̄t Ariſt. iij. topicoꝝ
quia ſunt vtiliora, ſicut et duo vincula forti⁹
ligant q̄ vnū. §. ſed hodie. inſti. de adop. Et
due rōnes p̄ferunt̄ vni. l. cū i adoptiuis. C.
de adop. Ad tertiā rōnē q̄ dicta eſt clau

Sol. tertie.

ſionis. Rn̄deo ꝙ lȝ ꝑpter pctm̄ originale
clauſa ſit ianua regni celeſtis, tn̄ nō ſequit̄
neceſſario ꝙ quicunq̄ abſq̄ pctō originali
moriebat̄ ante paſſionē xp̄i. deberet illā in
trare, et ꝙ ſibi eſſet aperiēda. Nam Hiere
mias et Johānes baptiſta in vtero m̄ris ſan
ctificati. mortui ſunt ſine pctō originali. et
nō itrauerūt tūc iannā regni celeſtis. Silr̄
ſancti patres q̄ erāt in limbo. v̄tute preuiſe
paſſionis xp̄i future. et ꝑ circūciſionē erant
liberati ab originali pctō. et tn̄ paradiſuȝ in
trare nō poterāt. Si etiā quis baptizatus
fuiſſet añ mortē xp̄i. q̄uis ꝑ v̄tutē baptiſ
mi purgat⁹ eſſet ab omni macula pcti. c. per
baptiſmū. de ꝯſe. di. iiij. nō tamen potuiſſet
celeſtē ianuā intrare, et ſilr̄ nō intraſſet ali

quis homo a deo nouiter creat⁹ de terra. et
ſine originali pctō decedēs ante paſſionem
xp̄i. quia deus p̄r ob reuerētiā filij decreuit
nullū hoiem celeſtē patriā intrare añ filiuȝ
ſuū. Jō Jobis. iij. d̄r. Et nemo aſcēdit in ce
lum niſi qui deſcendit filius hois. Dicūt tn̄
aliq̄ ꝙ ſicut deus p̄ſuauit ſp̄alr̄ btā3 v̄gi
nē ab originali pctō. ita ſi mortua fuiſſȝ añ
paſſionē filij. ſp̄alez ei deputaſſet locū i quo
glificata eſſet. etiā añ ingreſſum celi empy
rei. ſ. ex diuina viſione ꝑpter quā dici potu
iſſet eſſe in paradiſo. Sicut fuit latro cui di
xit ieſus Luc. xxiij. Amē dico tibi: q2 hodie
mecū eris in paradiſo. et tn̄ ip̄e latro nō in
trauit celū empyreū ante aſcēſionē xp̄i. ſed
ꝑ eo dict⁹ eſt fuiſſe in paradiſo: q2 erat cum
xp̄o. et ei⁹ diuinitatē ꝯtēplabat̄. In cōi eniȝ
ꝓuerbio d̄r. ꝙ vbi eſt papa ibi eſt roma. vt
notat Inno. in. c. ego em̄. de iureiur. et in. c.
quodcūq̄. iiij. q. j. et Arch. in. c. p̄ñti. de p̄bē.
et digni. et. vij. q. j. c. ſcire. Poſſum⁹ q̄ȝ dice
re ꝙ hec oppoſitio ē vana. Nā deus qui ab
eterno p̄ſeruare matrem ſuā ſtatuit. etiā ne
moreret̄ ante filiū ordinauit. Ad quartā
rōnē q̄ dicta eſt humiliatōis. rn̄deo ꝙ ſi iſta

Q

rō eſſet bona: eque ꝓbaret ꝙ m̄r xp̄i fuiſſet
ſub actuali pctō. vñ ꝓcedendo ſm̄ ip̄am ꝓ
baret̄ ꝙ v̄go glioſa fuiſſet maior peccatrix
q̄ vnq̄ fuerit in mūdo. qd̄ falſiſſimū eſt. et
ſic dato p̄mo incōuenienti plura ſequerent̄
qd̄ nō debet fieri. l. ratas. et ibi glo. Allegat
Ariſto. C. de reſcin. ven. et de h̄ etiā habet̄ in
§. cogitatio. in aut̄. vt iudi. ſine quoq̄ ſuffr.
col. ij. Non obſtat ergo dictū Hiero. quia vt
aliqui dicūt: nō dicit aſſumi ſed exp̄mi. vt. ſ.
daret̄ ſpes pctōrib⁹. nō aūt negat q̄n in ip̄a
genealogia fuerint multe mulieres que in
ſcriptura nō rep̄hendunt̄ cū fuerint ſctē. alr̄
falſum diceret vt dicit Nicola. de lyra ſuper
Matt. j. c. vñ ip̄emet Hiero. exp̄mit de q̄b⁹
mulierib⁹ loquit̄. ſ. de Raab meretrice. et de
Berſabea vxore vrie. ac de ruth moabitide
Vel poteſt dici ꝙ Hiero. loquit̄ de parēti
bus remotis nō ꝓpinq̄s. Argumētatio aūt
nō debet fieri a remotis ſed a ꝓximis. l. cuȝ

Argumentatio.

de laneonis. §. a ſinā: ff. de fun. inſtruc. facit
l. ij. ff. de ſta. ho. Vel eſt dicendū ſm̄ Nic. de
lyra vbi. ſ. ꝙ opinio. b. Hiero. in hac parte
nō ē tenēda per rōnes ab ipſo Nicolao alle
gatas. quas breuitatis cauſa omitto. Pre
terea nō eſt credendū beatū Hiero. in dicta
auctoritate intelligere de glorioſa virgine
Maria, quā in ſmone ad Euſtochiū omni



ſanctitate ac gr̄a repletā: atq̄ ſine pctō fu
iſſe teſtat̄. quia ſic eſſet ſibi ꝯtrius: qd̄ nō pre

Cōtrarietas

ſumit̄: ex quo ꝯtrietas euitāda eſt. §. quib⁹. ſ
p̄ma ꝯſtitutōe. Co. et maxime in textib⁹. vt
in. l. ij. §. penul. ff. ſi cer. pe. faciūt notata per
Panor. in. c. tranſlato. de ꝯſti. Ad q̄ntaȝ

R.

rōnem que dicta eſt falſificatōis. Rn̄deo ꝙ
nullo falſo honore laudat̄ btā v̄go Maria
lȝ dicat̄ ſine pctō ꝯcepta. imo veriſſima lau
de extollit̄. Non obſtat dum d̄r: ꝙ de⁹ mlr̄a
potuit facere. Quia rn̄deo ꝙ ideo nō de
dit illa beate v̄gini. q̄a ip̄a inquātū hūana
creatura nō erat capax illoꝝ. Act⁹ em̄ acti

Quare xp̄s nō fecit mariā imortalez.

uoꝝ ſunt in patiēte bene diſpoſito. ij. de aia
et notat̄ in. l. j. de here. inſti. vbi d̄r nō vale
re relictū deportato: q2 eſt incapax. §. lega
ri. et ibi glo. Inſtit. de lega. Et ideo deus nō
fecit beatā virginē immortalē. q̄a tunc non
fuiſſet homo, et ſic xp̄s nō potuiſſȝ dici ver⁹
homo de ſtirpe Adā. Itē nō fecit eā ab ori
gie ſua beatā. q2 ſic eſſȝ ꝑ oia eq̄lis filio. Et
ideo q̄uis deus potuerit illā ab inſtāti con
ceptionis beatificare. tn̄ quia nō decuit ip
ſam equari filio nō beatificauit eā in ip̄o in
ſtanti. et idē poteſt dici de ꝯceptione ſine cō
mixtione ſemis viri et mulieris operatione
ſp̄uſſancti et de alijs ſilib⁹. Quia aūt ꝙ m̄r
dei cōciperet̄ ſine crimine erat decētiſſimū.
vt in ſequēti p̄te hui⁹ ſmonis declarabitur.
Et ip̄a erat capaciſſima hui⁹ gr̄e. vt oñſum
eſt in p̄cedenti ſmone parte vltima. et vt ibi
deȝ patuit. potuit deus illā p̄ſuare. Abſq̄
dubio cōcludendū eſt ꝙ illam preſeruauit.
Ad ſextā rōnē q̄ dicta eſt obligatōis: rn̄
deo ꝙ ſi iſta rō eſſet bona: ꝑ ip̄aȝ ꝯcluderet̄
ꝙ beata v̄go fuit in pctō actuali mortali.
quia ſi ſic fuiſſet habuiſſet motiuū maioris
laudis et gratitudinis erga deū. et ei eēt ma
gis obligata tanq̄ de maiori p̄iculo et dam
no liberata. ergo. Dico tn̄ ꝓ materia ar

Maior eſt preſeruatio q̄ ſubleuatō

gumēti ꝙ maior eſt gr̄a p̄ſuationis et ma
ior donatio ipſius q̄ ſubleuatōis a pctō. vt
declarat Sco. in. iij. di. iij. q. j. et in. iiij. diſt.
xxij. Nam maior gr̄a fieret hoi qui deberet
in foueā luto et putredine ac ſtercorib⁹ plenā
cadere ſi p̄ſeruaret̄ ne caderet: q̄ ſi ꝑmitte
retur cadere. et poſtea ſubleuaret̄ et mūdare
tur. Parabola aūt allegata non ꝯcludit in
caſu noſtro: quia ꝓpoſita fuit de duobus de
bitoribus q̄bus vtriſq̄ fuit debitū dimiſſuȝ
et ambo ceciderāt in obligatiōe. Et ideo ibi
ſolum fit comparatio rōne ſubleuatōis. vñ
ex illatione nō ſequit̄ ꝙ gratia ſubleuatōis

ſit maior gratia p̄ſeruationis. immo ꝑ illaȝ
parabolā ꝓbat̄ oppoſitū. Nam ibi dic̄ glo.
Aug. ꝙ cōmiſſa et non cōmiſſa donant̄: q̄a
nullus eſt qui aliqua cōmittat: q̄n ali⁹ poſſȝ
eadē cōmittere niſi cōſeruaret̄. Beata ergo
v̄go Maria ab originali pctō et ab om̄ibus
actualibus ꝑ gr̄am dei p̄ſeruata ſuper om̄s
hoies illi fuit debitrix. et ꝑ ꝯſequēs grata.
Quāto em̄ maiorē gr̄am quis ab aliq̄ reci
pit. tanto magis ei obligat̄ et ei gratus eſſe

Ad grātiā obligat̄.

debet. l. ſi quis in graui. ff. ad ſill. et. l. ſi vt
certo. §. nunc videndū. ff. cōmo. et. l. p̄ſbr̄i.
C. de epiſcopis et clericis. Et hanc reſpon
ſionem approbans Sco. in. iiij. diſtinctōne
xxij. ar. iij. queſtione. j. inquit: ꝙ nullus eſt
cui deus pauca donet ex hoc ꝙ pauca com
miſit q̄n ſit eidē aliud beneficiū datū mai⁹
q̄ eſt donare. ſ. p̄ſeruare ab alijs i q̄ cadere
potuiſſet et cecidiſſet niſi ꝯſeruatus fuiſſet a
deo. et ſic fuit cū beata virgine. Auguſtinus
quoq̄ in lib. confeſſionum et in ſermone de
magdalena dicit. Illud dimittit̄ ꝙ deo re
gente nō cōmittit̄. Ad ſeptimā et vltimaȝ

S

rōnem que dicta eſt filiationis. reſpōdeo ꝙ
lȝ de lege cōi oēs nati ex matre ſerua naſcā
tur ſerui. vt in allegatis iuribus in rōne op
poſita. et multo magis ſi naſcant̄ ex ābob⁹
parētibus ſeruis. vt patuit. ſ. ſmone p̄mo.
parte. iij. Tamē poteſt dn̄s ordinare ꝙ vn⁹
filius qui naſcet̄ ex ancilla ſua naſcat̄ liber.
ip̄a tn̄ matre remanēte ſerua. Et ſilr̄ ꝙ oēs
qui naſcent̄ ex ea ſint liberi. vt habetur in. l.
cuȝ inter veteres. C. de fideicom. lib. q̄ text⁹
vedet̄ determinare queſtionē noſtrā. Inter
veteres eniȝ dubitatio fuit: vtrū hoc poſſet
fieri. Et ibi imperator determinat: ꝙ ſic. ex
qua deciſione oſtendit̄ ꝙ lȝ beata virgo ꝓ
genita ſit ex matre ſua originalis peccati.
tamen ex diuina ordinatione ipſa libera et
immunis naſci potuit a predicta ſeruitute.
Et de hoc etiā moraliter poteſt exponi tex.
in. l. lex nature. ff. de ſtatu ho. vbi dicit̄. lex
nature hec eſt: vt qui naſcit̄ matreȝ ſequat̄:
niſi lex ſpecialis aliud inducat. hoc ibi quod
fuit in caſu noſtro.

Pars tertia huius ſmonis que dicitur
probationis.

b

T

Beatam virginem Mariam
ſine originali macula fuiſſe cō
ceptam ꝓbabimus breuitatis
cauſa ſolum vnica ratione. Ratio enim eſt
anima legis. l. cum ratio. ff. de bonis dā. et
tantum valet allegare rationem quantum

legē.l.ſcire opꝫ.§.ſufficit.vbi Bal.ff. de ex-
cu.tu.Bar.vo in.§.vltimo.in pemio.ff.di

Rō ⁊ lex id valēt.

cit.ꝙ vbi habemus rōnem ⁊ legē.magis in
herēdum eſt rōni.⁊ allegat glo. in.l.adeo.
ff.de acqui.re.do.qd̄ notat etiã Angelus
dicēs.ꝙ allegare legem vbi habemus rōnē
nihil aliud eſt ꝙ mentē cōfundere.⁊ h̄ inq̇t
in cōſilio.xxxiij.qd̄ dictū allegāt nouiſſimi
in.l.illā.C.de colla. Sufficiēter ergo de-
clarari ⁊ ꝓbari poterit innocētia ⁊ puritas
v̄ginee cōceptiōis rōne fortiſſima ⁊ inexpu

Maior ꝓpoſitio.

gnabili que dr̄ electiōis.Cuiꝰ fundamentū
ponit beatꝰ Tho.in.iij.parte ſumme.q.xx-
vij.arti.iiij.di.Quos deus ad aliq̄d elegit:
ita p̄parat ⁊ diſponit.vt ad illud ad qd̄ eli-
gūtur inueniātur idonei.iuxta illud apl'i.ij.
ad Cor.iij.Idoneos vos fecit miniſtros no
ui teſtamēti.Sapiēs em̄ regulator ea q̄ ſūt
ad aliquē finē dꝫ regulare ſm ordinē ipius
finis.iuxta dictū phi.xj.metaphiſice.⁊ pro
batur p.c.pdeſt.xxiij.q.v.fac ad p̄dicta ꝙ
p̄nceps aſſumēdo aliquē ad officiū ſuū:dr̄
velle diſpēſare cū eo meliori modo quo pōt
l.quidā cōſulebat.ff.de re iudi.Itē aliud di
ctū.ſ.ꝙ q̇ vult cōſequēs:vult etiā omne ne
ceſſariū antecedēs.l.ij.ff.de iur.om.iu.⁊.d.
l.quidā cōſulebat.ff.de re iudi.Itē illud qd̄
dr̄ in.l.ij.C.de cri.ſa.ſ.ꝙ crimē eſt ſacrilegij
dubitare an is dignus ſit quē impator ele-
gerit.Sed glorioſa virgo Maria fuit ele-

Minor ꝓpoſito

cta diuinitus ab eterno vt eſſet mater dei.
ipſa dicēte illud Ecci.xxiiij. Ab initio ⁊ an
te ſecula creata ſum ⁊c.⁊ Prou.viij.Ab eter
no ordinata ſum ⁊ ex antiquis anteq̄ ter-
ra fieret.que oīa attribuit eccl'ia beate virgi
ni.ergo deus ꝑ grām ſuā eā ad tam mirabi
le opus idoneā p̄ſeruauit.Vn̄ de btā v̄gine
dici pōt illud Gen̄.xxiiij.Hec ē mulier quã
p̄parauit dn̄s filio dn̄i mei.i.xp̄o.vt expo-
nit Frā.de mayro.in ſermōe de cōceptione
eiuſdē v̄gīs dicēs.ꝙ deꝰ pr̄ eā p̄parauit.i.
an̄ parauit ꝙ ſordida eēt.qd̄ fecit ꝑ grām
ſingularē.Et hoc eſt qd̄ illi dixit angelus
Luc.j.Inueniſti grām apud deū.ſed nō fu-
iſſet idonea mater dei.ſi vnq̄ vllo tp̄e vel
etiā in momēto fuiſſet per peccatū ancilla
diaboli.quia nō modica filij ignominia eſt
ſi parentē habeat ſeruū.vt dr̄ in.l.j.ff.de li
be.cauſa.vn̄ diabolus potuiſſet impropera
re xp̄o dicēs.Genitrix tua prius fuit ſerua
mea ꝙ mater tua.Ante fuit filia ire ac mor

Cōcluſio.

tis ac maledictiōis ꝙ grē.prius filia diabo
li ꝙ dei.Ergo cōcludendū eſt ꝙ per diuinā
gratiā preſeruata fuit ab omni cōtagione ⁊
infamia atq̄ ſeruitute peccati.⁊ a ſubiectio
ne diaboli.vn̄ ipſa agit de h̄ grās deo dicēs
illud p̄s.xxx.Saluaſti de neceſſitatibꝰ aīaꝫ
meā.nec cōcluſiſti me in manibꝰ inimici.Et
hec veritas cōfirmatur auctoritate Ambro

Cōfirmatio

ſij in ſermone de natiuitate v̄ginis di. Niſi
fallimur iam terra illa bn̄dicebatur.in cuiꝰ
medio dn̄s ſalutē operaret̄ ⁊ ex qua v̄itas
orire.̄ſuperne itaq̄ bn̄dictioni p̄parabat̄
terra in hominē ꝓcreata ex qua naſcitura
eſſet gl'ioſa v̄go que celeſti bn̄dictione ſin-
gulari replēda erat priuilegio.Et noe a do
mino bn̄dicitur.⁊ in filios ſem ⁊ iaphet pa
terna eius bn̄dictio dirigitur.ſanctiſſimum
nãq̄ dei genitricis marie corpus ante ſecu
la ad generādū dei filiū predeſtinatū ꝓpe
finē mūdi naſciturū:iā in his quos predixi
mus fratribus:ſub quadā imagine bn̄dice
batur.ex cuius medio ſalus mūdi oriretur.
Nūquid nō tibi bn̄dicebatur humanitatis ca
ro:cū inde naſcereris gl'ioſa v̄go.Tibi ꝑfe
cto bn̄dicēda erat caro humana in tuis ꝓ-
genitoribus.q̄ ex caſtiſſimis viſceribus illū
eras paritura peccatoribꝰ qui eſt ſuꝑ oīa be
nedictus.cōſtātiſſima ꝓculdubio abrahe fi
des audire meruit.ꝙ in ſemine eius bn̄dice
rentur oēs gētes.Diuine itaq̄ dignatiōis
p̄rogatiua p̄parabat̄ quedā ſtirps iudaica:
ex qua celeſtis luminis porta naſceret̄ vir-
go maria.quā eterna dei diſpoſitiōe vnige
niti filij dei matrē futuram certiſſime ſcimꝰ
predeſtinatam.hec ille.Si ergo beatiſſima
virgo vt digna eſſet mater dei fuit ab eter-
no p̄parata ⁊ bn̄dicta.ꝑfecto valde incon-
gruū eſſet dicere ꝙ aliquādo fuerit per pec
catū maledicta.Et ideo in ſermōe ad euſto
chium Hiero.inquit.Nulli dubiū eſt de ma
tre dn̄i quin talis debuerit eſſe que nō poſ-
ſet argui de peccato.quia fuiſſet ad impro-
perium filij.ſicut enim nobilitas parentum

Nobilitas trāſit in poſteros

tranſit in filios.l.liberos.ff.de ſena.⁊.l.j.C.
de digni.lib.xij.nam natꝰ ex ciue ciuis eſt.⁊
natus ex comitatenſi comitatenſis eſt.l.j.⁊
l.aſſumptio.§.filiuſ.ff.ad muni.⁊.l.cum le
gitime.ff.de ſta.ho.⁊.l.filios.C.de muni.⁊
origi.lib.x.Et ꝓpagatio alicuius clari ſemi
nis ꝓculdubio ſuam nobilitat poſteritatē
lvj.di.c.ſi gens.⁊ in extrauaganti Iohānis
xxij.que incipit Execrabilis.Et de hoc tra
ctat Iohānes de imo.in cle.j.de baptiſmo.
in glo.ſuper verbo regnū.ſic ecōtrario igno
minia parentum tranſit ad filios.Ideo in-



quit ſapiens Ecci.iij.Ne glorieris in cōtu
melia patris tui.nō eſt tibi gl'ia ſed confu-
ſio.gl'ia em̄ hoīs ex honore patris ſui ⁊ de

V

decus filij parens ſine honore. Quia er
go ſi beata virgo originali fuiſſet vitio ma
culata ⁊ corrupta:lꝫ poſtea purgata ⁊ ſcifi
cata poſt lapſum tn̄ infamia pcti remãſiſ-
ſet.quia ſemper de ea poſſet dici ꝙ ſemel
fuit in pctō.ꝑfecto nullatenus eſt creden-
dū ꝙ deus in pctm̄ ip̄am labi ꝑmiſerit:cū
nō poſſit fieri de preterito futurū.neq̄ ab
ipſo deo.Vn̄ Hiero.ad Euſtochiū inquit.
Audacter loquor cū deus oīa poſſit:ſuſci-
tare virginē poſt ruinā nō pōt.facta enim
ꝓ infectis haberi nō pn̄t.vt dr̄ i.l.in bello.
§.facte.ff.de cap.⁊ poſtli.re.⁊.l.verū eſt.
ff.de reg.iu.facit.l.j.§.ſi vir.ff.de acq̇.poſ.
Et in aut.de equali.do.§.q̄ tibi.col.vij.vn̄
inquit Bar.in.l.nō dubium.C.de legi.hoc
ſolo priuatur deus:ꝙ facta ꝓ infectis ha
beri nō pn̄t.nō tn̄ ꝑ hoc intelligit̄ ꝙ deꝰ nō
poſſit in hoīe reparare innocētiā deꝑditā
quia hoc pōt.immo facta pnīa peccati q̇s
habet̄ ac ſi nullā vnq̄ maculā contraxiſſet
l.imperialis.§.in pn̄ti.C.de nup.ſed intel-
ligitur ꝙ illud qd̄ ſemel factū eſt deus fa-
cere nō pōt ꝙ factū nō ſit.licꝫ facere vale
at ꝙ habeat̄ ac ſi factū nō eſſet.Vn̄ Hie-
ro.vbi.ſ.⁊ habet̄ in.c.ſi paulus.xxxij.q.v.
ait.valet quidē liberare de pena:ſꝫ non va
let coronare corruptā. Ex q̇bus oībꝰ ſe-
quitur indubitāter tenēdū ꝙ deus dilectā
ſpōſā ſuā ante creationē mūdi electā ab
omnis peccati turpitudīe p̄ſeruauit.Quis
em̄ eſt hoīum q̇ ſi poſſet ſpōſam ſuā facere
illā nō abſq̄ omni macula ꝓcreare:Quis
v̄o eſt ita inſanus qui illā in fornicationis
vitiū labi permitteretur.Deus aūt cuius
perfecta ſunt opera Deut.xxxij.ꝑfecto ſan
ctiſſimū illud tabernaculū beate v̄gis om-
ni puritate ⁊ innocētia repletiſſimum for-
mauit.in cuius ſacratiſſimo vtero factus
hō nouē menſibꝰ habitaret.Et h̄ eſt ꝙ bea
tus Anſel.in li.de ꝯceptu virginali.c.xviij.
loquitur di.Decuit vt cōceptio illius hoīs
de matre fieret puriſſima tanta puritate
qua ſub deo nequeat maior intelligi.Cui
deus pr̄ vnigenitū ſuū quē de corde ſuo ge
nuerat equalē ſibi ita dare diſponebat.vt
eſſet nāliter vnꝰ idēq̄ dei patris ⁊ v̄ginis
filiꝰ.⁊ quā ſibi filiꝰ ſubſtātialit̄ matrē face-
re eligebat.⁊ de q̄ ſpūſſanctꝰ opaturꝰ erat
vt ex ea ꝯciperet̄ ⁊ naſceret̄ ille de quo ip̄e
ꝓcedebat.hec ille.Nō fuiſſet aūt beata vir
go puriſſima tāta puritate q̄ ſub deo neq̄-
at maior intelligi:ſi originali fuiſſet pctō
maculata.Qd̄.ꝑfecto incōgruū indecēſq̄
tāto filio extitiſſet.Iō Cirillꝰ pr̄iarcha ale
xandrinus in li.ꝯ Neſtoriū ait.ꝓpter filiū
temerariū eſt in maria v̄gine ponere culpā
aliquā vel pctm̄.Eapropt̄ ip̄a gl'ioſa dei ge
nitrix ſicut ego ſcripſi in ep̄la ad ſummum
pōtificē Sixtū q̄rtū.Laudat̄ patrio nūq̄
fedata cruore.Cerbareo nunq̄ ſubiacuiſſe
iugo.⁊ Aug.in li.j.de nā ⁊ grā.ſupradictā
rōnē cōfirmās dicit.Excepta ſola v̄gine de
qua ꝓpter honorē dn̄i nullā ꝓrſus cum de
pctis agit̄ hr̄e volo q̄ſtionē.Scimꝰ eniꝫ ꝙ
plus grē ei donatū fuit ad vincēdū ex om-
ni p̄te pctm̄ q̄ ꝯcipere ⁊ parere meruit quē
cōſtat nullū habuiſſe pctm̄.Hac igit̄ v̄gi-
ne excepta ſi oēs ſci ⁊ ſcē dei cū viuerēt in-
terrogati fuiſſent.vtrū ſine pctō fuiſſent:
oēs vna voce dixiſſent.Si dixerimꝰ q̄r pec
catū nō habemꝰ ipſi nos ſeducimꝰ ⁊ v̄itas
in nobis nō eſt.h̄ ille.Sed r̄ndent q̇dā nō
bn̄ intelligētes Aug.de pctis tm̄ actualibꝰ
loqui.quoꝝ interp̄tatio ſi eēt vera:neceſſe
eſſet dicere Aureolū doctorē Auguſtinū
mendacē eſſe.Multi em̄ ſci ⁊ ſancte dei re
gnāt in celis q̇ nūq̄ actualibꝰ irretiti fuere
pctis.vt innocētes ⁊ paruuli an̄ annos di
ſcretionis poſt baptiſmū mortui.v̄ba igit̄
Aug.ſunt gn̄aliter de oībus pctis ītelligē
dā.q̄r dictū doctoris gn̄aliter loquētis:ge
neraliter debꝫ intelligi.⁊ vbi lex nō diſtin
guit:nec nos diſtinguere debemꝰ.l.de pre-
cio.ff.de publi.Si em̄ de actualibꝰ ſolū in-
telligere voluiſſꝫ.bn̄ h̄ exprimē ſciuiſſet.vt
dicit in alio ꝓpoſito tex.in.l.vnica.§.ſin
aūt ad deficiētis.C.de cadu.tol.In his er
go v̄bis Aug.nobis oſtēdit neminē eſſe
in regno celoꝝ quē nō tenuerit q̄nq̄ cathe
na delictoꝝ.Quidā em̄ originale ſolū con-
traxerūt.⁊ nūq̄ aliquo actuali pctō mor-
tali aut veniali maculati ſunt vt p̄dicti in
nocētes ⁊ paruuli.Alij v̄o nō ſolū origina
li ſꝫ etiā actuali pctō mortali.aut ſaltē ve-
niali ſunt infecti.ſola aūt genitrix dei ma-
ria nullo vnq̄ fuit vitio deturpata.qd̄ etiā
ꝓbat̄ auctē Bern̄.in omel.xiij.ſuꝑ ſmone
in cena dn̄i dicētis.Nō eſt in filijs hoīum
magnꝰ vel paruꝰ tāta p̄ditus ſcitate nec tā
te religiōis p̄uilegiatꝰ honore:q̇ nō i pctis
fuerit ꝯceptꝰ.vel in pctis fuerit poſt cōuer
ſatus p̄ter matrē imaculati agni pctm̄ nō

faciētis: ſed pctā mūdi tollētis. de qua cū
de pctīs agitur nullā ꝓrſus volo hr̄e que-
ſtionē. h ille. Cōcludēdo ergo ſmonē iſtū
dico ꝙ cū ad poſitionē cōſequentis ſequat̄
poſitio ſui neceſſarij antecedētis. §. j. inſti.
de teſta. tutel. cū oēs credāt beatā ꝟginē
Mariā fuiſſe idoneā matrē dei: debēt etiā
credere ipſā fuiſſe immunē ab omni labe
pcti. q2 vt. s̄. dictū eſt. aliter nō fuiſſet con-
grua mater xp̄i. Ex qbus oībus pꝫ inteme
ratā virginē ab originali vituperij īfamia
ꝓſeruatā. Cui9 meritiſ ac ꝓcibus ab oībus
malis et peccatis nos ꝓſeruet benedictus
eius fili9 Amen.

De eadem immaculata conceptione.
Sermo tertius.

x Bſit rem iſtam
a facere vt imponam9 crimē
glīe nr̄e. j. Mach. ix. Au-
gu. de glīoſa dei genitrice
in ſmone de ei9 natiuitate
inq̄t. Quis laudes btiſſime ꝟginis digne
decātare valeat? facta eſt enim Maria ſa-
nus celoꝝ. ſublimatio apl'oꝝ. laus martyꝝ.
iubilatio cōfeſſoꝝ. ꝯtinentia ꝟginū. Facta
eſt maria norma ꝓncipū. iuſticia regū. ſal9
oīum pploꝝ. glīa viduaꝝ. gaudiū angelo-
rū. requies aīaꝝ. Facta eſt Maria ſal9 mo
rū. mors criminū. vita ꝟtutū. ꝟt9 pugnan
tiū. palma victoꝝ. Facta eſt Maria excel-
ſa ſuꝑ ſydera. ſanctior ſuꝑ oēs feminas. cu
ius vita inclyta cūctas illuſtrat eccl'ias. h
ille. Et iō predicte virgini merito attribu-
ūt illa ꝟba ſcripta Judith. xv. c. Tu glīa
hierl'm. Tu leticia iſrael. Tu honorificētia
populi nr̄i. Quapropter oēs deuoti eiuſdē
immaculate matris dei cū ab aliquo exhor
tantur ad credendū ꝙ ipſa virgo puriſſi-
ma cōtaminata fuerit originali pctō. debēt
verba thematis nr̄i dicere. Abſit ꝛc̄. Suꝑ
quib9 tres de eadē cōceptione ſanctiſſima
cōſiderationes faciemus.
Prima dicetur cōtrarietatis.
Secunda veritatis
Tertia ꝛ vltima appellabit̄ ſtabilitatis
Prima pars hui9 ſermōis in q̄ ponunt̄
argumēta cōtraria immaculate ꝯceptiōi.
y Uobus argumētis inſurgūt q̄
d dā vltra ꝓdicta ꝯ bn̄dicte regi-
ne celi cōceptionē. Quoꝝ ꝓmū
d2 gn̄alitatis. Scd̄m ꝟo ſpāli-
tatis. Quo ad primū adducūtur primo
auctes ſacre ſcripture que dicunt gn̄aliter
oēs hoīes ab adā deſcēdentes originali fu
iſſe pctō maculatos. Scd̄o auctes ſacroꝝ
doctoꝝ idē affirmātes. Jn ſacra etem̄ ſcri-
ptura hoc exꝓſſiū videt̄. iij. Reg. viij. ꝛ. ij.
Paral'. vij. vbi d2. Nō eſt hō q̄ nō peccet.
qđ nō intelligit̄ de actuali ſolū. q2 innocē-
tes ꝛ alij multi illud nō cōmiſerūt. vt patu
it. s̄. ſermone ꝓcedēti parte vltima. ꝙ̄ intel
ligitur de originali. Itē Eccs. vij. inq̄t Sa
lomon. Uirū de mille vnū repperi. ſ. xp̄m
ſm glo. Auguſtini. Mulierē ꝟo ex oīb9 nō
inueni. ſ. bonam. Et ps. xiij. dicit Dauid.
Oēs declinauerūt: ſimul inutiles facti ſunt:
nō eſt q̄ faciat bonū nō eſt vſq3 ad vnū. Et
ibidē inquit deo. Nō iuſtificabit̄ in cōſpe-
ctu tuo oīs viuēs. Et ps. l. iterū ait in ꝑſo
na cuiuſlibet hoīs. Ecce em̄ in iniq̄tatibus
cōceptus ſum: ꝛ in peccatis cōcepit me ma
ter mea. Et ps. xxj. etiā inq̄t in ꝑſona xp̄i.
Erue a framea deus aīam meā: ꝛ de ma-
nu canis vnicā meā. Ubi glo. Auguſtini di
cit. Unica eſt aīa xp̄i q̄ ſola eſt a pctīs imu
nis: ꝛ Eſa. liij. d2. Oēs nos q̄ſi oues erra-
uimus. Et ad Ro. iij. dicit apl'us. Oēs in
adam peccauerūt ꝛ egēt grā dei. ꝛ ibidem.
Nō eſt iuſtus quiſꝙ̄. Oēs declinauerunt
ꝛc̄. ꝛ. v. c. eiuſdē ep'le etiā inq̄t. Sic ꝑ vnū
hoīem pctm̄ intrauit in mūdū ꝛ ꝑ peccatū
mors ita in oēs hoīes mors intrauit in q̄
oēs peccauerūt. Et ibidē. Per vnī9 delictū
oēs hoīes in cōdemnationē cōſtituti ſunt.
Et. xj. c. ꝓdicte ep'le iterū ait. Cōcluſit deus
oīa ſub peccato vt oīum miſereatur. Et ad
Ephe. ij. ait. Eramus natura filij ire ſicut
ꝛ ceteri. Et. ij. ad Coꝝ. v. d2. Unus ꝓ oīb9
mortu9 eſt ꝛ reuixit. ſ. xp̄s. Sacri q3 docto-
res idē affirmāt. Un̄ Aug. li. ij. ꝯ Jouinia-
nū ait. Propter catholicā veritatē ſancti ꝛ
beati diuinoꝝ eloquioꝝ ꝓtractatores cla-
riſſimi ſacerdotes Irene9. Cyprian9. Am-
broſius. Gregorius. Innocētius. Johes.
Baſilius. qbus velim nolim addo Hiero-
nymū. vt oēs omittā qui nōdū dormierūt
aduerſus nos: ꝓferūt oīum hoīū pctō ori
ginali obnoxiā ſuiam. vn̄ nemo eruit niſi
quē ſine lege peccati repugnātē legi virgo
cōcepit. hec ille. Et idē. xiij. de ci. dei. c. xiiij.
inquit. Oēs em̄ in illo fuimus q̄n vn9 oēs
corrupit q̄ per feminā lapſus eſt. ꝛ in. c. fir
miſſime. de cōſe. di. iiij. iterū ait. Firmiſſi-
me tene ꝛ nullatenus dubites oēm hoīem
qui ꝑ cōcubitū viri ꝛ mulieris ꝯcipitur in



pctō originali naſci. Et idē ſuꝑ ps. iij. dic̄.
xp̄s oēs pctōres inuenit. ꝛ ſol9 ſine pctō ve
nit. ꝛ in li. de nuptijs ꝛ ꝯcupiſcētia etiā in-
quit. Oēs ſub pctō naſcūtur: ꝛ ꝑ vnū ſolū
q̄ ſine pctō nat9 eſt liberamur. Et in lib. en-
chiridion iterū ait. Per mediatorē q̄ ſol9
ſine pctō nat9 eſt recōciliari nos oportebat.
Leo Leo q3 papa in ſmone natiuitatꝭ xp̄i dic̄.
Dn̄s noſter pcti mortiſꝙ deſtructor. ſicut
nullū a reatu liberū repperit. ſic ꝓ liberan
Grego. dis oībus venit. Grego. etiā in. xj. moral'.
c. vl. dicit. Sol9 redēptor in carne ſua vere
mūdus extitit. q2 nihil in eo ꝑ carnalē dele
ctationē venit. Et idē ſuꝑ Exodū inquit.
Oēs in pctīs nati ſum9 ꝛ ex carnis delecta
tiōe cōcepti: culpā originalē nobiſcū traxi
mus. Et iteꝝ idē in. xij. moral'. ait. Nullus
ſine pctō eſt niſi ille qui in hūc mūdū nō ve
Hiero. nit ex pctō. ꝛ Hiero. ſuꝑ Lucā inq̄t. Sol9
de9 eſt in quē pctm̄ cadere nō pōt. Ambro
Amb. ſius q3 ſuꝑ idē euāgeliū dicit. Sol9 de nat9
ex femina dn̄s Jh̄s terrene cōtagia corru
ptele nō ſenſit: ſꝫ celeſti maieſtati depulit.
Hilari9 Hilari9 etiā quē refert Aug. in lib. ꝯ Julia
nū ait. Jn pctō eſt oīs ꝓter illū q̄ venit in
ſimilitudinē carnis pcti ſine pctō. Idē quoꝙ
Augu. Aug. in li. de ꝑfectione iuſticie dicit. Nō fu
iſſe aliquē in hac vita hoīem puto: excepto
vno mediatore dei ꝛ hoīum. cui non fuerit
neceſſaria remiſſio peccatoꝝ. Cū igitur ter
minus vniuerſalis diſtribuat ꝓ ſingulis.
ꝛ tantū valeat in omnib9 quantū ſpāle in
ſingulis. ff. de admi. tu. l. ſi duo. ar. ff. de le.
iij. l. ſi totus. in prin. Cūꝙ terminus diſtri
butiuus ſingulos ſpāliter cōprehēdat. l. ti
cia. §. ſi. ꝛ. l. plurib9. in princi. ff. de ꝟ. ob. ꝛ
l. ꝛ quēadmodū. §. j. ff. de pigno. Cūꝙ tan
tum valeat aliquid gn̄aliter dici ſicut ſi ſin
gula ſub eo cōtenta numerent̄. l. oēs. ꝛ ibi
glo. C. de preſcrip. xxx. vel. xl. an. ꝛ. l. ij. C. de
q̄dri. ꝓ. Sitꝙ regula dicēs. Qui om̄e dic̄
nihil excludit. c. ſolite. de ma. ꝛ obe. ꝛ. ff. de
lega. j. l. ſi cui. ꝛ de dāno infecto. l. dāni in-
fecti. la. j. §. ēptor. ꝛ. xix. diſ. c. ſi romanoꝝ.
ꝛ de obſer. ie. c. ij. ꝛ. xxv. di. §. j. in glo. ꝛ. l. ſi
a ꝓcuratore. C. mā. Cūꝙ in toto pars cō-
tineatur. c. i toto. de reg. iu. li. vj. ꝛ. l. ſi q̄s.
ff. de excep. rei iudic. ꝛ. c. penale. xiiij. q. v.
Cūꝙ in generalib9 ſpālia inſint. l. ſemꝑ. ff.
de reg. iur. ꝛ. l. ſi ita. ff. de vſu ꝛ habi. ꝛ. l. le
gatum. ꝛ. l. ſi totus. ff. de leg. iij. ꝛ gn̄aliter
dictū gn̄aliter debeat intelligi. l. de ꝓcio. ff.
de publi. c. qui circa. de priui. ꝛ. ff. de ſerui.
vr. pre. l. ſi ſeruitus. vbi glo. ꝛ in. c. ij. de cō
iu. lepro. in glo. penultima: videtur conclu
dendū. ꝙ in his gn̄alibus locutionib9 cum
terminis vniuerſalib9 factis etiā beata ꝟgo
cōprehēdi debeat ac ſi de ea ſpālit̄ fuiſſet
dictū ꝙ in pctō ſit cōcepta. Quo ad ſcōm
argumētū qđ d2 ſpālitatis: adducūtur au
ctoritates ſcōꝝ doctoꝝ q̄ ſpecifice dixerūt
beatā ꝟginē in pctō originali cōceptā fu Anſel-
iſſe. Un̄ Anſelmus li. ij. Cur deus hō. c. x. mus.
inquit. Licꝫ hoīs xp̄i cōceptio munda ſit ꝛ
abſꝙ delectatiōis carnalis pctō. attamen
ꝟgo Maria vn̄ xp̄s ꝛ a qua aſſumpt9 eſt.
ꝛ in pctīs cōcepit eā mater eius. ꝛ ipſa in
Adā peccauit in quo oēs peccauerūt. h ille.
Magiſter q3 ſniaꝝ. i. iij. di. iij. c. j. ait. Que Magr̄
ritur de carne ꝟbi an priuſꝙ̄ cōciperet̄ ob ſniarū.
ligata fuerit peccato. ꝛ an talis aſſumpta
fuerit a ꝟbo. ſane dici pōt ꝛ credi oportet
iuxta ſanctoꝝ atteſtatiōis cōuenientiam:
ipſam prius peccato fuiſſe obnoxiā ſicut re
liqua ꝟginis caro. ſed ſpūſancti opatione
mundatā. ita vt omni contagione immu-
nis vniretur ꝟbo. pena tn̄ non neceſſitate
ſed volūtate aſſumētis remanēte. Mariā
quoꝙ totā ſpūſanctus in eā perueniēs a
peccato prorſus purgauit. ꝛ a fomite etiā
peccati liberauit vel fomitē penit9 euacuā
do vt quibuſdā placet. vel ſic extenuādo et
debilitādo vt ei poſtmodū occaſio nullate
nus extiterit ad peccādum. hec ille. Hanc
etiā opinionē tenuit beatus Thomas in Tho.
ꝓdicta di. ꝙ beata ꝟgo Maria ſit cōcepta
in originali peccato. Et quidā alij docto-
res ꝛ theologi ibidē. Tenuit etiam hoc Jo
hānes teutonicus gloſator decreti in. c. ꝓ- Gloſa-
nūciandū. de cōſe. di. iij. ꝛ Joh. an. in. c. cō- tor de-
queſtus. de feri. ꝛ Archi. in. c. firmiſſime. de creti.
cōſe. di. iiij. Et Beat9 Ber. in ep'la ad cano
nicos lugdunēſes cū quibuſdā alijs ſctīs.
Cū igit̄ eccleſia approbet dicta ſanctoꝝ pa
trū. vt habet̄ in. c. ſancta romana. xv. di. vi
detur ꝙ illi errēt ꝛ peccēt deuiātes a deter
minatione ꝓdictoꝝ ſanctoꝝ patrū q̄ btām
virginē ſine originali peccato conceptam
fuiſſe dixerunt.
Pars ſcd̄a hui9 ſermonis q̄ d2 ꝟitatis.
z Sta ſunt argumēta qbus nō-
i nulli ꝟginis innocentiā impu
gnātes multos ab eius purita
tis veneratiōe auertere conan
tur. Quapropter glīoſa ꝟgo rogat ſuū pre
ſeruatorē deū dicens illud ps. xiij. Tu dn̄e

ſeruabis nos.⁊ cuſtodies nos a generatio
ne hac in eternū.Nos ꝗȝ ỽitatē defenſare
volētes que vincit oia.⁊ a nemine ſuperaſ.
vt dꝛ.ij.Eſdre.iij.⁊ in.l.fi.ff.de ꝓba.ſimul
⁊ cōſiderātes ꝙ magis attendi dȝ illud qḋ
eſt in ỽitate ꝙ qḋ eſt in falſa opiniōe.l.ſi
quotiēs.ff.de manu.vindi.⁊.§.ſi quis reȝ
ſuā.inſti.de lega.dicimus ꝙ his oibus au
ctoꝛitatibꝰ nō obſtātibꝰ tenēda eſt veriſſi
ma opinio de imaculata cōceptiōe matris
dei.Nō obſtāt mō oia dicta gñalia tam ſa
cre ſcripture ꝗ̄ doctoꝛuȝ in quibꝰ affirmaſ
ꝙ oēs ꝓpagati ab adam ſunt in oꝛiginali
pctō cōcepti vel ſiſ̄ibus ỽbis idē in ſubſtā

Quō itelligaſ vniuerſal̄i ſacra ſcriptura

tia dꝛ.Quia rñdeo ꝙ illa regula vniuerſa
lis:ꝗ omne dicit ⁊c̄.nō hȝ locū in his au
ctoꝛitatibꝰ nec in multis alijs ſacre ſcriptu
re ꝗ̄ regulis logicalibꝰ ⁊ grāmaticalibꝰ nō
eſt ſubiecta.c.indignū.xxxviij.di.vñ in ſa
cra ſcriptura terminus vniuerſalis frequē
ter accipiſ ꝓ maioꝛi parte vt declarat Ni
colaus de lyra ſup Mat.vt ibi.Exibat ad
Johannē hieroſolyma ⁊ oīs iudea ⁊ oīs
regio circa ioꝛdanem.Mat.iij.⁊ tñ multi
nō exibāt:ſ maioꝛ pars tm̄.⁊ ibi:videbit
oīs caro qḋ os dñi locutū eſt.Eſa.iiij.⁊ tñ
multi nō viderūt filiū dei in natiuitate eiꝰ.
⁊ ſic ad tollēdā cōſequentiā ſufficit dare in
ſtantiā.§.pauonū.inſti.de re.diui.Et ideo
inquit magr̄ Bartholomeꝰ piſanus in lib.
btē ỽginis.fructu.vij.Sacrā ſcripturam
vti ſepe vniuerſali ſm vocē que nō diſtri
buit vniuerſaliſ:ſ tm̄ ꝓ illis ꝗbus cōuenit
ꝑdicatū.vt in iſta.Totꝰ mūdus vadit poſt
ipȝ.Et eſt hyperbole tropus:⁊ figura grā
maticalis.i.locutio ſm modū loquēdi.fa
ciūt notata in.l.oēs.C.ſine cēſu vel reliꝗs.
vbi glo.magiſtralis i hac materia dat exē
plū dicēs.ꝙ hec vniuerſalis oēs currūt:in
telligiſ de his ꝗ ſunt habiles ad currendū.
ꝙ aūt dictio vniuerſalis reſtringaſ ad ha
bilitatē.eſt tex.in.l.j.C.de ſa.ſan.ec.vbi dꝛ
habeat vnuſꝗſqȝ licētiā in teſtamēto relin
quere pijs locis.qḋ exponit glo.vnuſꝗſqȝ
ſ.habilis ad teſtandū.ſil̄r ꝗȝ reſtrictionē
faciūt doctoꝛes.maxie Bal.poſt glo.in.l.
j.C.de fi.inſtru.ſ igitur reſtrictio termini
vniuerſalis ſepe fit in ſacris ſcripturis.Et
ſ affirmat Hiero.in epl̄a ad Damaſuȝ pa
pā de filio ꝓdigo.vbi exponēs illud Luce
xv.Fili tu ſemꝑ mecū es ⁊ oia mea tua ſūt.
Jntelligēs ꝑ patrē deū.⁊ ꝑ filiū ꝓdigū po
pulū gentilē.ꝑ ſenioꝛē ỽo iudaicū:cui deꝰ
dixit:Fili ⁊c̄.ait ſic.Quō āt dei oia iudeoꝝ
ſunt.Nūquid angeli throni dñationes ce
tereqȝ ỽtutes?Per oia ergo intelligimus
legē ꝓphetas eloquiaqȝ diuina.Hec enim
eis dedit vt in lege eiꝰ meditarentur die ac
nocte.Scōm illū modū quē ſepe expoſui
mus ſcripturaꝝ oia nō ad totū referēda eē
ſed ad ꝑtē maximā vt ibi.Oēs declinaue
runt ſil̄r inutiles facti ſunt.Et alibi.Oēs ꝗ
venerūt añ me fures fuerūt ⁊ latrones.Et
Pau.ad Coꝛ.ix.inꝗt.Oibus oia factꝰ ſuȝ
vt oēſ lucrifacerē.Et ad Phil̄.ij.Oēs ei ꝗ
ſua ſunt querūt:nō ꝗ̄ ieſu xp̄i.hec Hieroñ.
Ecce ergo ꝙ auctates ꝑdicte quātūcunqȝ
gñaliter loquanſ nō debēt intelligi de btā
ỽgine.nō obſtāte termino vniūſali.Opoꝛ
tet ei ipſas gloſare ſicut ⁊ ceteras quas re
fert Hiero.in ꝑdicta epl̄a.Gloſanſ aūt ſic.
Oēs declinauerūt.ſ.ꝗ mādata diuina ſer
uare noluerūt.Oēs ꝗ venerūt añ me fures
fuerūt ⁊ latrones.ſ.ꝗ a me miſſi nō fuerūt.
Oibus oia factꝰ ſum.ſ.ꝗ̄ ſm deum fieri po
tuerūt.Oēs que ſunt ſua querūt nō ꝗ̄ ieſu
xp̄i.ſ.ꝗ ſunt a charitate ſeparati.ꝓpheta
etiā ꝑs.cxv.inꝗt.Ois hō mēdax.ſ.niſi eiꝰ
eloꝗa a ſpūſcō ꝓcedāt.Jlle ergo auctates
ꝙ oēs peccauerūt in adā ⁊ pctm̄ oꝛiginale
cōtraxerūt exponēde ſunt.ſ.ꝗ nō ꝑ diuinā
gratiā fuere ꝑſeruati.ſ ab adā hȝ cōeȝ cur
ſuȝ ⁊ legē ex inoꝛdinata ꝯcupiſcētia ⁊ libi
dine parētū cū carētia diuine grē ⁊ iuſticie
oꝛiginalis ſunt ꝓpagati.Nō aūt loquunſ
de ꝓpagatis ab adā ſm legē ꝑuilegiataȝ.
nec de ꝑſeruatis ab oꝛiginali pctō ꝑ grām
ꝑueniētē:ſicut fuit btā ỽgo Maria.Et ꝙ
dictas oēs auctēs opoꝛteat gloſare ꝓbaſ.
Nā ſi ſine aliꝗ gloſa ⁊ limitatione voluerit
eas ꝗs exponere neceſſe erit dicere ꝙ xp̄s
ꝗ ⁊ ipſe ex adā ꝓpagatiōe deſcēdit peccatū
oꝛiginale ꝯxit.qḋ eēt hereticū ꝓfiteri.Si
ergo indeuote ⁊ impugnatoꝛ imaculate cō
ceptiōis vt in hereſim nō labaris vis au
ctoꝛitates illas gloſare.equemus in glo
ſando lāceas ⁊ de pari ꝓcedamꝰ.Tu inꝗ
es Oēs peccauerūt in adā ꝑter xp̄m ꝑ na
turā.Et ego dicā.⁊ ꝑter beatā ỽginē per
grām. Sciendū eſt ꝗ̄ ꝙ orō vl̄is ỽifica
tur etiā dato ꝙ vna ꝑſona vel due aut tres
nō copꝛehēderenſ ſub ea.vt notaſ in.l.inſ
oēs.ff.ꝗ ſatiſ.co.vbi glo.facit tex.in.c.j.de
ꝯſti.dicēs canōes cuſtodiēdos ab oibꝰ.vbi
glo.excipit papā ⁊ imperatoꝛē.facit etiaȝ
glo.i.c.ſi ỽo.de ſen.ex.⁊ in.l.j.C.cōia de le.

Job.x. j.Coꝛ.ix. Philip.ij.

Expoſitio auctoꝛitatum.

De ꝓpoſitionibus vniuerſalibus.



Et hoc patet Eccl̄i.xl.vbi dꝛ Oia ꝗ de ter
ra ſunt in terrā cōuertenſ.Et tñ btā virgo
et Johēs euāgeliſta nō ſūt in terrā ꝯuerſi.
Et Mat.xi.dꝛ.Nemo nouit filiū niſi paſ.
et tñ etiā ſpūſſctūs euȝ nouit.Et ſil̄r dꝛ.j.
ad Coꝝ.xv.Oēs quidē reſurgemꝰ.⁊ tñ be
ata ỽgo nō reſurget cū ſit gl̄ificata in aīa
⁊ coꝛꝑe ſuꝑ choꝛos angeloꝝ.vt diceſ infra
in tractatu aſſumptōis.Jtē illa ỽba.Ois
vtriuſqȝ ſexus ⁊c̄.de peni.et re.c.oīs.veri
ficanſ etiā dato ꝙ aliꝗs ſit exemptus.ꝗa
papa nō ligaſ ꝑ illō capl̄ȝ.vt ibi dic̄ Ant.
de butrio.ſil̄r illa vniuerſalis.Quicꝗd liga
ueris ſuꝑ terrā ⁊c̄.que habeſ Mat.xvj.et
in.c.ſolite.de maio.et obe.limitaſ.ſ.claue
non errante.vt in.c.l̄ras.de reſti.ſpo.⁊ ibi
glo.oꝛdinaria ⁊ docto.Facit.l.vt gradati.
§.ſed ſi lege.ff.de mu.⁊ ho.vbi oꝛatio vni
uerſalis.reſtringiſ ad idoneos ⁊ aptos cō
ꝑhendi ſub ea.Et ad ideȝ eſt.c.dilecto.et
ibi glo.de ſen.ex.li.vj.et.l.j.§.lex falcidia
ff ad legē fal.faciūt notata per Bar.in.l.j.
§.nūciatio.ff.de oꝑ.no.nū.⁊ ꝑ gl.i.l.emā
cipari.ff.de adop.ſil̄r abſurditas facit legē
reſtringi.vt inquit bar.in.l.furti.§.pactꝰ.
ff.de his qui no.infa.⁊ terminus vl̄is non
diſtribuit vniuerſal̄r quo ad illos ex ꝗruȝ
diſtributōe reſultaret abſonus intellectus
ar.in.c.ſolite.in ꝑn.de ma.⁊ obe.hoc autē
eſſet in caſu noſtro.valde em̄ abſonū eſſet
⁊ incōueniēs ꝙ beata ỽgo fuiſſet oꝛigiāli
vitio maculata.vt patuit.ſ.ſmone.ij.ꝑte
vlti.Jtē vt dicūt theologi in ꝑmo.di.xlvj.
Terminꝰ vniuerſalis hȝ qñqȝ diſtributio
nem accōmodatā ſm cōem vſum loquēdi:
vt patet Job.j.vbi dꝛ.Jlluminat oēm ho
minē venientē in hunc mundū.i.ſm Aug.
nullus illuminaſ in mūdo niſi per ipſum.
multi tñ indiſpoſiti ad grāȝ nō illumināſ
⁊ ita diſtribuit terminꝰ vniuerſalis in caſu
noſtro vt infra patebit.Dicūt etiā theolo
gi vbi.ſ.ꝙ terminꝰ vniuerſalis qñqȝ ñ di
ſtribuit ꝓ ſingulis generū ſed ꝓ generibus
ſinguloꝝ.vt ibi.oīs lapis ꝑcioſus opimē
tum tuū.Ezech.xxviij.⁊ ſic nō ſemꝑ comꝑ
hendit ſingulos generis vel ſpeciei cuiꝰ fit
diſtributio.Preterea dicere poſſumus ꝙ
oīs regula quātūcūqȝ generalis:plerunqȝ
patiſ exceptionē.l.naȝ quod liquide.§.fi.
ff.de penu le.l.cogi.§.inde queritur.ff.ad
trebel.et.§.vt aūt.i auſ.de nō ali.aut per.
re.ec.coll̄.ij.de quo vide ꝑ Dynū in.c.j.de
reg.iu.li.vi.et ꝑ doctoꝛes in.l.j.et in.l.oīs
diſſinitio.ff.eodem ti.ad hoc etiā faciunſ
dicta per Tho.in.iij.parte ſum.q.xxvij.
arti.j.in rñſione ad ſcōm argumentuȝ.vbi
arguit ꝙ beata ỽgo nō fuiſſet ſanctificata
anteꝗ̄ nata ꝑ Auguſtinū ad Dardanū ita
dicentē.Sāctificatio qua efficimur tēpluȝ
dei nō niſi renatoꝝ eſt.igiſ beata ỽgo nō
fuit ſanctificata añꝗ̄ nata.qꝛ renaſci pre
ſupponit naſci.⁊ rñdet Tho.ꝙ Auguſtinꝰ
loquiſ ſm legē cōem ſm quā nō regene
ranſ aliqui ꝑ ſacramēta niſi ꝑus nati.cui
legi deus potentiā ſuā non alligauit quin
aliꝗbus ex ſpeciali ꝑuilegio grām ſuā con
ferre poſſet anteꝗ̄ naſcanſ.Unde Geneſ.
iij.dixit mulieri ꝑme in ꝑſona oim.Jn do
loꝛe paries filios.⁊ tñ hec lex generalis et
cōis nō eſt verificata in beata ỽgine.ꝗ cū
gaudio ⁊ leticia dñm parturiuit.Et iō ſil̄r
eſt dicendū de lege oꝛiginalis peccati.Uñ
in tractatu de ꝯceptione ỽginis dicit ma
giſter Petrus aureoli de mēte btī Augu.
ꝙ excipiēda eſt beata ỽgo a regulis gene
ralibus que nō cōueniūt ſanctitati eius et
ſingularitati gratie ſibi collate.maxime de
maternitate dei.hoc aūt ꝓbaſ per dictum
eiuſdē Auguſtini qui general̄r loquitur in
libꝛo de baptiſmo paruuloꝝ dicēs.ꝙ oīs
quotquot fuerūt vel ſunt vel erūt.ꝑ quo
tidianis defectibus indigēt dicere orōneȝ
dñicā.ſ.dimitte nobis debita noſtra qḋ tñ
nō potuit eſſe verū in beata ỽgine ꝗ nūꝗ̄
aliquod actuale pctm̄ cōmiſit.Oꝛatio ergo
quātūcūqȝ generalis nō ſemꝑ verificaſ in
oibus.Unde.j.ad Timoth.ij.dꝛ.Deꝰ vult
oēs hoīes ſaluos fieri.⁊ ad agnitionē ve
ritatis venire.⁊ tñ nō oēs ſaluanſ.Sil̄r
Aug.in li.de fide ad Petrū dicit.Firmiſſi
me tene ⁊ nullatenus dubites oibꝰ hoibꝰ
bonis ⁊ malis reſurrectionē carnis in ad
uentu dñi futurā eſſe cōmunē.⁊ tamē hec
generalis locutio nō comꝑhendit beatam
virginē que reſurrexit in anima ⁊ coꝛpoꝛe.
Eapꝛopter exponit Nicolaus de lyra ſuꝑ
dicto.c.ad Timoth.ij.et Thom.⁊ alij theo
logi in.j.diſtin.xlvj.ꝙ ille terminus vni
uerſalis nō diſtribuit pꝛo ſingulis generū
ſed pꝛo generibus ſinguloꝛuȝ.quod etiam
ſepe facit ſm iura.vt patet in.c.ſi ꝗs oēȝ.
j.q.vij.et in.c.mulier.xv.q.j.et in.c.cū bus
militatis.xxij.q.ij.⁊ i.c.nam ꝯcupiſcētiā.
de conſti.Jteȝ dicūt theologi vt.ſ.ꝙ ſicut
in illis verbis Pauli eſt diſtributio accom
modata ſcȝ ꝙ nullꝰ ſaluaſ niſi deus velit.

Argumentū tho.

A Oro generalis nō ỽificaſ ſeꝑ de oibꝰ.

Ita hec vniuerſalis: oēs peccauerūt ī adā:
exponit̄.i.nullus cōtraxit pctm̄ originale
Generalis clauſula nō refert̄ ad illicita.
niſi qui ab adam deſcēdit. Preterea clauſu-
la generalis nō refert̄ ad illicita.l. ſi ꝓcu-
ratoꝛ.ff.de condi.inde.et.l. Paulus.ff.ad
muni.et.c.j.de iureiur.li.vj.et ibi Archi.et
xxxv.q.ix.c. quod quis.et.xxij.q.iiij.c.ij.
Illicitū aūt fuiſſet ꝙ filius beate ꝟgīs nō
ꝓſeruaſſet eā ab originalis peccati damno
ac infamia.vt ꝓbatū eſt.ſ.ſmone.j.parte
vlti.ergo illud decretū generale ⁊ lex gene-
ralis de ꝯhendo originali peccato nō deb;
includere beatā ꝟginē.maxime qꝛ in gene-
ralitate nunꝙ̄ compꝛ̄hēdunt̄ ea q̄ veriſile
eſt quē nō fuiſſe cōceſſurū.l.obligatiōe ge-
nerali.ff.de pigno.ſicut eſt in caſu noſtro.
Item quia vniuerſalis quādo fit aliquod
ꝑmoꝛdiale ſtatutū nō oīa compꝛ̄hēdit. ſm
Bal.in.l.oīs.C.ſine cē.vel re. Item quia
in vniuerſali ſtatuto nō compꝛ̄hendit̄ ꝑſo-
na loquētis.ſm bar.in.l.j.ff.ꝙ quiſq; iu.
et ꝓbatur per.l.inquiſitio.vbi glo.C.de ſo
lut. Cū ergo Auguſta gaudeat ꝑuilegijs
impatoꝛis,l.princeps.ff.de legi.⁊ mr̄ pri-
uilegio filij.l.inſolidum.C.de falſis.ſequit̄
ꝙ beata ꝟgo nō intelligit̄ compꝛ̄hēdi ſub
hoc ſtatuto. Ad confirmationē etiā pꝛedi-
ctoꝝ adduci poteſt illud quod dicit̄ hiere.
vj.ſcꝫ. Oēs auaricie ſtudēt. Et.viij. Oēs
auariciā ſectant̄.quod tamē ad chꝛiſtū et
beatā virginē nefas eſt referre. Itē Mar.
ix.dicit ſaluatoꝛ. Oīa poſſibilia ſunt cre-
denti. Et.xj. Oīa que orātes petitis fiet
vobis.quod vtrūq; reducit gloſa ad ea que
expediūt ſaluti: ⁊ nō ad alia. Itē Iob.xij.
dixit. Omnia trahā ad meipꝫ.⁊ tamē nō
trahit infideles ⁊ blaſphemos. et Marci
vlti.inquit. Predicate euangeliū oī creatu-
re.quod tm̄ ſm Greg.ad hoīes ſolū refert̄
B Item ꝑs.ait. Exaltatū eſt nomē eiꝰ ſoliꝰ.
⁊ tamē nomē beate ꝟginis exaltat̄ ꝑ grāꝫ
et voluntatē dei. Inſup ideꝫ ꝓpheta canit
deo dicēs. Tu ſolus laboꝛē ⁊ doloꝛē ꝯſide-
ras.cum tm̄ multi miſericoꝛdes ideꝫ ꝯſide-
rent. Prime quoq; ad Coꝛ.vj.dicit̄ Paulꝰ.
paulj
Oīa mihi licēt.⁊ tm̄ nō licebat ei armis
militare ſeu aliquid ꝓhibitū ⁊ malū agere
Ex quibus oībus patet ꝙ locutio genera-
lis ſepe eſt limitāda.⁊ tm̄ ad licita ⁊ ꝯgrua
referēda ac reſtrigēda.⁊ ſic eſt in caſu nr̄o
Ad auctoꝛitatē aūt Salomonis dicentꝭ ꝙ
vnū virū de mille repperit.ſ.ſine peccato.
mulierē ꝟo nullā. Dico ꝙ loquit̄ veritatē

quia ſolus xp̄s fuit ſine peccato ipſo iure ⁊
ꝑ ſue excellentiā nature. Maria ꝟo ꝑ gra-
tiā filij ſui ⁊ ſpeciale ꝑuilegiū.vt oſtēſum
eſt.ſ.ſmone.j.parte.iij. Et ita rn̄detur ad
oēs ſiles auctes dicētes ſolum xp̄m fuiſſe
ſine pctō.nullus eñ alius vir nec aliq̄ mu-
lier fuit impeccabilis ꝑ naturā. Similr̄ ſi
exponat̄ dictū Salomonis: ꝙ reppit vnū
virū ex mille.ſ.bonū.mulierē ꝟo nullā.di-
co ꝙ hoc dixit ideo quia xp̄s ſolus fuit hō
et deus.⁊ ꝯſequēter ſolus dici pōt bonus.
quia nemo bonus.ſ.ꝑ eſſentiā: niſi ſolꝰ deꝰ
Matth.xix.et Luce.xviij. Maria ꝟo nō
dicit̄ bona ꝑ eſſentiā ſed ꝑ participationē
bonitatis dei ⁊ ꝑ ꝓſeruationē ſingulareꝫ.
Oīoes vles negatiue.
Ad oēs etiā illas auctes generales dicen-
tes ꝙ nullus vel nemo fuit ſine pctō ꝓter
xp̄m. Rn̄det̄ ꝙ termini negatiui nō ſemꝑ
oēs negant nec excludūt.l.neminē.vbi gl.
C.de ſa.ſan.ec.q̄ allegat.l.fi.§.penul.ff.de
mu.et ho.in oībus eñ caſibꝰ in q̄bus cīo
vlis affirmatiua reſtrigit̄: etiā negatiua
extendit̄ cōcurrentibus eiſdē rōnibus. Et
idō etiā ad oēs illas auctes dicētes ꝙ tm̄
xp̄s vel ſolus filius dei fuit ſine pctō. Rn̄-
detur ꝙ iſte dictiones taxatiue nō exclu-
dunt equipollēs ſm Paulū de caſtro con-
ſilio.ccxcvj.in ſimili.facit ad hoc tex.in.l.j.
ff.ſi meſ.fal.mo.dix.vbi ſi ꝯueniat̄ ne q̄s te-
neat̄ niſi de ſolo dolo. venit tm̄ etiam lata
culpa. Ad quod etiā facit textus in.l.fi.C.
de reuo.do.⁊ in.l.ob es.C.de ꝓdi.mi. Itē
dictio taxatiua nō excludit aliū caſum ha-
Dictio taxatiua.
bentem ſimilē rōnē.l.cū ꝓtoꝛ.iuncta gl.ff.
de iudi. Item ad oēs generales locutiones
tam ſcripture ꝙ̄ doctoꝝ poteſt reſponderi
ꝙ generi ꝑ ſpēm derogat̄.l.in toto iure.ff.
de regu.iur.⁊.c.generi.eo.titu.lib.vj.et.l.
doli culpa.ff.de ver.ob. Beata igit̄ maria
ſpeciali ꝑuilegio ꝓſeruata ab illa generali-
tate ꝯhendi originale pctm̄ fuit exempta.
et ideo ipſi ꝟgini glorioſe dixit deus illud
Heſter.xv. Noli metuere.nō morieris.non
eñ pro te ſed ꝑ oībus hec lex cōſtituta eſt.
Ipſa nāq; ꝟgo exēpta fuit ab illa lege ge-
nerali ꝑ regulā illā que ait.qui a lege ꝑua-
ta ducit̄ nulla rō exigit vt a lege publica
conſtringat̄.c.due ſunt.xix.q.ij. Et ſic ptꝫ
ſolutio ꝑmi argumēti gn̄alitatis. Quo
E Ad ſcōm argumentū.
ad ſcōm argumentū quod dicit̄ ſpecialita-
tis.dico ꝙ ſi aliquod dictū ſacre ſcripture
vel doctoꝝ reperiat̄ in quo beata virgo ab
originali peccato ſanctificata ſeu purgata



vel liberata noīet̄ eſt rn̄dendū vt.ſ.dixi-
mus ſmone.j.parte.ij.in rn̄ſiōe vltimi ar-
gumēti. Uel dicas ꝙ vt ait Aug.ſup Lucā
tanta pctā q̄s dꝛ cōmiſiſſe a quātis ꝑ di-
uinā grām ⁊ ꝟtutē fuit ꝓſeruatus. Quia
nō ſolum attendit̄ quod eſt ſed etiā quod
eſſe poteſt eo ꝙ euētus ſunt in ꝯſideratōe
l.pater filio.ff.de here.inſti.l.ait facta.§.
euētus.ff.de penis.et.§.poſterioꝛe.inſti.
quibus mo.teſta.infir.textus eſt in.l.ge-
neraliter.§.ſi libero hoī.ff.de fideicom.li.
Beata igit̄ ꝟgo ideo dꝛ ab originali pctō
ſanctificata aut purgata vl̄ liberata ſeu re-
dempta.quia radicalr̄ fuit in ea habilitas
ad ꝯhendū illud.⁊ ꝯtraxiſſet niſi per diuinā
grām ꝑuenientē fuiſſet ꝓſeruata. Nā etiā
nos dicimur redempti a moꝛte eterna per
paſſionē xp̄i in qua actu nō fuimꝰ.ſed qm̄
in ipām laberemur ſi nō ꝓſeruaremur.ali-
quis etiā a furca dꝛ redimi: lꝫ adhuc nō ſit
appꝛ̄henſus nec iudicatus vel ſuſpēſus qm̄
ꝓſeruat̄ ne ſuſpendat̄.vt ait Petrꝰ de can-
dia in tractatu de ꝯceptōe btē ꝟgis. Tali-
bus q̄ꝫ locutiōibꝰ ſepe vtit̄ ſcriptura ſacra
Unde ꝑs.ait. Uerūtm̄ deus redimet aīam
meā de manu inferi.⁊ iterū. ſaluaſti me a
deſcēdentibus in lacū ⁊c.⁊ Prouer.xxiij.
dꝛ illi qui coꝛripit ꝓximū. Aīam eiꝰ de in-
ferno liberabis.in quo tm̄ nunꝙ̄ fuit. Et h̄
etiā modo poſſunt ſolui dicta ſctōꝝ docto-
D Solutio auctoꝛitatis Anſelmi.
rū aſſerentiū ipām ꝟginē in pctō origiali
cōceptā. Ad auctem ꝟo Anſelmi vltra ꝓdi-
cta rn̄deo.ꝙ illa ꝟba fuerūt a quodā ma-
ligno ⁊ ꝟginee puritatis aduerſario ma-
licioſe addita ⁊ Anſelmo aſcripta ſꝫ Sco.
in.iij.di.iij.quod patere poteſt: qꝛ Anſel-
mus in ꝑcedētibus ⁊ in ſequētibus affir-
mat beatā virginē ſine peccato conceptā.
Uel poteſt rn̄deri ꝙ illa ꝟba non fuerunt
ipſius Anſelmi: ſed cuiuſdā eius diſcipuli
ipm Anſelmū interrogātis. Dictus eñ li-
ber ꝓcedit ꝑ dyalogū. Uel dicendū eſt ꝙ
illa verba dixit Anſelmus inquiſitiue ⁊ di-
ſputatiue ſicut ⁊ nos facimus arguentes
contra conceptionē ⁊ ponētes ea que dici
poſſent ab impugnatoꝛibus ꝟginee puri-
tatis.quēadmodū etiā facit Salomon q̄
in libꝛo Ecc̄s dicit multa in ꝑſona fatui.⁊
multa in ꝑſona ſapiētis.⁊ multa falſa ꝓ-
ponit. Et ita fac̄ Anſel.nō dicēdo ꝓdicta
ꝟba affirmatiue ꝑ ꝟitate.alr̄ ꝯdiceret ſibi
ipſi. Nā oppoſitū tenuit vt viſū ē ſmōe ꝓ-
cedēti pte vl.⁊ ēt patebit ifra ſmōe ſeq.iō

per illa verba nō voluit oſtēdere mariā in
originali peccato conceptā ⁊ filiū dei nō:
ſed voluit oſtēdere differentiā inter cōce-
ptionē matris ⁊ filij.ſ.ꝙ xp̄s fuit ꝯceptꝰ a
maria ſine peccato carnalis delectatiōis.
Maria aūt nō ſic ſed cū delectatōe concu-
piſcentie parentū. Non debemus ergo in-
herere ꝟbis.ſed potius mēti loquētis. vt
ait glo.iij.in.c.paratus.xxiij.q.j.qꝛ ſi ſola
verba intueamur: nequaꝙ̄ xp̄s preceptū
ſuū impleuit: qui nō ꝓbuit ꝑcutienti ma-
xillam.vt dicit Aug.in codē.c.paratus.in
prin. Et in.c.humane.xxij.q.v.dicit̄ ꝙ nō
debet aliquis cōſiderare ꝟba ſed volūtatē
et intentionē.vt etiā habet̄ in.c.ꝓterea.et
in.c.intelligētia.de ver.ſig.et in.l.iij.C.de
libe.prete.vel exhe. Facit ad hoc qō inquit
Hiero.ſup epl̄a ad Gal.⁊ ponit̄ in.c.mar-
chion.j.q.j.ol. Nec putemus in verbis ſcri-
pturarū eſſe euangeliū ſed in ſenſu: non in
ſermonū folijs: ſed in radice rationis.hec
ille. Senſus ergo magis attendi debet ꝙ̄
verba.vt ꝓbat̄ per.l.ſcire leges.cū duabꝰ
ſequētibus.ff.de legi.⁊ notat̄ in.l.ꝙ̄uis.⁊
ibi glo.fi.ff.de in ius vocan.⁊ in.l.⁊ ſi q̄s.
§.idem labeo.⁊ ibi gl.in verbo imitari.ff.
de reli.et ſum.fu.⁊.l.nō dubium.et ibi gl.
ij.C.de legi.⁊ per Bart.in.l.ſcire opoꝛtet.
§.opoꝛtet.ff.de excu.tu.et per glo.⁊ Cynū
in.l.j.C.que ſit longa cō.⁊ per Dy.in.c.fi.
de regulis iur.lib.vj. Ad auctoꝛitatem
Solutiō auctis magri.
magiſtri reſpōdeo ꝙ nō dicit beatā virgi-
nem peccatum originale foꝛmaliter cōtra-
xiſſe: ſed eam a ſpūſancto in illā ꝑueniēte
proꝛſus a peccato purgatam: et a fomite
peccati liberatam quod exponendū eſt.vt
ſ.dixi in principio reſpōſionis huius ſecū-
di argumenti. Ad illud ꝟo quod inquit
beatus Thomas eſt dicendum vltra pre-
dicta ꝙ ipſe alibi contradicit.vt in ſermo-
ne ſequenti dicetur. quādo autem quis di-
cit oppoſita: eius dictum non debet ad-
mitti.l.vbi repugnantia.ff.de reg.iu. Di-
cunt tamen quidā ꝙ beatus Thomas pri-
us cōmentauit ſuper.iij.ſentent. ꝙ̄ ſuper
primo.quod cōmentum dimiſit poſterius
ratione maioꝛis ſubtilitatis in eo ꝯtente.
Non ergo valet argumentū ſi dicatur po-
ſitus eſt in oꝛdine foꝛmali ꝑmus liber.er-
go illū prius cōmentatus eſt: quia ſimile
videmus in legibus vbi vna lex ꝓcedit in
oꝛdine aliam.⁊ tamē illa que precedit eſt
facta poſt illā cui ꝓponit̄ ſicut pꝫ in libꝛo

codicis.vt inq̄t glo.in.l.vnica.§.p̄mis.C.
de nouo co.confir.talis em̄ ordo ſcripture
non attendit.l.nec em̄.vbi Bal.ff.de ſolu.
Sil'e etiā huiꝰ videmꝰ ꝙ lʒ inſtitutões ſint
p̄me in ſcholis ⁊ facte ꝑ iunioribꝰ.tñ poſt
libros.ff.⁊ Codicis edite ſunt.⁊ Accurſius
illas vltimo loco cōmētatꝰ ē ſm oēs docto
res.Et ideo gl.ibi ſūt pugniores. et ſimil'r
fecit btūs Thomas.vnde poſteriꝰ ſcribens
ſuꝑ p̄mo.retractauit ⁊ emēdauit illō quod
dixerat ſuꝑ.iij.In dubio em̄ preſumit do
ctor tenere illaʒ opinionē quā vltimo loco
ponit.vt ait glo.in.l.qui filiū.§.ſabinꝰ.ff.
ad trebel.Nam poſteriora p̄oribꝰ derogāt
§.poſteriore.Inſti.q̄bus mo.teſta.infir.et
l.pacta nouiſſima.C.de pact.⁊.l.index.ff.
de re iu.⁊ ſil'r retractauit idē in expoſitōne
ſuꝑ Aue maria.de qua dicet in ſmone ſe
quēti.parte.iij. Dicūt etiā nōnulli ꝙ btūs
Tho.ſuꝑ.iij.locutus eſt vt doctor cōſide
rādo ꝯceptionē ſm cōem curſuʒ nature
et decretū dei generale.In alijs ꝟo locis
in q̄bus tenuit beatā ꝟginē fuiſſe immunē
a pctō originali.locutus eſt vt deuotꝰ con
ſiderando legē ſpecialē ⁊ ꝓuilegiū matris
dei per grām filij ſui illi cōceſſum.Sicut in
ſimili dicimꝰ ꝙ aliqñ iudex iudicat ſm al
legata ⁊ ꝓbata velut iudex.l.illicitas in.§.
veritas.vbi glo.ff.de offi.preſid.aliqñ ꝟo
vt ꝓuata ꝑſona ſm cōſcientiā.l.ſi interru
ptione.ff.fini.regū. Ad auctes aūt quo
rundā ſanctoꝝ quoꝝ dicta ſunt ab eccleſia
approbata.qui dicūt ſpecifice ꝙ btā virgo
cōtraxit pctm̄ originale.Rn̄deo ꝙ quādo
reperiunt aliqua dicta ſanctoꝝ ab inuicem
diſcordantia ita ꝙ includūt cōtradictoria
que ſimul nō poſſunt eſſe vera.q2 de q̄libet
dicit eſſe vel nō eſſe.⁊ de nullo ābo ſimul.
vt dicit Ariſto. in poſtp̄dicamentis.⁊.iiij.
Metaph.Tunc lʒ dicta taliū patrum ſint
ab eccl'ia autēticata vel nō reprobata.vni
cuiqʒ eſt licitū tenere qō rectius eſſe putat
quia cuʒ nō poſſit aliq̄s obligari ad confi
tendū cōtradictoria.⁊ nullū eoꝝ dictū eſt
reprobatū.vtrūqʒ d̄r autenticū:inquātum
nō cōtinet aliquid cōtra fidē.ergo qō ma
gis placet teneri poteſt.⁊ in tali caſu veri
ficat illud quod d̄r ad Roma.xiiij.Unuſ
quiſqʒ in ſenſu ſuo abūdat.Et idē habet in
c.vtinā.lxxvj.di.Uerificat etiam illa alia
ſnīa.quot capita tot ſnīe.vt d̄r in.c.cum in
ſacris.de cōſe.diſ.iiij.Et hoc eſt qō inquit
Aug.in li.Enchiridiō.⁊ ponit in.c.in q̄bꝰ
xxij.q.ij.di.In q̄bus rebus nihil itereſt ad
capeſcendū regnū dei vtrū credant an nō.
et vtrū vera putent aut falſa.in his errare
et aliud ꝓ alio putare nō eſt arbitrandū eē
peccatū aut ſi eſt mīmū eſſe atqʒ leuiſſimū
Et Anſelmus lib.p̄mo. Cur deus homo.
c.xv.ait.In illis rebus de q̄bꝰ diuerſa ſine
periculo ſentiri poſſunt nullū puto anime
periculuʒ ſi ſic exponimus diuina dicta vt
diuerſis ſentētijs fauere videamur:nec ar
bitror rep̄hendi debere. Cum igit inter
doctores ⁊ ſctōs fuerit ſepe diuerſitas opi
nionū.Nā Hieronymꝰ ⁊ Gregoriꝰ vident
tenere ꝙ Salomon ſit dānatus.c.ſalomō
xxxij.q.iiij.c.ſi em̄.ꝟſi.Salomō.de pe.di.
ij.Ambroſius aūt et Auguſtinꝰ vident te
nere ꝙ ſit ſaluus.⁊ quidā etiā alij docto
res quos in generali refert glo. in dicto.c.
Salomō.Sil'r ſctūs Auguſtinꝰ in ep'la ad
Hieronymuʒ tenet ꝙ Paulus rōnabiliter
Petrū rep̄hendit.vt ip̄e ait ad Galath.ij.
Hieronymus aūt ſuꝑ ep'la ad Gal.dicit ꝙ
peccauit:ip̄m qui erat caput ap'loꝝ rep̄hē
dendo.Itē inter Auguſtinū ⁊ hieronymū
fuit magna cōtrouerſia de ceſſatōe legaliū
⁊ diuerſe opiniones.vno tenēte ꝙ ceſſaue
runt.ſ.hieronymo.alio ꝟo ecōtra dicente
ſ.Auguſtino.de q̄bus tractat Sco.in.iiij.
diſtin.iij.qōne.iiij.et Alexander de ales in
tertia parte ſumme in tractatu de ceſſatōe
legaliū.Ideo harū opinionū ⁊ ſimiliū qui
libet ſequi poteſt illā que ſibi videt melior
vt determinat Tho.in quadā queſtione de
quolibet.⁊ Hericus de gādauo in.iiij.quo
libeto.q.xxxiij.Nec peccat qui tenēdo vnā
opinionem reprobat aliā.Simile dicimus
ꝙ quādo lex habʒ varios intellectꝰ.vnuſ
quiſqʒ intellectus poteſt capi dūmodo ꝓ
betur per alias rationes.vt inquit Bar.in
l.in ambiguo.ff.de re.iu.dicit etiam ꝙ fa
ciens contra decretalē aliquā habentē va
rios intellectus non peccat.vt notatur ī.c.
Capellanus.de feri.ad predicta facit illud
quod Auguſtinus in.c.negare.ix.diſti.de
ſuis opibus ait.Negare nō poſſum nec de
beo ſicut in ipſis maioribus ita multa eſſe
in taʒ multis opuſculis meis que poſſunt
iuſto iudicio et nulla temeritate culpari.
Facit etiam ad hoc.c.noli.et.c.neqʒ.eadeʒ
diſtinctione.vbi idem Auguſtinus inquit:
Neqʒ quorūlibet diſputationes quis ca
tholicorum laudatorū hominū velut ſcri
pturas canonicas habere debemus vt no

E Solutio auctoritatū doctorū.

F

In opinionibꝰ q̄libʒ p̄t ſeq̄ que ſibi videtur melior.



bis non liceat ſalua honorificentia que illis
debetur hominibus aliquid in eoꝝ ſcriptis
reprobare aut reſpuere:ſi forte inuenerimꝰ
ꝙ aliter ſenſerint ꝙ̄ veritas hʒ diuino adiu
torio vel ab alijs intellecta vel a nobis.ta
lis ergo ſum in ſcripturis alioꝝ quales vo
lo eſſe intellectores meoꝝ.hec ibi.vbi glo.
ait.Nō eoipſo leditur fama alicuius ꝙ re
probatur teſtimoniū ſuuʒ.extra de excep.c.
deniqʒ.Quia ergo cōtra dicta p̄dictoꝝ ſan
ctoꝝ tenētium cōtra conceptionē beate ꝟgi
nis ſunt dicta alioꝝ ſanctoꝝ ⁊ doctoꝝ tenē
tium cōtrariū que fortioribus innitunt ra
tionibus.vt patet ex dictis in primo ⁊ ſcdō
ſermōe in partibus vltimis.⁊ infra dicetur
in ſequētibus ſermonibus.Ideo cōuenieter
poſſumus dicta predictoꝝ puritatē ꝟginis
impugnātium reprobare.Ait em̄ Augu.in
epiſtola ad Uincentium de ſcripturis ſctōꝝ
doctoꝝ.Tale genus ſcripturaꝝ a ſcripturis
diuinis diſtinguēdum eſt.nō enim ita ī eis
teſtimonia ꝓferūtur vt cōtrariū ſentire nō
liceat.Et idem in.c.ego.ix.diſt.inquit.Ego
alios ita lego vt quātalibet ſanctitate quā
ta ve doctrina polleant nō ideo verum pu
tē:quia ita ſenſerūt.ſed quia mihi per alios
auctores vel canonicas aut ꝓbabiles ratio
nes qō a vero nō abhorreat perſuadere po
tuerūt.hec ille.Nō ergo omnes ſanctorum
opiniones tenēde ſunt.quia aliqñ errant.
Unde vt recitat Augu.in li.de vnico bapti
ſmo.Sanctus Cyprianus doctor ⁊ martyr
in hunc errorem lapſus eſt vt crederet bapti
zatum factū poſtea hereticū ſi ad fidei veri
tatē redeat iterum debere baptizari.qō ta
men eſt ꝓhibitum.vt in.c.nullus ⁊c.reba
ptizare.de cōſe.di.iiij.Hieronymus quoqʒ
dixit.ꝙ habens vnam vxorem ante bapti
ſmum ⁊ aliā accipiens poſt.nō eſt bigamꝰ.
vt dicitur in.c.vnius vxoris.xxvj.diſt.Qō
improbat Aug.in.c.acutius.⁊ in.c.ſequen
ti.eadem di.quādoqʒ em̄ bonꝰ dormitat ho
merus.vt d̄r in cōmuni ꝓuerbio.⁊ recitat
glo.in.c.ſi quis cū nouerca.xxxij.q.vij.⁊ ſu
it dictum Oratij in poetria.⁊ ad hoc etiaʒ
adduci poteſt illud qō inquit Plinius lib.
vij.naturalis hyſtorie.c.lxiiij.dicens.Ne
mo mortaliū omnibꝰ horis ſapit.vn̄ ⁊ Na
than propheta dixit ad Dauid.ij.Reg.vij.
Fac quecūqʒ in corde tuo ſunt quia dn̄s te
cum eſt.⁊ putabat verum dicere.quia erat
ꝓpheta.Et tñ deus dixit cōtrariū.ſ.vt Da
uid nō edificaret domū dei ſicut cogitaue
rat.ſed Salomon filius eius.Sepe ergo de
us celat aliquid vni ſancto:vt poſtea cū tpe
illud alteri mirabiliter reuelet.Et ita factū
eſt de aſſumptione beate ꝟginis marie.de
qua antiquo tēpore multi dubitabāt nō cre
dentes ipſam fuiſſe aſſumptam in anima ⁊
corpore.Un̄ ⁊ Hiero.in ſermōe ad Euſto
chium dubitatiue loquit.⁊ nō audet deter
minare.⁊ tñ poſtea eccleſia approbauit opi
nionē verā.ſ.ꝙ in aīa ⁊ corpore aſſumpta
ſit.vt inquit Hoſt.⁊ Ioh.an.⁊ Anto.de bu
trio.in.c.ſi.de ferijs.⁊ Inno.in.c.ne innita
ris.de cōſti.⁊ hanc opinionē multis argu
mentis ꝓbauit Aug.in ſermone de aſſum
ptione virginis.Et ita fuit de conceptione
eiuſdē virginis.quoſdā em̄ doctores permi
ſit deus titubare vt ſtudioſius vacaret ſpe
culationibꝰ.c.ſi.xxiiij.q.vl.Et etiam vt po
ſtea mirabilius innoteſcere faceret innocen
tiā matris ſue per ſupernas reuelationes ⁊
prodigia multa.Et hoc ꝓuidit in ſpū p̄s.q̄
ait pſal.xxviij.Reuelabit dn̄s cōdenſa ⁊ in
tēplo eius omnes dicent gloriā.Quia igi
tur illi opinioni ſtandum eſt que plurimoꝝ
teſtimonio cōprobatur.l.ſ.ff.de officio que
ſto.⁊ cōior opinio eſt tenenda.vt in.l.athle
tas.ff.de his qui no.infa.⁊.l.inter oēs.ff.q̄
ſatiſ.cogā.niſi illa cōis opinio notorie falſa
eſſet vel notabiliter de falſitate cōuincat.l.
ſ.§.ſed neqʒ.C.de ve.iur.enu.⁊ quod notat
glo.in.c.iij.de ꝯſue.hoc aūt eſſet in caſu no
ſtro ſi quis diceret cōtrariā opinionē eſſe cō
muniorē.quia notabiliter ꝯuinci pōt de fal
ſitate.vt ptʒ ex ſupradictis.⁊ etiam melius
patebit in ſequētibus.Ideo cū ꝓ rei verita
te opinio de immaculata cōceptione ſit cō
munior.vt infra patebit in pte ſequenti.te
nēda eſt ⁊ ab omnibꝰ amplectēda. Prete
rea preſuppoſito ſine preiudicio veri ꝙ opi
nio cōtraria a pluribꝰ doctoribꝰ affirmaret.
nō tñ eſt tenēda ſed iſta q̄ melioribꝰ innitit
fundamētis.plerūqʒ em̄ euenit vt is que in
ter ceteros debilioris eſſe videtur auctori
tatis fortiore vtatur rōne.vt d̄r in.l.ſ.§.ſed
neqʒ ex multitudine.C.de ve.iu.enu.de quo
textu facit magnū feſtum Panor.in.c.ſ.de
cōſti.addēs ꝙ paruulis ⁊ humilibꝰ deus ſe
creta reuelat.faciūt ad predicta ea que no
tat idem Panor.in.c.ne innitaris.eo.ti.⁊
glo.ac doctores in.c.vt veterum.⁊.c.ego ſo
lis.ix.di.Si q̄s aūt affirmaret ꝙ vtraqʒ ha
rū opinionum eſt dubia.Dico ꝙ tenēda eſt
pars in fauorē btē virginis.q2 in dubijs ſp

G

Cui opiniōi ſit ſtādum.

debemus fauoꝛabilioꝛē partē accipe.l.ſem
per in dubijs.l.in re dubia.⁊.l.quotiēs du-
bia.⁊.l.in obſcura.ff.de re.iur.⁊.l.ſi.C.qui
bo.ce.poſ.⁊.c.ſi.de trāſla.Fauoꝛes ei ſunt
amplīādi.odia ꝟo reſtringēda.c.odia.de re
gu.iu.lib.vj.⁊.l.cū quidā.ff.de libe.⁊ poſt.
Itē fauendū eſt illi parti que magis facit ꝓ
religione.l.ſunt pſone.ff.de reli.⁊ ſum.fu.⁊
aut.nouiſſima.C.ad.l.fal.Itē magis cre-
ditur duobꝰ affirmātibꝰ ꝙ̄ mille negātibus
vt ait glo.in.l.diē pferre.§.ſi plures.ff.de
arbi.Et ꝑ cōſequēs magis affirmātibꝰ in-
nocentiā virginis dꝫ credi ꝙ̄ illā negātibꝰ ⁊
accuſantibꝰ.Facit etiā ad hoc ꝙ ambigua
ſunt ſemꝑ in melioꝛē ⁊ humanioꝛē partem
interp̄tanda.vt dr̄ in.c.eſtote.⁊ ibi glo.de
ꝟb.ſig.Et debemus magis velle in dubioꝝ
interp̄tatiōe ꝙ res valeat ꝙ̄ ꝙ ꝑeat.c.ab-
bate.§.ſi ꝟo.de verbo.ſig.l.diuus.in p̄n.ff.
de vſu ⁊ ha.⁊.l.quotiēs.C.de rebꝰ dubijs.⁊
c.in his.de priuil.⁊.c.quidam.de conuer.
cōiu.Et iudices pꝛōptioꝛes debēt eſſe ad ab
ſoluendū ꝙ̄ ad ꝯdemnādū.c.inter.in fi.de
fi.inſtru.⁊.c.ex lr̄is.de pꝛobati.ff.de acti.⁊
obli.l.arrianus.⁊.l.reſpiciendum.ff.de pe-
nis.⁊.§.cōmodū.inſti.de interdic.facit.c.
iudicas.iij.q.ix.Vn̄ dr̄ ꝙ cum iura partiū
ſunt obſcura reo potius eſt fauēdū ꝙ̄ acto-
ri.l.fauoꝛabilioꝛes.ff.de reg.iu.⁊.c.cū ſunt.
eo.ti.li.vj.Et melius eſt redargui de nimia
miſericoꝛdia ꝙ̄ de nimio rigoꝛe.xxvj.q.vi.
c.allegant.⁊.c.ponderet.l.diſt.c.nō ſatis.
lxxxvj.diſt.⁊.c.nemo peritoꝝ.xj.q.iij.⁊.c.
ij.extra.de ſoꝛti.⁊.c.veniam.xxxv.q.ix.Ex
quo patet crudeles eſſe eos qui cum poſſint
fauere beate virgini ⁊ tenere ꝙ nunꝙ̄ fuit
cōtaminata oꝛiginali peccato:pertinaciter
aſſerūt cōtrarium.Tales ꝑponūt matrē dei
cōditioni cuiuſlibet mali hominis.Nam de
quocūqꝫ etiam ſceleratiſſimo de dubio eius
malicia interpꝛetatur in bonū.cum quilibet
pꝛeſumatur bonus niſi ꝓbetur cōtrarium
c.dudum.de pꝛeſump.⁊.l.omnimodo.C.de
inofficio.teſtamē.Et tamen matri dei hec
imponitur calumnia.hec culpa aſcribitur
de qua nulla habetur certitudo.immo pia ⁊
rationabilis ꝓbatio oppoſitum ſuadet.Et
ideo de iſtis calūniatoꝛibus beate virginis
verificatur illa ſn̄ia Pꝛoſperi in libꝛo epi-
grāmatū:dicentis.Culpare in quoꝙ̄ q non
ſunt nota malignū eſt.Cōſtantinus impe-
ratoꝛ dicebat ꝙ pꝛopter ſacerdotalis digni
tatis reuerētiam ſi ſacerdotē dei peccantē

D Vituperat

constantinus imperator

vidiſſet:illum ne videretur ꝓpꝛia clamide
cooperuiſſet.xcvj.di.c.in ſcripturis.Et iſti
genitricē dei vituperātes:poſtpoſito omni
reſpectu pꝛoclamāt in populis tumētibus
buccis ipſam peccatricē fuiſſe.Ad ſonitum
campane cōuocantur oēs vt audiāt falſum
teſtimoniū.ſ.ꝙ innocentiſſima iniuſta fue-
rit.Iſti aſcendunt alta tribunalia magnos
pulpitus erigi faciūt.⁊ numeroſitate libꝛo-
rum ſe circūdant:vt beatam virginē multo
rum voluminū oſtētatione cōdemnēt.quā
iuſte ⁊ ſm̄ veritatē peccato obnoxiā fuiſſe
ꝓbare nō poſſunt.cū tamē in criminalibus
ꝓbationes eſſe debeant luce meridiana cla
rioꝛes.l.ſciant cuncti.C.de ꝓba.⁊.c.xxiij.q.
viij.⁊.c.epiphanium.v.q.vj.Sed quod ab-
hominabilius eſt cum etiā contra ſceleratiſ
ſimos quoſqꝫ nō ſoleat ferri ſn̄ia ſanguinis
niſi in ferialibus diebus.Cōtra ipſā tamē
innocentiſſimā virginē in maioꝛibus feſtis
ac ſolēnitatibus a talibus cōdemnationis
ſn̄ia ꝓfertur.Et cum ad malefactoꝝ audiē
dam cōdemnationē ſolum generali campa
narum ſigno populus inuitetur:ad audien
dam tamē iniuſtiſſimā ſanctiſſime virginis
condemnationē:vltra generalē ſonitum ta
les crudeles iudices per domos diſcurrētes
vnūquēqꝫ ſpecialiter imitāt quo beata ꝟgo
coꝛam pluribus diffametur.atqꝫ ad audien
dum iniuſtū iudicium ſepe etiā inuiti ꝑtra-
hunt ⁊ qn̄qꝫ falſis allegationibꝰ decepti:eo
rum falſam ſn̄iam contra beatā virginē ꝓ-
latā veram eſſe arbitrantur.Quibus ego
dicere poſſum illud Dan̄.xiij.Sic fatui filij
iſrael nō iudicātes neqꝫ qd̄ verū eſt cogno-
ſcentes cōdemnaſtis filiam iſrael.Reuerti
mini ad iudiciū.quia falſum teſtimonium lo
cuti ſunt aduerſus eam.Iſti diffamatoꝛes
virginis vt dicebat quidā deuotus p̄dica-
toꝛ.in hoc faciunt eam videri peioꝛis cōdi-
tionis ꝙ̄ diabolus qui nūꝙ̄ aliquod oꝛigi-
nale vitium habuit:nec ab alio cōtraxit pec
catū.Pꝛofecto tales ſunt ſimiles coꝛuis q̄
etiā in rebus mūdis ⁊ odoꝛiferis immundi
ciam ⁊ putredinē querūt.De ipſis etiam ex
poni moꝛaliter poſſet quedam fabula quā
poteſt dari reſpõſio quã dedi. s. ſmone. iij.
parte. ij. in reſpõſione ad ſcdm argumẽtuꝫ
ſ. ſpãlitatis. Sancta q̄ꝫ mater eccl'ia in offi
cio viſitatiõis beate v̄ginis dicit. Tãte lau
des v̄ginis humana lingua exprimere nõ
ſufficit: nec etiã ſancti ꝛ iuſti illaꝫ in cuius
ille quẽ celi cape nõ poterãt ſe cõtulit aula
virginali: dignis laudũ preconijs ad ple-
nũ efferre potuerũt. Et in miſſa eiuſdẽ ma
tris dei iterum canit. Sãncta ꝛ immacula
ta v̄ginitas q̄bus te laudib⁹ efferã neſcio:
Et iterũ dicit. Felix nãq; es ſacra v̄go ma
ria: ꝛ omni laude digniſſima. Qd̃ autẽ eſt
omni laude digniſſimum nulla ignominia
eſt afficiendũ. nec illi eſt laus innocẽtie ori
ginalis denegãda. Si ergo iuxta eccl'ie te
ſtimoniũ: tãta eſt intacte v̄ginis puritas:
vt v̄bis exprimi nõ poſſit. Uñ Petrus co
meſtor inquit ipſi beate v̄gini. Si fieri poſ Petrus
ſet q̄ꝫ arene puluis ꝛ vnde. Undarũ gutte. come-
roſe. gẽme. lilia. flãme. Ethera celicole. nix ſtor.
grãdo. ſex⁹ vterq;. Uentoꝝ pẽne. volucrũ.
pecudũ genus omne. Siluaꝝ rami. fron-
des. auiũ q̄ꝫ pẽne. Ros. gramẽ. ſtelle. pi-
ſces. angues ꝛ ariſte. Et lapides. montes.
cõualles. terra. dracones. Lingua cuncta
forẽt minime depromere poſſent. Que ſis
vel quanta virgo regina maria. Que tua
ſit pietas: nec littera nec dabit etas. Pro-
fecto nõ parum errare cõuincitur q̃ illã ori
ginali macula deturpataꝫ fuiſſe arbitraf.



Rõnes Ut em̃ probat Frã. de mayro. in. iij. di. iij.
Frã. de Si mater dñi cõtraxiſſet peccatũ origina-
mayro. le per quãtũcunq; tẽpus vel per vnicũ in-
ſtans: peius ei fuiſſet q̄ꝫ ſi fuiſſet eternali-
ter damnata quantũ ad penã damni ꝛ ſen
ſus. Cuius plura argumẽta pertrãſeo cau
ſa breuitatis. Ibidẽ quoq; multipliciter p
bat ipſam beatã virginẽ ſine originali pec
cato fuiſſe cõceptã. Inter alia aũt ſic dicit.
Priuilegia noui teſtamẽti excedũt vetuſta
ſm doctrinã Pauli ad Roma. v. c. Ibi au
tẽ fuit vna mulier ſine peccato in ſtatu in-
nocẽtie. Itẽ ſicut xp̃s cõparatur ad Adam
ſm humanitatem. j. ad Coꝛ. xv. ſic mater
dñi ad Cuã: in rõne excedẽtis ſimpl'r quã-
tum ad oẽm innocẽtiã. ergo ꝛc. Itẽ nõ de-
cuit aliquẽ filiũ matrẽ ſuã odio habere. cũ
diuinũ preceptũ ſit ad oppoſitũ. Si autem
virgo cõtraxiſſet peccatũ originale: tũc ita
eius filius eam odio habuiſſet: vt ſniaꝫ dã
nationis cõtra eam tuliſſet. ergo ꝛc. Item
decet nos attribuere matri xp̃i pconia lau
dis que nõ ſunt cõtra fidem. vt pꝫ in eius
ſanctificatione cõfirmatione ꝛ reſurrectio
ne que nõ ſunt niſi pie credita. Ergo ꝛ eo-
dem modo tenẽdum eſt de eius pſeruatio
ne. licꝫ nõ habeatur expſſe in ſacra ſcriptu
ra. In eadẽ etiã diſtinctione inquit pdict⁹
L doctor. Iſta pſeruatiõe mater dñi fuit ma
gis redẽpta q̄ꝫ aliquis alius: quia efficaci⁹
redimif ꝛ a ſuitute liberaf ille qui pueni-
tur ne vnq̄ꝫ ſeruiat q̄ꝫ qui poſt ſeruitutẽ eri
pitur. vt patet in dño vnũ ſeruum manu-
mittẽte. ꝛ alteri anteq̄ꝫ naſcaf libertatẽ cõ
cedente. Itẽ intẽſius emitur illud qd̃ ante
ſuũ ortũ acquirif ne in alienũ dominiũ ca-
dat. q̄ꝫ q̄ꝫ poſt talẽ caſuꝫ recupatur. Ma-
ior quoq; liberatio dr̃ fieri illi qui min⁹ ſer
uit ꝛ maxima illi qui nũq̄ꝫ ſeruit. ergo ꝛc.
Nã ſi turci cepiſſent aliquã xp̃ianoꝝ ciui-
tatẽ ꝛ Cõſtãtinopolim. ꝛ oẽs puellas que
ibi naſcerẽtur vẽderẽt p certo pcio. puta p
centũ aureis. atq; eas emẽtiũ ſeruas face-
rẽt. Aliquis autẽ potẽs xp̃ianus exburſa-
ret mille aureos p vna puella vẽdenda vt
nõ efficiatur ſerua ſed libera remaneat pa
tri ſuo. profecto diceref redemiſſe liberaliſ
ſime ipſam puellã. ꝛ ſiliter dici põt in ppo
ſito noſtro de redẽptiõe beate v̄ginis. Se-
quitur aũt predictus doctor vbi. s. dicens.
Itẽ melior eſt poſitio gratie q̄ꝫ ablatio cul
pe. Ex quib⁹ omnib⁹ cõcludit q̄ꝫ feſtũ cõce-
ptionis eſt reuerendum ꝛ celebrandum.

Magiſter quoq; Paul⁹ de Luca in quo Paul⁹
dam excellẽtiſſimo ſermõe pbat immacu- de Lu-
latã v̄ginis cõceptionẽ decẽ medijs. ꝛ in- ca.
ter alia dicit. Beata v̄go nõ fuit reſoluta
in puluerẽ. ergo nec corrupta p originaleꝫ
culpã. nã cõſtat q̄ꝫ tabernaculo xp̃i plus de
rogat peccati corruptio q̄ꝫ in puluerẽ reſo-
lutio. hec ille. Cuius argumẽtũ meli⁹ expli
cabitur ſermõe ſequẽte parte. j. fundamẽ-
to. iiij. Nicola⁹ q̄ꝫ de lyra ſup pmã ep̃laꝫ Lyra
ad Theſ. c. iiij. ait. Oẽs deſcẽdẽtes ab adã
preter xp̃m ꝛ matrẽ ei⁹ incurrũt origina-
le peccatũ. De ipſa etiã v̄gine inq̄t Ala- Alan⁹
nus in anticlaudiano dicẽs. Hec eſt ſtella
maris. vite via. porta ſalutis. Regula iu-
ſticie. limes pietat̄. origo Uirtutis. venie
mater. thalamuſq; pudoris. Hortus cõclu
ſus. fons cõ ſignatus. oliua Fructificãs. ce
drus redolẽs. paradiſus amenus. Uirgu-
la pigmẽti. vinaria cella. liquore Predita
diuino. nectar celeſte ppinãs. Neſcia ſpine
ri. florẽs roſa neſcia culpe. Sol radiãs. ex-
pers limi. lux nubila pellẽs. Spes miſeris.
medicina reis. tutela beatis. Proſcriptis
reditus. errãti ſemita. cecis Lumẽ. deiect̄
requies. pauſatio feſſis. Beat⁹ etiã Ba-
ſilius in ſermõe annũciationis ait. Quid Baſili⁹
dulcius frẽs chariſſimi: Quid iocundius:
Quid ſalubri⁹: Quid felicius q̄ꝫ de btã vir
gine loqui: de v̄gine cogitare. de v̄gine p-
dicare. ꝛ ipſaꝫ in omnib⁹ ſequi ꝛ imitari:
Hec eſt redẽptio noſtra. ſalus vita. ſpes. cõ
ſiliũ. refugiũ: ꝛ auxiliũ noſtrũ. Hec eſt que
fuit in vtero matris abſq; originali pecca-
to cõcepta ꝛ generata. ab omni maritali vi
tio ſegregata. omni etiã veniali pctõ puã-
ta. ꝛ in cũctis actib⁹ ꝛ morib⁹ ſuis ſpũſſan
cti gratia plena ꝛ fecũda. Nõ ergo diffidas
o pctõr. ſed in cũctis mariã ſequere ꝛ ipaꝫ
inuoca. Aſpice celũ. ꝛ ſicut ſtellas numera-
re nõ poteris: ſic nec marie v̄tutes. Aſpice
tñ celũ: ꝛ videbis mariã ſeraphicã ſup quã
dñs voluit ſedere. Aſpice celũ ꝛ videbis ma
riã cherubicã quã dñs voluit v̄tutib⁹ ꝛ me
ritis ſup oẽs creaturas fulgere. Aſpice ce-
lũ ꝛ videbis Mariã angelicã: quã dñs vo-
luit cũctis ſubuenire. hec ille. Qui etiã in-
quit. O Maria tu cãdoris ꝛ decoris for-
ma. cui in terris nõ eſt eq̄lis nec in celi ia-
nua. ꝛ Ber. ſup miſſus eſt. dicit. Qd̃ per ſe Ber.
ſola trinitas in ſola ꝛ cũ ſola v̄gine voluit
opari: ſoli datũ eſt noſſe cui ſoli datũ eſt ex
periri. h̃ ille. Si ergo hui⁹ feliciſſime virgi-

nis gratie pre multitudine ⁊ magnitudine
ab hũana intelligẽtia cognoſci nõ pñt. q̃s
illi origialis iuſticie gr̃az putabit defuiſſe:
Hilariꝰ Sanctꝰ q̃z Hilariꝰ in quodã ſermõe ait. O
v̾go bñdicta ſup oẽs feminas: q̃ angelos
Cypria vincis puritate. que oẽs ſcõs ſupas pieta
nus. te. Et beatꝰ Cyprianus in vno ſermone di
Orige. cit. O v̾go iuſta ⁊ omĩ iuſticia pleniſſima:
cuiꝰ cõceptio ſingularis. Origenes etiã in
quadã omelia de ipſa beatiſſima v̾gine lo
quẽs ait. Que neq̃z ſerpẽtis ꝑſuaſione de
cepta: nec eius venenoſis afflatibus eſt in
fecta. Et beatus Anſel. in ſermõe cõceptio
Anſel. nis beate v̾ginis dicit. Hodie concepta eſt
ſtella celi. Hodie cõcepta eſt palma v̾tutũ.
Hodie cõcepta eſt ianua celoꝝ. Que om
nia falſa eſſent ſi virgo glioſa a vitio fuiſſz
ſuperata. ⁊ ꝓpter peccatũ ei fuiſſet celi ia
nua clauſa.

Pars tertia huius ſermonis que dr̃ ex
emplaritatis.

M Ultis exemplis ⁊ ſilitudinibus
Marie innocẽtia declarat. de
q̃bus tractat beatꝰ frater Mi
chael de carchano in ſuo q̃dra
geſimali de pnĩa. ſer. vij. pte vl. De q̃bꝰ aliq̃
referemꝰ ſequẽdo doctrinã q̃ ponit in. l. iij.
§. videamꝰ q̃. ff. de col. bo. ſ. dicimꝰ exẽplo vt
res manifeſtior fiat q̃ ſnĩa etiã habet in. §.
alie aũt. Inſti. de actio. ⁊ notat in. l. vt rũ
ſum. C. de trãſac. dicã ergo illud qd̃ habet
in. l. j. in pñ. ff. de p̃ſcrip. v̾. ſ. ne res exẽplo
careat: paucis agã. Licz aũt vnũ exemplũ
ſufficiat. l. ita vulneratꝰ. ad fi. ff. ad legem
aqui. tñ ad maiorẽ v̾ginalis innocẽtie de
claratioñe ſaltẽ quattuor aut q̃nq̃z natura
lia exẽpla cũ tribus miraculis ſubnectam.
Primũ Sicut em̃ ſolares radij ſup lutũ deſcen
dentes: ab illo deturpari nõ pñt: ſed ipſum
potiꝰ illuminare noſcũtur. ſic ⁊ aĩa btẽ v̾gi
nis ſuper lutũ humane nature deſcẽdẽs a
fece originalis culpe ſordidata nõ fuit: ſed
totã potius humanã naturam illuſtrauit.
Ideo in officio cõceptiõis canit. Sicut ſo
laris radiꝰ corruptiõis neſcius intraſti ma
tris viſcera o glioſa dñã. Sicut etiã aurũ
in viſceribꝰ terre nõ corrũpit ſed magis ꝑfi
citur. ſic bñdicta v̾go in matris viſceribus
corrupta nõ eſt vlla macula: ſed potiꝰ a ſpũ
Scdm̃ ſancto ſanctificata. Ramus q̃q̃z a bona
arbore ꝓueniẽs: in malã arborẽ inſertꝰ nõ
inficit ab ea ſ; potius illi ꝑfectionẽ tribuit.
ſic aĩa glioſe v̾ginis a deo ꝓueniẽs inſer

ta in corpus: etiã de ſemine infecto ꝓpaga
tũ maculata nõ fuit: ſed ipm̃ potius mul
timoda ꝑfectione repleuit. Nos q̃z addere
poſſumus exẽplũ ſalamandre que in igne
ꝑmanet ⁊ ꝑ illũ trãſit: ⁊ tñ nõ cõburit nec
caloris ardorẽ ſentit. ſic intemerata mater
dei in lũbis parẽtũ igne peccati ardẽtiũ ꝑ
mãſit ⁊ ꝑ illos trãſijt. ⁊ tñ illius ſ peti ardo
rẽ in ſe nõ recepit. Aliã q̃z ſilitudinẽ po N
nit Frã. de mayro. in ſermone de cõceptiõe Tertiũ
v̾ginis dicẽs. Sicut aer genitus in inſtã
ti quo gignitur a ſole illuminat: ita anima
v̾ginis illuminata fuit a ſole iuſticie in in
ſtãti cõceptiõis. Eius q̃z puritas ⁊ innocẽ
tia in ferculo Salomonis declarat. de quo
Cañ. iij. dr̃. Ferculũ fecit ſibi rex ſalomõ de
lignis libani. colũnas eius fecit argẽteas:
reclinatoriũ aureũ: aſcẽſum purpureũ me
dia charitate ꝯſtrauit. Miraculoſo etiã Mira
exemplo Marie cõceptio venerat. Nã cũ culum
in ciuitate aquilana reuerẽdus pater fra
ter Bernardinus feltrinus ordinis noſtri
p̃dicaſſet atq̃z ppl̃m hortatus fuiſſet: vt in
omni tribulatiõe ſua beatã virginẽ dep̄ca
retur vt eũ liberaret ad reuerẽtiã ſue imma
culate cõceptiõis. quedã mulier finita p̄di
catiõe ad domũ reuerſa inuenit puerũ ſuũ
cũ gladio in manu ſua. Cũ autẽ mater ex
clamaret timens ne aliquid ſibi mali face
ret: ille cepit cũ gladio aufugere. Cũ ergo
curreret gladiũ ad pectꝰ caſu poſuit: ⁊ ſup
eũ cecidit. qd̃ vidẽs mater eius ſtatim ele
uauit mẽtẽ ad beatiſſimã virginẽ mariam
rogãs eã vt ad reuerẽtiã ſue puriſſime ꝯce
ptiõis filiũ ſuũ a tanto ꝑiculo defenſaret.
Mirabile dictu. Cũ gladius oẽs pãnos di
cti pueri pertrãſiſſet: atq̃z vſq̃z ad carnẽ nu
dã perueniſſet: ſtatim ſe reflexit: ac ſi eẽt ce
ra mollis: ⁊ in nullo puerũ leſit. In ciui
tate q̃z pariſieñ vt refert Fran. de may. in
ſermõe de cõceptiõe v̾ginis: q̃dã magiſter
in theologia cũ deberet in ꝯceptiõis die ſer
mocinari: ⁊ vellet in mane p̄dicare ꝙ cõce
pta fuit in pctõ originali: in nocte ſibi ſtu
denti apparuit turba ſanctoꝝ doctoꝝ pari
ter ⁊ angeloꝝ ⁊ ſedes parata eſt ſup quã
ſedit nobilis regina que miſit ꝓ illo magi
ſtro dicens. O magr̃ q̃d ego vnq̃ꝫ tibi feci:
q2 hoc mane vis ꝯ meũ honorẽ p̄dicare: ⁊
iuſſit eũ flagellari. Quo facto genuflexꝰ ve
niã poſtulabat. Tũc btã v̾go dixit angelo
Gabrieli. Uade ⁊ doce hũc ſermonẽ quẽ
mane faciat vniuerſitati pariſieñ. Cui Ga



briel ait. Aperi os tuũ: ⁊ iplebo illud. Sta
tim igit magr̃ ſenſit in corde ſuo ſermonẽ
pulcherrimũ in quo demõſtrabat ꝙ regi
na celi: cõcepta fuit ſine pctõ originali: ⁊ il
lud p̄dicauit populo pariſieñ mane ſequen
ti. Aliud q̃z mirabile accidit pr̃i cuiuſdã
fratris nr̃i. ſ. fratris Clemẽtis de claris q̃
eũdo ad feſtũ cõceptiõis celebrandũ: equo
in p̄cipitiũ molẽdini cadẽte: ipſe mirabilit
incolumis euaſit cũ filio ad clunẽ: cum tñ
pre magnitudine caſus: ſella per medium
ſciſſa eſſet in duas ptes. Et ideo oẽs laude
mus ipſã bñdictã virginẽ cũ deuota mu
liere dicẽte dño noſtro ieſu xp̃o illud Luc.
xj. Beatꝰ vẽter qui te portauit. vere beatus
vẽter q̃ neſciuit maculã. vterus puritatis.
vterus innocẽtie. hortꝰ omni ſuauitate re
pletiſſimus. domꝰ dei ſancta. tẽplũ manu
dei factũ. arca ſalutis. arca federis inter deũ
⁊ hoĩes vbi recõditũ eſt mãna ſuauiſſimũ.
tabernaculũ ornatiſſimũ. in quo oẽs mũdi
theſauri. ciuitas dei celeſtis edificata ex mar
garitis. veſtis cãdida tunica incõſutilis de
ſuper cõtexta per totũ. pellis Salomonis
admirabilis. Caro xp̃i imaculata: mõs dei.
locꝰ in quo abſcõditꝰ eſt deꝰ. habitaculũ ſpi
ritusſci. hoſpitiũ diuinitatis. viſcera deife
ra. ſcala paradiſi. ſol q̃ neſcit occaſum. luna
ꝑfecta. ſtella matutina. thronꝰ excelſus ſu
per quẽ ſedet vir q̃ eſt deꝰ ⁊ hõ. turris for
titudinis ex qua mille clipei pẽdent. murꝰ
inexpugnabilis cũ ꝓpugnaculis. columba
cãdidiſſima ſine felle. v̾ga aaron pullulãs
a veneno ſerpẽtis pharaonis illeſa. ignis
dei inextinguibilis. oleũ ſcm̃ omni liquori
ſupeminẽs. Flos cãpi ⁊ liliũ cõuallium. roſa
redolẽs. mulier amicta ſole: lunã ſub pedi
bus hñs. radix deũ germinãs. Cedrus al
ta libani. palma ſup oẽs arbores exaltata
oliua in cãpis ſpecioſa. cypreſſus odorife
rus. Platanus iuxta aq̃s exaltatꝰ: cinna
momũ ⁊ balſamũ aromatizãs. Per illã er
go puritatẽ qua tu v̾go innocẽtiſſima emi
cuiſti. ipetra nobis grãm ꝑueniẽdi ad gau
dia paradiſi. Amen.

De eadẽ excellẽtiſſima v̾ginis ꝯceptiõe.
Sermo ſeptimus.

D Ixit deꝰ. fiat lux
⁊ facta eſt lux. Geñ. j. Illu
minatus doctor Frãciſcus
de mayronis in ſermone de
cõceptione v̾ginis Marie

exponit verba rhematis noſtri de ipſa ma
tre dei, dicẽs ipſam per lucem primariã fu
iſſe figuratã: quia in conceptione ſua tota
lucida fuit: ⁊ ſine vlla peccati obſcuritate.
Et ideo in eodẽ. j. Geñ. c. cum dr̃. Uidit de
us lucẽ ꝙ eſſet bona. ⁊ diuiſit lucem a te
nebris. Exponit Frãciſcus vbi ſupra de vir
gine Maria: dicẽs. ꝙ deus tenebras pec
cati cum ea eſſe nõ ꝑmiſit. Et ideo ad hoc
applicari põt illud Joh. j. Lux in tenebris
lucet: ⁊ tenebre eam nõ comprehẽderunt.
Lucida enim virgo per innocentiã: nõ fuit
a peccati tenebris cõprehẽſa. Uel exponi
tur ꝙ homines propter ſuã pertinaciã te
nebroſi noluũt eius claritatẽ cõprehẽdere:
q̃uis tot p̄digijs toti mũdo ſit demõſtra
ta. Hec ergo glorioſiſſima virgo eſt illa lux
preclariſſima de qua dicit Heſter. viij. No
ua lux oriri viſa eſt. de qua etiã dici poteſt
illud Sap. vij. Super oẽm ſtellarũ diſpoſi
tionẽ luci cõparata inuenit prior. Ipſi q̃q̃z
virgini cõuenire poſſunt illa verba Eſaie
lviij. vbi dr̃. Orietur in tenebris lux tua.
Mater etenim redẽptoris noſtri tota ſplẽ
dida ⁊ clara: tã ꝙ lux orta eſt de parentibꝰ
per pctm̃ tenebroſis. Ideo magiſter Bar
tholomeus piſanus in libro beate v̾ginis
volẽs incipere tractatũ de eius cõceptiõe:
titulũ ſeptimi fructus ponit di. Maria vt
lux edita. ⁊ de cuius immaculata cõceptiõe
tres cõſideratiões faciemus.
Prima dicetur fundationis
Scd̃a operationis.
Tertia ⁊ vltima appellabit fructificatiõis.
Prima pars huius ſermonis que dicit
fundationis.

P Lura argumẽta: in precedenti
bus ſermonibus poſita: multis
alijs fortiſſimis argumẽtis cor
roboratur veritas virginalis ⁊
innocentie ⁊ puritatis. Primum quoꝝ Ratiõe
dicitur gratificationis. ⁊ accipitur a Frã gratifi
ciſco de mayrone in ſermone de cõceptione catiõis.
virginis: vbi ait. Sicut ab eterno fuit vir
go preordinata ad plenam gratiã: ſic fuit
predeſtinata ad perfectã naturã. hec ille.
Cum ergo in ipſa beata virgine fuerit ple
nitudo gratiarum: ita ꝙ omnes creaturas
meritis ⁊ v̾tutibꝰ ⁊ gratijs ſuperauit: iuxta
illud Hierony. in ſermone ad Euſtochium
dicentis. Sic itaq̃z vbiq̃z confidenter ſan
cta dei canit eccl̃ia. quod de nullo alio ſan
ctorum ⁊ fas eſt credere. vt vltra angeloꝝ

⁊ archangeloꝝ merita trāſcēderit ⁊c̄. Vn̄
ipſi glo͛ioſe ꝟgini dici pōt illud Prouer. vl.
Multe filie cōgregauerūt ſibi diuitias. tu
ꝟo ſupgreſſa es vniuerſas. Sequit̄ ꝙ ipa
mater dei etiā habuit pfectioneʒ nature. ⁊
in hoc ſuperauit oēs creaturas. Hāc autē
perfectionē non habuiſſet ſi originalis pec
cati plaga vulnerata fuiſſet. ergo ⁊c̄.

O Ratiōe deſpōſatiōis.

Scōm fundamētū dr̄ deſpōſatiōis. De
cēs eteniʒ fuit ⁊ conſonū rōni: vt ſpōſa ca
ſtiſſima dei nūꝙ̄ careret gratia ſui ſponſi:
ſed ſemꝑ iūgeretur illi glutino charitatis:
ita vt nec quidē p momētū inter ipſam et
ſpōſum inimicitia ꝯtraheret̄: nec diuortiū
fieret: qd̄ licite fieri nō pōt ſine cā. xxxij. q.
j. c. de bn̄dicto. ⁊ q. vj. c. nihil. ⁊ de frigi. ⁊
male. c. fi. Si aūt in pctō originali fuiſſet
bn̄dicta ꝟgo cōcepta pro illo tūc nō fuiſſet
eius amica: ſʒ inimica. ⁊ a ſpōſo ſuo diuer
tiſſet ⁊ ſeparata fuiſſet: ſed inter ipſaʒ ⁊ de
um ſemꝑ fuit amicitia ⁊ dilectio. Vn̄ ipſa
inquit Cān. vj. Ego dilecto meo: ⁊ dilectus
meus mihi. ſ. coniūctus eſt. ⁊ ſemꝑ fuit vni
tus. ergo ſine pctō cōcepta fuit. Ab eterno
enī ſemꝑ dilexit eā vt matrē ſuā futurā et
in tꝑe vt matrē factā ſm Sco. ⁊ Hugonē
de caſtro nouo. in. iij. di. iij. Et ideo eaʒ de
fendit a vituperio peccati originalis. fuit
nāqʒ ille de quo dici potuit illud Ouid. in
ij. fine ti. ſ. Felix qui qd̄ amat defendere for
titer audet. Tāt⁹ etenī fuit amor inter xp̄ʒ
⁊ matrem eius: ꝙ de eis dici poterat illud
eiuſdē poete. iiij. de triſtib⁹. ſ. Vi duo corpi
bus: mētibus vnus erat.

R Ratiōe ꝑſeruatiōis

Tertiū funda
mentuʒ dr̄ ꝑſeruatiōis ſeu defenſionis: ſic
arguēdo. Si deus ꝑſeruauit ⁊ defendit vir
ginē glo͛ioſam a veniali pctō: qd̄ nō priuat
gratia dei. ⁊ pōt ſtare cum charitate. vt di
cūt theol. in. iiij. di. xxj. ⁊ ibi Sco. q. j. ⁊ ſan
ctus Tho. j. ij. q. lxxxix. ar. j. Et hoc vt eſſet
idonea mat̄ ſua. ⁊ ob amorē quē ei ab eter
no portauit. Ergo incōueniēs videt̄ cre
dere ꝙ ꝑmiſerit illaʒ labi in originali pctō
priuāte gratia diuina. Non enī eſſet verus
amor ſi aliqs defenderet amicū ſuū ne vel
modicū leuiter ꝟberaretur: quē tn̄ p gulā
ſuſpēdi vel capite permitteret detruncari.
Talis nāqʒ diceret̄ fruſtra defendere ami
cū ſuum. Nā fruſtra fit qd̄ factum nō rele
uat. l. hec ſtipulatio. §. diuus. ff. vt lega. no
mi. cauea. Cum ergo vt inquit Sco. vbi. ſ.
peccato veniali nō correſpōdeat pena eter
na ſicut originali, cūqʒ inter peccatū mor
tale ⁊ veniale nō ſit ꝓportio. qꝛ infinita ve
nialia ſi darētur vni mortali nō equarent̄
in grauitate offenſe vel pene. vt inq̄t Ric.
in. iiij. di. xvj. ar. ij. q. ij. quia veniali nō da
tur pena infinita ſicut mortali. Sequit̄ ꝙ
ridiculū eſſet credere ꝙ deus dilectā ſpon
ſam ſuā: quā a veniali ꝑſeruare voluit ca
dere ꝑmiſerit in peccato originali: qd̄ auer
tit a ſummo bono ⁊ a diuino amore. et cui
pena debetur eterna ⁊ infinita. Naʒ valde
maius malū eſt eſſe in peccato originali p
vnicū inſtās ꝙ̄ in quātiſcūqʒ venialib⁹ per
quātūcūqʒ tēporis ſpaciū vt probat Frā.
de may. in. iij. di. iij. Si igitur pctm̄ veniale
minoris grauedinis noluit de⁹ eſſe in ani
ma beate ꝟginis ꝓpter eius dignitatē: qꝛ
eius repugnaſſet puritati. Vn̄ inquit Tho
mas in. iij. par. ſum. q. xxvij. art. vj. ꝙ ipſa
nunꝙ̄ peccauit venialiter. ergo multo mi
nus voluit deus in ea eſſe originale quod
magis eius puritati repugnat. Et ideo eā
liberauit ⁊ cuſtodiuit ab eo ſicut ꝑdixerat
Dauid ps. xij. dicēs beate ꝟgini. Dn̄s cu
ſtodit te ab omni malo: cuſtodiat aiaʒ tuā
dn̄s. Dn̄s cuſtodiat introitū tuū ⁊ exitum
tuū ex h͛ nūc ⁊ vſqʒ in ſeculū. Et hoc funda
mentū ponit magiſter Petrus de cādia in
iij. ſen. di. iij. vbi etiā dat exēplū dicēs ꝙ ſi
cū aliqua albedine nō pōt ſtare gradus ni
gredinis vt duo ꝓpter eius repugnātiaʒ:
multo minus poterit ſtare gradus vt quat
tuor. ergo ⁊c̄.

S Ratiōe optatiōis.

Quartū fundamētū dicit̄
optatiōis. Nā optabilius eſt aiam nō pol
lui ꝙ̄ corpus incinerari. qꝛ aia ꝑcioſior eſt
corpore. c. ſi habes. xxiiij. q. iij. ſed btā ꝟgo
obtinuit de corꝑe ne incineraret̄. vn̄ de il
lo dr̄ ps. xv. Nō dabis ſanctū tuum videre
corruptionē. Et Aug. in ſermone de aſſum
ptione ꝟginis dicit. Corpus ſanctiſſimuʒ
de quo xp̄s carnē aſſumpſit: vermibus tra
ditum fuiſſe ſentire nō valeo: dicere erube
ſco. Ergo ⁊ credēdum eſt ꝙ multo magis
obtinuit anime impollutionē ⁊ incōtami
nationē. Ideo magiſter Bartholomeus pi
ſanus in lib. beate ꝟginis fructu. vij. argu
it ſic p cōceptione ꝟginis. Incineratio eſt
ſequela peccati neceſſaria. Gen̄. iij. Cinis
es ⁊ in cinerē reuerteris: ſed ꝟgo nō eſt in
cinerata. ergo ⁊c̄. Et hoc argumētū ponit
Petrus aureoli in tractatu de cōceptione
beate ꝟginis. ⁊ ſubdit dicēs ꝙ beata virgo
potius elegiſſet corroſionē vermiū ⁊ ꝑpe
tuā incinerationē in carne. ꝙ̄ habere odiū



et irā atqʒ offenſam dei p pctm̄ origina
le.

T Ratiōe punitiōis

Quintū fundamentū dr̄ punitiōis. ⁊
eſt quorūdā theologoꝝ modernoꝝ in. iij.
ſententiarū. diſ. iij. Qd̄ fundamētū ponit
reuerēdus pater frater michael de archa
no in ſuo q̄dragesimali. de pnīa. ſer. vij. Et
poſſum⁹ arguere ſic ſm ꝑdictos doctores
Si beata ꝟgo maria fuit cōcepta in pctō
originali fuit magis punita ꝓ illo tꝑe
ſiue in illo inſtāti ꝙ̄ oēs creature q̄ fuerūt
in mūdo, qd̄ eſt crudele ⁊ impiiſſimū dice
re: qꝛ alij peccauerūt actualr̄ et ꝯſequēter
grauius puniri debebāt. ⁊ ꝓbatur ꝑdicta
cōcluſio arguēdo ſic. Illud qd̄ plus ꝑdit ꝓ
aliquo tēꝑe plus punit̄. ſed virgo Maria
ſi ꝯtraxit pctm̄ originale plus ſola ꝑdidit
ꝓ illo tꝑe ꝙ̄ oēs alij dānati. qm̄ ſi oēs ho
mines huius mūdi fuiſſent ꝑdeſtinati nō
attigiſſent ad ꝟginis meritū ⁊ premiuʒ. ꝫ
cū pctō mortali priuet̄ aīa oībus ſpūalib⁹
bonis ⁊ conſtituat̄ ſub ptāte diaboli. Se
quit̄ ꝙ beata virgo in pctō originali ſiue
mortali exiſtēs plus alijs ꝑdidit. qꝛ grām
ad quā ipa ſola erat diſpoſita habere non
potuit. lʒ enī amiſſio futuri lucri nō dicat̄
ꝓprie damnuʒ. l. nemo. ff. p ſocio. ⁊. l. j. §.
ſicut. ff. de aqua plu. ar. Nā aliud eſt lucrū
nō capere. aliud ꝟo damnū ſentire. l. ſu⁹.
C. de pac. ⁊. l. fi. C. de codi. tn̄ vbi ſpes ē ra
dicata de ꝑſenti ad lucrū cōſequendū rōne
talis ſpei dr̄ damnū amiſſio ipſius lucri.
inq̄t Bar. in. l. poſt emācipationē. §. illud.
ff. de libe. lega. ⁊ tale fuiſſet damnū ipſius
beate ꝟginis que ad ipas grās erat diſpo
ſita de ꝑnti i iſtāti ſue cōceptionis. imo ad
illas ab eterno ordīata. Prouer. viij. Iteʒ
cū culpa originalis pcti pena dāni puniat
tur. i. ꝑuatione grē ⁊ viſionis diuine: poti⁹
elegiſſet mater dn̄i oīmodā penaʒ inferni
ꝙ̄ diuina grā ⁊ viſione ꝑuari p originale
peccatū. qꝛ vt dicūt theologi in. iiij. di. l. et
Rich. noſter. ibi ar. v. q. vlti. Maior pena
ꝙ̄ habeāt dānati eſt ꝑuari viſione diuia.
Vn̄ Chryſo. ſup Mattheū dic̄ ꝙ ſi eēnt
decē mille gehēne nō poſſent cum pena et
dolore ꝑuationis viſionis diuine cōpara
ri. Et ſubdit ꝙ ipē potius eligeret eſſe in i
ferno cū viſione dei ꝙ̄ extra ſine ea. Beata
autē ꝟgo tāto acerbi⁹ fuiſſet punita quā
to ad ampliorē glo͛iam ⁊ clariorē dei viſio
nē erat ꝑparata. Et ideo ꝓbat venerādus
pater frater Ludouicus de turri in ſuo tra
ctatu de cōceptione ꝟginis ꝙ beata virgo
potius elegiſſet eſſe in inferno ꝙ̄ in offen
ſa dei p pctm̄ originale. Et iterū poti⁹ ele
giſſet totalr̄ annihilari: ꝙ̄ eē p peccatum
inimica dei. Quilibet enī dʒ potius velle
nō eſſe ꝙ̄ eſſe cū dei iiuria. vt ꝓbat Ri. in
iiij. ſentē. diſt. l. arti. iiij. q. ij.

Ratiōe oditiōis

Alio q̄ʒ ſili
fundamēto ꝓbari poteſt ſm eoſdē docto
res beatā ꝟgineʒ ab originalis pcti vicio
fuiſſe ꝑſeruatā: quod dr̄ oditionis. Arguē
do ſic. Si beata ꝟgo fuit concepta in pctō
originali. ſequit̄ ꝙ ipa fuerit plus odita a
deo ꝓ illo tꝑe ꝙ̄ Cayn aut Iudas. vel
quicūqʒ alius dānatus quod eſt impiuʒ et
nefariū dicere. Et ꝓbat̄ ꝑdicta concluſio
ſequendo doctrinā ꝑdictoꝝ doctoꝝ vbi. ſ.
Nam quāto pena includēs culpā ē maior
et grauior: tāto talis peccator a deo ma
gis oditur. Sed pena ꝟginis fuit maior:
quia plura bona ꝑdidiſſet. Et non ꝓpter
aliud niſi qꝛ deus ipam in pctō cōcipi vo
luiſſet. Igit̄ illo tꝑe eam deus plus ꝙ̄
alios odio habuiſſet. Non enī ē aliud odiū
dei ꝙ̄ ſubtractio grē. Sicut dilectio ipius
dei erga creaturā nihil aliud eſt ꝙ̄ grē cō
municatio: vt dicūt theologi i. iij. di. xxxij.
Si igit̄ beata ꝟgo maria in peccato origi
nali fuit cōcepta: cōcludendū eſt ꝙ ꝑdicto
modo fuit plus ceteris odita: quia in pec
cato originali exiſtēs cōmunicationē gra
tiarū ad quas diſpoſita erat nullaten⁹ ha
bere potuit. vt. ſ. dictū eſt. ꝫ ⁊c̄.

V Ratiōe mediatiōis

Sextuʒ
ꝑncipale fundamentū dr̄ mediatiōis. Int̄
extrema etenī neceſſario reperit̄ mediuʒ.
vt inquit Ariſto. viij. Phiſicoꝝ. ⁊. vij. me
tha. ⁊ notat̄ in. l. imperiū. ff. de iuriſ. om.
iudi. ſed in filijs hoīm ex nat̄ ex maſculo ⁊
femina: eſt reperire aliquos cōceptos ⁊ na
tos in originali pctō vt ſunt cōiter omes.
Aliquos ꝟo in originali ꝯceptos ⁊ nō na
tos: ſed in ventre matrū ſanctificatos. vt
fuerūt Iohānes baptiſta ⁊ Hieremias. ꝫ
debuit reperiri aliqua pſona ex maſculo ⁊
femina generata que nec nata nec ꝯcepta
ſit in originali pctō. Hoc aūt alicui meli⁹
non poteſt cōuenire ꝙ̄ matri dei. ergo ⁊c̄.
Ad hoc etiā fundamentū adduci poteſt ar
gumentū ſimile qd̄ ponit magiſter Petr⁹
aureoli in tractatu de cōceptiōe btē ꝟgis
di. ad Rom̄. ix. Apoſtolus diſtiguit inter
vaſa ire ⁊ vaſa grē ⁊ miſicordie dei tanꝙ̄
in oppoſita vaſa. Eſt aūt regula: ꝙ ſi vnū
oppoſitoꝝ eſt i natura. ⁊ reliquū. maxime
ſi excellētius ſit. Sed inter hoīes inuenti

ſunt aliqui qui fuerunt vaſa ire ꝑpetua et
erunt vt cõcepti in originali nec baptizati
addiderũt blaſphemias actuales: ⁊ ĩ illis
defuncti ꝑpetuo ſunt dãnati. Jnueniunt
⁊ alij qui fuerũt vaſa ire: deĩde miſericordie
vt baptizati. ergo reꝑiri debet extremũ al
terũ excellẽtius. q̄ꝺ videlʒ ſit aliq̄ꝺ vas mi
ſericordie dei ꝑpetuũ: q̄ꝺ nũq̄ fuerit de fa
cto vas ire. ꝑſertim cũ deus ad miſc̄ꝺiam
ꝓnior ſit q̄ ad irã. Unde ſi inueniť aliq̄ꝺ
vas ire ꝑpetuũ: magis decẽs eſt ⁊ rõnabi
le q̄ inuentũ fuerit aliq̄ꝺ miſericordie vas
eternũ. Nec valet ſi q̄s diceret: q̄ hoc vas
fuit xp̄s. nam ip̄e miſericordia nõ indiguit.
cũ miſeriã pc̄ti nõ habuerit nec habere de
buerit de iure nec de facto. cui oportuerit
mereri. Maria ꝟo ⁊ ſi de facto nõ habu
erit: tñ habuiſſet ſi nõ fuiſſet miſericordia
preuẽta hec ille.

x Ratione exaltationis

Septimũ fundamẽtũ
d̄r exaltatõis ſic arguẽdo. Sicut mr̄ dei ex
altata eſt in celis ſuꝑ oẽm creaturã. iuxta
illud q̄ꝺ canit eccl'ia in officio aſſumptõis
Exaltata eſt ſc̄ã dei genitrix ſuper choros
angeloꝝ ad celeſtia regna. Jta exaltari de
buit in terris ſuꝑ oẽs puras creaturas ꝑ
grãm. q2 gradus gl'ie corrñdet gradui gr̄e
Juxta illud pſalmiſte. p̄s. lxxxiij. Grãm ⁊
gl'iam dabit dñs. ⁊ hoc eſt q̄ꝺ inq̄t Hiero.
in ſmone ad Euſtochiũ dicens quãtam
grãm adepta eſt pre ceteris in terris tam
excellentiorẽ gl'iaʒ obtinet in celis. Sicut
ergo ſi q̄s edificare vellet domũ altiſſimã:
ei nõ faceret ꝑncipia ſeu fundamẽta debi
lia. ſed ſtabiliſſima. Nã ꝑncipiũ eſt q̄ſi di
midiũ totius. vt ait ph̄s. j. Eth. et. v. topi
coꝝ. Et cuiuſq3 rei potiſſima pars eſt ꝑn
cipiũ. l. j. ff. de ori. iu. vbi glo. allegat illud
Oratij ĩ epiſtolis. Dimidiũ facti qui bene
cepit habet. Jta deus volẽs beatã ꝟgineʒ
ad tante ſublimitatis apicẽ eleuare. nõ vo
luit eius principiũ ſeu fundamentũ ſcʒ cõ
ceptionis facere in debilitate peccati. ſʒ in
robore gr̄e ſue. Et iõ magr̄ Bartholomeꝰ
piſanus in li. beate ꝟginis. fructu. vij. ar
guit ſic dicens. Maria exaltata eſt ſuper
choros angeloꝝ. ergo originali caruit. ali
ter in hoc eis eſſet inferior. Et iterũ idem
dicit. Maria exaltať ſuꝑ oẽs creaturas: ꝰ
puriſſima fuit ſuꝑ oẽs. aliť nõ poſſet glo
riari ſuper nõ habẽtes originale. Jdeo in
quodã ſmone Bernardus dicit. Nequaq̄
ſuper omnes choros angelorũ aſcẽdiſſet:
ſi eos in puritate non tranſcendiſſet.

y Ratione euitationis

Octauũ fundamentũ diciť euitatiõis.
Nam bonũ eſt argumentũ ab abſurdo eui
tando. vt notať in. l. Nam abſurdum. ff. de
opis liber. ⁊ in. l. qui ſtipẽdia. C. de procu.
et. c. quieſcamus. xlij. di. Sed valde abſur
dum fuiſſet. q̄ corruptrix generis nr̄i eua
ſine corruptione fuerit fabricata. ⁊ viuifi
catrix hũane nature Maria in morte pec
cati ſit cõcepta. Ergo ipſi dare debemꝰ ac
tribuere hãc dignitatẽ q̄ ab oĩ macl'a pec
cati fuit ꝑſeruata. de qua loquẽs Ber. ſuꝑ
miſſus eſt. ait. O admirandã ⁊ oĩ honore
dignã virginẽ. O feminã ſingulariter ve
nerandã: ſuper oẽs feminas admirabileʒ:
parentũ reparatricẽ. poſteroꝝ viuificatri
cem. hec ille. Ad quoꝝ corroborationẽ põt
adduci illud q̄ꝺ ponit Ubertinꝰ de caſali ĩ
li. j. arboris ieſu xp̄i dicẽs. Sane ieſus bñ
dictus ſicut oĩa mira creauit ſapientia. ſic
illã benedictã virginẽ matrẽ ſuã talẽ con
didit in tempe qualẽ eã elegit in ſua ſacra
tiſſima eternitate. Et talẽ tã nobilitate na
ture q̄ ꝑfectione gr̄e cõdidit matrẽ qualẽ
decebat habere ſuã infinitiſſimã maieſta
teʒ. Quia in ea ⁊ de ea debebat ſumere q̄ꝺ
in eternũ ſibi eſſet vnitũ vnitate ꝑſone. et
de quo exiret preciũ totius liberationis ⁊
iuſtificatõis ⁊ beatificatõis humane. Pro
pter q̄ꝺ iſte bñdictus ieſus hãc ſublimiſſi
mã virginẽ tãta ꝑfectione ꝓduxit. vt ipſiꝰ
ſacratiſſime ꝟginis ꝑfectio ſoli deo cogno
ſcẽda ſerueť. Ut de illa verificetur illud
Eccl'i. j. Jpſe creauit illã in ſp̄ũſc̄tõ. ⁊ vidit
et dinumerauit ⁊ mẽſus eſt. Hec ille. Jncõ
ueniẽs ergo eſſet dicere q̄ eã creauerit in
peccati corruptõe. Abſurdiſſimũ quoq3 fu
iſſet q̄ origo xp̄i fuiſſet minoris ꝑfectõis
q̄ȝ origo ade. q̄ꝺ neceſſe eſſet fateri ſi mať
xp̄i in pc̄tõ fuiſſet cõcepta. Ergo vt hanc
abſurditatẽ euitemus. debemus firmiter
credere matrẽ dei ab eo fuiſſe ab oĩ labe
preſeruatã. hoc aũt fundamentũ colligiť
a magiſtro Bartho. piſano qui in li. beate
virginis fructu. vij. arguit dicẽs. Non mi
noris ꝑfectionis fuerũt nouus adã ⁊ no
ua eua q̄ ꝑmi. ſed ꝑmi fuerũt facti ſine im
ꝑfectione peccati. ergo ⁊c̄. Jdeo cõtra eos
qui diſputãt aduerſus cõceptionem beate
matris dei dicit dñs Petrus hiſpanus in
tractatu de cõceptione eiuſdẽ ꝟginis. Ho
neſtior diſputatio eſſet excellentiã aliquã
ſacrate ꝟginis cõceptioni ſupra ꝑmorum
parentũ creatione cõcedere q̄ ipſam illis



inferiorẽ appellare ꝑſumere. hec ille. Jncõ
ueniẽs quoq3 fuiſſet vt illa que totũ genꝰ
hũanũ ſanare venit in ſue cõceptiõis exor
dio vulneraret. de qua loquẽs Aug. in ſer
mone de natiuitate eiꝰ dic̄ de eua ⁊ de ip̄a
ꝑcuſſit illa. ſanauit iſta. Jtẽ abſurdũ fuiſſʒ
q̄ illa que totũ mũdum illuſtrare venerat
in ſuo ꝑmordio obſcurareť. de qua inquit
Berñ. in quodã ſermõe. Marie preſentia
totus illuſtrať orbis. ipſa enĩ eſt ſtella illa
nobilis ex Jacob orta cuius radiꝰ vniuer
ſum mũdũ illuminat cuiꝰ ſplẽdor in ſuper
nis fulget ⁊ inferos penetrat. Abſurdum
etiã fuiſſet vtiq̄ viuificare mortuos venit:
ip̄a moreret. de qua inq̄t Aug. vbi. ſ̄. Eua
occidẽdo obfuit. Maria viuificãdo ꝓfuit.
Moriť aũt aĩa ꝑ pc̄tm̄. vt d̄r Ezech. xviij.
Jtem incõueniẽs fuiſſet vt illa de qua ait
Aug. vbi. ſ̄. O ꝟgo bñdicta: ꝑ cuius bene
dictionẽ bñdiciť oĩs creatura ⁊ in ſuo ex
ordio malediceret. Jtẽ q̄ illa de qua inq̄t
Aug. vbi. ſ̄. Mater generis noſtri penam
intulit mũdo: genetrix dñi noſtri ſalutem
attulit mũdo: in ſua cõceptione dãnareť.
⁊ q̄ illa que totũ mundũ nobilitare vene
rat in vituꝑio pc̄ti cõciperet. ⁊ que odorẽ
ſuauiſſimũ deo angelis ⁊ hoĩbus fragra
re venit. Juxta illud Eccl'i. xxiiij. Jn plate
is ſicut cinamomũ ⁊ balſamũ aromatizãs
odorẽ dedi. De qua inq̄t Hiero. in ſmone
ad Euſtochiũ. Et q2 multis ꝟtutũ erat re
pleta odoribꝰ manãs fragrabat ex ea ſua
uiſſimus odor: etiaʒ ſpiritibꝰ angelicis in
cõceptione ſua fetida ⁊ putrida eſſet. Jteʒ
q̄ illa q̄ deũ incorꝑare debebat ꝑus fieret
de corꝑe diaboli ⁊ eiꝰ mẽbrorũ. Ut enĩ ait
Greg. in quadã omel'. ⁊ Alex. de ales in. ij.
parte ſum. in trac. de pc̄tõ diaboli. Qui hʒ
pc̄tm̄ mortale eſt de corpore diaboli ⁊ oẽs
iniq̄ ſunt mẽbra eius. Et hanc rõnẽ tangit
magr̄ Johãnes gerſon ĩ ſua ioſephina di
cens in ꝑſona xp̄i de matre ſua. Et potui
⁊ volui redimẽs ꝑfectius ip̄am. Preueni
ens caſuʒ q̄ ſit releuare iacentẽ. Tota fuit
pulchra nulli vnq̄ obnoxia culpe. Abſit vt
attritꝰ ab ea ſerpẽs. caput eiꝰ. Antea cõtri
rit pc̄ti ſub pede fedo. Abſit ⁊ vt fuerit iaʒ
mẽbrũ demonis vnq̄. hec ille. Jteʒ abſur
diſſimũ fuiſſet vt illa q̄ debebat eſſe ſponſa
dei. ꝑus eſſet adultera diaboli. ſm enĩ Au
gu. in quodã ſmone. oĩs aĩa aut ſpõſa xp̄i
eſt: aut adultera diaboli. Abſonũ q̄ʒ exti
tiſſet vt illa cui canit eccl'ia. Aue regina ce
lorũ. Aue dña angeloꝝ: ꝑ originale pecca
tũ fieret ſerua ⁊ ancilla demonũʒ. ergo ⁊c̄.

z Rõne ſimilationis

Nonũ fundamentũ d̄r ſimilationis. q̄ꝺ
ponit dñs Job. de agacijs doctor ꝑgamẽ
ſis in tractatu ſuo de cõceptione virginis
dicens q̄ valde congruũ fuit q̄ ſicut Eua
fuit ſil'is Ade ad corruptionẽ: ita btã ꝟgo
maria ſimilis eſſet xp̄o ad reparationem.
Et ſic neceſſe fuit vt eſſet a pc̄tõ immunis
ſicut ⁊ ip̄e xp̄s. Jdeo ipſi ꝟgini gl'ioſe d̄r ĩ
officio cõceptionis. Maria mũdi gl'ia luꝫ
eterne filia te ꝑſeruauit filiꝰ ab omni labe
penitus. Originalis macula cũcta reſꝑſit
ſecl'a. Sola poſt natũ vicijs nunq̄ ꝯtacta
diceris.

A Rõne actiõis

Decimũ fundamẽtũ d̄r actiõis.
Nam oĩe agens ꝑfectũ agit ſm ſuã con
gruentiã ⁊ diſpoſitionẽ in ſubiectis. vt ait
Ariſt. ij. de anima. ⁊ notať in. l. q̄ filios. C.
que res pigno. ob. poſſ. ⁊. §. at ſi q̄s. Jnſti.
de inuti. ſti. Patet in ſole q̄ oĩa illuminat
⁊ calefacit atq3 vigorem oĩbus tribuit niſi
cõtraria opponanť. Cũ igiť deus ſit agẽs
ꝑfectiſſimũ cui nullus ꝯdicere põt. ⁊ q̄ põt
in iſtãti oĩa facere. q̄ nõ implicãt ꝯdictõeʒ
vt declarat Sco. in. iiij. di. x. q. ij. Et in q̄li
beto ſuo. q. xj. Cum q3 ipſa virgo benedicta
fuerit ante ſecula diſpoſita ⁊ ordinata. vt
eſſet nobilior ⁊ purior creatura mundi. vt
probatũ eſt. ſ̄. ſermone ſecũdo ꝑte vltima.
Cũq3 ip̄e deus in illo ꝑmo inſtãti ſue con
ceptionis potuerit in eius anima infunde
re gratiã gratũ facientẽ. ⁊ ab oĩ peccato
preſeruantẽ vt probat Sco. in. iij. diſt. iij.
Et magiſter Bartho. piſanus in li. beate
virginis fructu. vij. Cũq3 valde cõgruum
fuerit deo matrẽ ſuã originali iuſticia ĩ cõ
ceptione ſua decorare. vt patere poteſt ex
precedẽtibus. Sequiť q̄ illam nõ tm̄ ſine
originali peccato creauit: et preſuauit ab
omni macula: ſed etiã mirabiliori modo ⁊
nobiliori cõdidit eã pluribuſq3 priuilegijs
decorauit q̄ humanus poſſit ꝑcipere ĩtel
lectus. Jdeo caniť in miſſa cõceptionis et
diciť deo patri. Qui dilectã ſpõſam tuam
gl'ioſam ꝟginem Mariã oĩbus ꝟtutibus
ornatã fabricaſti. ⁊ in puriſſima eius con
ceptione ab originalis pc̄ti macl'a illeſam
ꝑſeruaſti. vt totius eſſet innocẽtie ſpeculũ
et exemplar ſanctitatis dignũq3 exiſteret
habitaculũ vnigeniti filij tui.

B Rõne liberationis

Undecimũ
fundamentũ diciť liberatiõis. Pro cuius
declaratione ſciendũ eſt q̄ vt dicũt aliqui
deuoti doctores. maxime magr̄ Ambro.

ordinis ſeruoꝝ.in ſuo q̄drageſimali de flo
ribus ſapie.ſer.iiij.parte.ij.cõcluſione.iij.
ꝛ fuit dictũ ſancti Bernardini in quodam
ſmone beate ꝟginis.ſʒ Adã ꝛ Eua ꝓpter
tranſgreſſionẽ diuini p̄cepti totalẽ meru-
iſſet annihilationẽ ꝛ exterminationẽ cuʒ
omni poſteritate ſua.tñ preuidẽs diuina
clemẽtia hanc puriſſimã virginẽ eẽ in lũ-
bis ꝑpoꝝ radicalr̃.a q̄bus naſci debebat
ip̃a nobiliſſima ſponſa dei a qua fili⁹ et̃ni
regis gñari debebat.iux̃ illð p̃s.cxxxj.De
fructu vẽtris tui ponã ſup ſedẽ meã.ſuſpẽ
dit indignationẽ ſuã.ꝛ p̃mos parẽtes cuʒ
omni natura humana ab eterno ext̃minio
liberauit.Ob eiuſdẽ quoq ꝟginis amorẽ
p̃ſeruauit Noe de diluuio.Abraã de cede
regũ.Iſaac de Iſmael.Iacob de Eſau.ac
ppl̃m iudaicũ de manu pharaonis.ꝛ de ca
ptiuitate babylonica liberauit.Dauid q̊ʒ
de leone.ꝛ de golya.ꝛ de Saul.Et breuiter
oẽs indulgẽtie ꝛ liberatões facte a deo in
veteri teſtamẽto ſm p̄dictos doctores ob
ꝟginis dilectionẽ puenere.Vñ verificatũ
fuit illud Prouer.xxv.gr̃a ꝛ amicitia.ſcʒ
beate virginis liberãt.ſ.ab oib⁹ mal̃.Quo
p̃ſuppoſito ſic arguit.ꝓpter qð vnũqðq
tale:ꝛ illud magis.vt ait ph̃s.ij.Metha.
ꝛ notat in.l.j.ff.de ꝯhen.emp.ꝛ in clemẽ.
j.de reliquijs et vene.ſan.in glo.iij.et per
Io.de imo.ibidẽ.Si ergo deus ob cauſaʒ
ꝟginis alios a tãtis malis liberauit ꝛ p̃-
ſeruauit nõ dubiũ eẽ debet ꝙ mlt̃o magis
ꝟginẽ ip̃am ab omni malo pct̃i voluit pre

E
Rõne
debella
tionis

ſeruare. Duodecimũ fundamẽtũ dr̃ de-
bellatõis.Sicut em̃ q̄ eſt cã cauſe eſt cau-
ſa cauſati.vt dr̃ in li.de cauſ.ꝛ notat per
Bal.in.l.heredes.C.ad velle.Ita ecõtra-
rio qui deſtructor eſt cauſe:deſtructor etiã
eſt cauſati.bonũ eſt argumentũ a ꝯtrario
ſenſu.l.j.§.huius rei.ff.de offi.ei⁹ cui man.
eſt iu.Cũ igit btã ꝟgo debellauerit diabo
lũ q̄ fuit auctor pct̃i.ergo ꝛ ip̃m peccatum
credendũ eſt eam debellaſſe ꝛ ſubiugaſſe.
Et ad hoc põt allegari illud Abacuc.iij.c.
Percuſſiſti caput de domo impij.denuda

D
Rõne
cõiun-
ctionis

ſti fundamẽtũ eius vſq ad collũ. Ter-
tiũdecimũ fundamẽtũ dr̃ cõiũctionis.Nã
vt inq̄t Boetius.iiij.de ꝯſo.Natura reſpu
it vt cõtraria queq iungant:vt lux ꝛ tene
bre:ſed ꝛ deus lux eſt:ꝛ tenebre in eo non
ſunt vlle.Ioh̃.j.Ergo ſi beata ꝟgo fuiſſet
q̄nq ꝑ pct̃m tenebroſa:ꝑ illo tũc extitiſſet
diuina cõiũctiõe indigna;imo ineptiſſima
quia vt dr̃.ij.ad Coꝝ.vj.Nõ eſt participa
tio lucis ad tenebras.Cũ igit ſemꝑ fuerit
diuine cõiũctioni p̄parata.vt pʒ ex prece-
dẽtibus.ergo.ꝛc̃. Quartũdecimũ funda

E
Rõne
deuẽtio
nis

mentũ dr̃ deuẽtionis.vt em̃ inq̄t ph̃us.ij.
Metha.In oibus generũ ſpẽbus eſt deue
nire ad aliquod vnũ quod ſit metrũ ꝛ mẽ-
ſura oim̃ q̄ ſunt in eodẽ genere.pʒ.Naʒ in
elemẽt̃ ignis eſt ꝑfectior.in aſtris ſol.in
angelis lucifer.in iumẽtis bos.in beſtijs
leo.in auibus aq̄la.in piſcibus ſirena.In
ſpecie aũt hoim̃ xp̃s p̄matũ tenet.Cõde-
cens ergo altiſſime extitit maieſtati:vnaʒ
ꝑfectiſſimã ꝛ ſine macula cõdere mulierẽ
que mũdicia ac ꝟtute incõparabilis;inter
alias:velut matutina ſtella:innocentia ac
puritate radiaret.hec autẽ excellẽtia nulli
meli⁹ ꝯpetere potuit q̄ matri dñi nr̃i.ergo
verax eſt opinio de immaculato concepto
ꝟginali. Quintũdecimũ fundamentuʒ

F
Rõne
reuela
tionis

dicit reuelatõis.Pro cuius declaratõe eſt
ſciendũ ꝙ multa fuerũt quibuſdã doctori
bus incognita q̄ poſtea alijs fuerũt reue-
lata.Vñ Auguſtin⁹ de igne inferni dubita
uit quo ad ei⁹ qualitatẽ ꝛ localitatẽ intãtũ
vt nullũ ad eius cognitionẽ reputet ꝑue-
niſſe:niſi dñico ſpũ ei reuelatũ fuerit vt ip̃e
ait.xx.de ciui.dei.De quo tñ igne Grego.
determinat in.iiij.dyalogoꝝ.ꝛ q̊ ad qualĩ
tatẽ ꝛ q̊ ad localitatẽ.quod forte ſciuit per
diuinã reuelatõeʒ.vera eſt em̃ eiuſdẽ Au-
guſtini ſentẽtia.xj.de ciui.dei.c.iij.dicẽs.
Dei ſapiẽtia ꝑ quã facta ſunt oĩa:q̄ in ani
mas ſctãs ſe transfert ꝛ amicos dei ꝛ pro-
phetas cõſtituit eis opa ſua ſine ſtrepitu
intus enarrat.hec ille.Nõ ſolũ autẽ deus
reuelat interiori inſpiratiõe:ſed etiã vocalĩ
locutõne.vt inq̄t Sco.in ꝓlogo p̄mi ſentẽ
tiarũ.Cũ ergo pluries reuelatũ fuerit ſan
ctis viris ꝙ btã ꝟgo dei genitrix fuit ſine
originali pct̃o cõcepta.de q̄bus reuelatõi-
bus dixi ſufficiẽter in officio cõceptionis.
Multas quarũ ponit btũs Anſel.in ep̃la
ad ep̃os anglie.ſequit indubitãter tenen-
dum ꝙ ip̃a fuit ab originali macula pre-
ſeruata.ſm em̃ doctrinã Sco.vbi.ſ.ſicut
ex veris ꝓpoſitionib⁹ ſyllogiſtice ordinatĩ
nõ põt inferri niſi verũ.ita ꝛ mlt̃o magis
ab infallibili veritate nõ reuelat niſi verũ.
Si quis autẽ adeo eſſet ꝑtinax ꝙ negaret
iſtas reuelatões ab eccl̃ia approbatas ꝑfe
cto diceret dãnare eccl̃iam:qð maximum
eſſe pct̃m ꝓbat ꝑ.c.hec eſt fides.xxiiij.q.j.



Sed dicẽt aliqui.Quid eſt ꝙ nobis non
reuelant talia?Quib⁹ rñderi põt ꝙ forte h̊
ꝓcedit vna ex duabus cauſis inter alias.
vel q2 ipſi nõ merent tales hr̃e reuelatões
aut quia ſi eis fiẽt forſitan poſtea nõ ꝓpa-
larent eas.Nam quorũdã eſt opinio ꝙ ali
qui ex eis habuerint aliq̄ñ aliquã ſupnam
reuelationẽ vel illuminationẽ quã vel ſe-
cularibus manifeſtare noluerũt.vel ſi eaʒ
manifeſtauerũt ab alijs ſtulti vl̃ mẽdaces
reputati ſunt.ꝛ forte poſtea ab eis ita libẽ
ter viſi:ſicut a coruis pauones videri ſolẽt
Omiſſis igit p̄dictis reuelatiõib⁹ referaʒ
reuelationẽ quã facit beata ꝟgo Maria

Reuela
tio ſctẽ
Birgit
te.

beate Birgitte.ſicut in reuelatõibus ei⁹ hr̃
dicẽs.ſicut ſi alicui volẽti ieiunare.q̄ deſi-
deriũ comedẽdi haberet:ſed volũtas reſiſ
ſteret deſiderio:p̄ciperet a ſuperiori cui obe
diendũ eſſet ꝙ ꝑ obediẽtiã comederet:illa
comeſtio maiori remuneratõe digna eſſet
q̄ ieiuniũ.ſic ꝑ talẽ modũ cõiunctio parẽ
tũ meoꝝ fuit q̄ñ ego cõcepta fui ſine pct̃o
originali:ꝙ ſicut filius meus ꝛ ego nunq̄
peccauimus.ita nullũ cõiugiũ fuit qð ho-
neſtius eſſʒ q̄ illud de quo ego ꝓceſſi.Et
q̄ñ pr̃ me⁹ ꝛ mr̃ cõuenerũt matrimonialr̃:
plus fecit hoc obediẽtia q̄ carnalis volu-
ptas.q2 alij cõiuges cõueniũt ex volupta-
te carnali.mei ꝟo parẽtes cõuenerunt ex
obediẽtia ꝛ p̄cepto dei.ſed ſcito ꝙ mea cõ
ceptio non oibus fuit nota:q2 placuit deo
ꝙ amici mei pie dubitarẽt de conceptione
mea vt q̄libet oſtẽderet zelũ ſuũ donec ve
ritas clareſceret in tꝑe ordinato.Hec ꝟgo

Reue-
latio fa
cta per
ſanctuʒ
thomã.

glorioſa.Qð quidẽ tp̃s ordinatũ eſt nũc.
Aliã quoq reuelationeʒ fecit deus ꝑ btm̃
Tho.de aq̄no nõ multis ãnis elapſis.Nã
cuʒ dñs fantinus ep̃s patauij:deuot⁹ btẽ
ꝟgini legeret tertiã ptẽ ſumme bti Tho.
et miraret ꝙ determinaſſet ibi ꝙ btã ꝟgo
cõcepta fuit in originali pct̃o apparuit ei
btũs Thomas ꝛ dixit ei.Scias dñe ep̃e ꝙ
q̄ñ talẽ opinionẽ poſui ſolũ habui reſpectũ
ad diuinũ ſtatutũ quo beata ꝟgo pct̃m ori
ginale cõtrahere debuerat niſi ꝑ filiũ ſuuʒ
fuiſſet p̃ſeruata.Sed dei fili⁹ mr̃em ſuam
ab originali macula p̃ſeruauit.ꝛ his dicĩ
diſparuit.Ipſe ꝟo ep̃s quoad vixit.cũ ma
gna ſolẽnitate feſtũ cõceptõis celebrauit:
ꝛ in ep̃atu ſuo celebrari p̄cepit.ꝛ lʒ in ei⁹ vi
ta hec ei⁹ viſio nõ fuerit alijs publicata:tñ
poſt mortẽ ſuã frater Nicolaus de padua
nũc ꝓfeſſus ordinis minoꝝ:tunc aũt eius
vicarius ꝛ doctor:oĩa hec fideliſſime expo
ſuit.aſſerẽs ſe a p̄nominato dño ep̃o hãc
viſionẽ nõ ſine magna lachrymarũ effu-
ſione narrãte ꝓprijs aurib⁹ audiuiſſe.

Pars ſecũda huius ſmonis que dicit
opationis.ſ.miraculoꝝ.

G

Ut inq̄t Sco.in ꝓlogo primĩ
ſentẽ.q.ij.miracula p̄cipue a
deo facta ſunt ad inducendũ
hoies ad credẽdũ ea q̄ credere
tenent.ꝛ ad quoꝝ noticiã naturalr̃ ꝑueni
re nõ poterãt.vt etiã dicit Aug.xxij.de ci.
dei.ꝛ in lib.de vtilitate credẽdi.Iõ Greg.
in quadã omel̃.ſup Lu.de apl̃is ꝑ mira-
cula credẽtibus ait.Quia carnales adhuc
diſcipuli nullo modo valebant capere ꝟba
myſterij:venit ad miraculũ.Ante eoꝝ ocu
los cec⁹ lumẽ recipit.vt q̊ celeſtis myſterij
verba nõ caperẽt:eos ad fidẽ celeſtia fctã
ſolidarẽt.Hec ille.His p̃ſuppoſitis ꝓbat
beatã virginẽ ſine originali peccato fuiſſe
conceptã:arguendo ſic.Cũ vera miracula
ſolũ fieri poſſint a deo vel ꝟtute dei.vt oñ
dit Aug.in li.de vtilitate credẽdi ꝓpe finẽ.
ergo vbicũq fiũt miracula ꝑ aliqua re:vel
ad ꝓbationẽ alicuius rei:certiſſimũ eſt ꝙ
illud eſt verũ:q2 deus nõ poteſt eſſe teſtis
falſitatis.vt demonſtrat Sco.vbi.ſ.Sed
ad ꝯfirmationẽ innocẽtie ꝟginalis mlt̃a
coruſcauere miracula.ꝛ quotidie fiũt ma-
gna ꝓdigia.ergo credẽda eſt ip̃a intemera
ta dei mr̃ ſine originali pctõ ꝯcepta.Omiſ
ſis autẽ multis miraculis q̄ refert Iohẽs
vitalis in ſuo defenſorio.p̄termiſſis etiaʒ
breuitatis cauſa illis ꝓdigijs q̄ ad indican
dã ſue mr̃is ſanctitatẽ atq puritatẽ ſalua
tor noſter oſtẽdit.de q̄bus in officio cõce-
ptionis plenius dixi:ſolũ quedã alia ſtu-
pẽda ꝓdigia de q̄pluribus ad p̃ns referre
curabo.Poſſuʒ em̃ nõ immerito dicere in
hac materia illud Ouid.in.ij.de remedio
amo.Quid moror exemplis quorum me
turba fatigat. Pretermittã ergo mira

Primũ
miracu
lum.

culũ illius lectoris ordinis cuiuſdã q̄ ꝯtra
cõceptionẽ ꝟginis bñdicte p̄dicando i me
dio ſmonis cecidit ꝛ mutus ẽ effect⁹.vſuʒ
lingue quoad vixit amplius non habuit.
Pertranſibo etiã miraculũ qð in ãglia

Scõm

accidit Alexãdro nequã qui volens ꝑ ſolẽ-
nẽ diſputationẽ ꝓphanare feſtũ cõceptõis
beate ꝟginis:nocte p̄cedente diſputatõeʒ
doloribus magnis correptus ad cognoſcẽ
dam ſuã temeritatẽ ſermonẽ cõdidit;qui

incipit, fiat lux: in quo suũ retractauit errorem. Tertiũ. Itẽ miraculũ illud qđ in Cracouia euenit m.cccxxv. vbi quidã lector noĩe Paulus cũ pdicare ɔtra ɔceptionẽ mřis dei incepisset nõdum finito ſmone cecidit ⁊ expirauit. vt testat magister Henric⁹ de hassia. quod miraculũ etiã legit in chronica summoꝝ pontificũ ⁊ imperatoꝝ. Quartum. Itez aliud stupendũ miraculũ qđ in alamania accidit m.cxliiij. vbi dũ quidã frater ordis cuiusdã ɔtra ɔceptionẽ vgis post prãdiũ pdicasset impcãs deũ ꝙ si verũ ñ dixerat affirmãdo dei genitricẽ in peccato originali conceptã: faceret illũ eadẽ die mala morte perire. finito ſmone ad dicẽdas vesperas cũ aliis fratribus choꝝ intrauit. statimq; lupus quidã maximus affuit: qui intrãs ecclesiam totũ choꝝ trib⁹ vicib⁹ circũgirauit oẽs illos fratres horribilibus ac terribilibus oculis aspiciẽs. s postmodũ facto magno impetu illũ pdicatorẽ inuasit: ⁊ in presentia oĩm suffocauit ac iterfecit: ⁊ ecclesiam exiẽs nũꝙ amplius cõparuit. Quintũ. Pertrãsibo etiã miraculũ illius pdicatoris q̃ in castro baculi in pmo ſmone quem ɔ illibate vginis cõceptionẽ faciebat. latrare cepit. Qͣpropter imago eiusdez vgis supra fores eccl'e posita: tota ad terrã cecidit ⁊ in puluerẽ redacta est. ob qđ ppl's predicatorem illũ lapidare ⁊ conuentũ destruere voluit: nisi brachio dñi castri illius fratres se defensassent. Sextuz. Dimittã insup de illo pdicatore q̃ demoniacũ inueniens adiurauit vt diceret an btã vgo in originali pctõ fuerit cõcepta. Cui demõ rñdit. vhe illis q̃ temerarie hoc affirmãt. solũ quedã nõ multuz antiqua miracula referã. Septimum. Primũ accidit in ciuitate mãtue: in qua cũ quidã frat ordinis cuiusdã ordinasset facere publicã disputationẽ siue pdicationẽ per modum disputatõis: i q̃ volebat pbare ꝙ btã vgo cõcepta fuit in originali pctõ. ⁊ hoc in presentia ppli ⁊ marchionis pdicte ciuitatis: inuitatiq; essent plures doctissimi viri: ille in eminentẽ locũ ascendẽs cum multis ex fratribus suis: multis circũdat⁹ libris: cũ vellet arguere cõtra vginis conceptionẽ: ipa benedicta vgo mutauit vba in ore el⁹ vnde dixit ad ppl'z. ppono vobis istã verã ɔclusionẽ ꝙ beatissima vgo Maria concepta fuit sine originali pctõ. Cum autem fratres sui eũ redargueret dicẽtes ꝙ male loquebat, ille rñdit. nũc emẽdabo qđ dixi: Et cũ vellet dicere ɔtra vginis ɔceptionẽ. ipa bñdicta vgo iterũ coegit euz vt annũciaret innocẽtiã eius: ⁊ diceret ꝙ fratres minores sunt deuote ipius btẽ vginis. et sic pluribus vicib⁹ cũ ille incitat⁹ a fratribus suis vellet attentare loq̃ ɔtra vginis cõceptionẽ: nunꝙ potuit aliud dicere nisi ꝙ btissima vgo sine originali pctõ fuit cõcepta. Octauũ. In alia q3 ciuitate italie nõ mult̃ annis elapsis. quidã magn⁹ pdicator scz magr̃ Johãnes de viterbio immaculatam vginis cõceptionẽ impugnãs infirmat⁹ ē ad mortẽ: cũq; iã nulla sibi esset spes vite. recordatus est miraculi qđ accidit Alexãdro de ales qui secularis exñs: cum nollet celebrare festũ ɔceptiõis vginis marie. s3 ipam pctõ maculatã affirmaret. graui infirmitate percussus: postea facto voto ad beatã virginẽ de celebrãda eius ɔceptiõe: liberat⁹ est. Eleuauit pdictus frat mẽtem ad beatã vginẽ fecitq; votũ dicẽs. O btã vgo maria si veruz est ꝙ sine pcti macula ɔcepta fuistis rogo mihi sanitatẽ donare dignemini in signum vestre puritatis. Et ego voueo ⁊ pmitto toto tempe vite mee celebrare festũ ɔceptõis ⁊ pdicare atq; annũciare populis innocentiã vestrã. ⁊ retractare quicqd al's in contrariuz predicaui. Hoc igit facto voto liber fact⁹ est. fecitq; pplm p campane sonitũ cõuocari. Admirãtibus igit cũctis de tã repẽtina sanatõe incurabilis infirmitatis: maxime medi. Ille enarrato miraculo pulcherrimũ sermonẽ fecit de immaculata vgis ɔceptiõe affirmãs ⁊ approbãs mult̃ rõnib⁹ ipsum ab originali pctõ fuisse pseruatã. Qͣpropter a fratribus suis id moleste ferẽtibus fuit incarcerat⁹. sed a multis deuotis btẽ vginis liberatus. nunꝙ opinionẽ suã de im̃aculata vginis cõceptione voluit retractare l3 sepius a fratrib⁹ suis ad hoc pagẽdũ fuerit diuersimode cõcitatus. nõ solũ precibus sed etiã minis ⁊ psecutõibus. immo pulcherrimũ opus edidit in quo inter alia ponit infra scripta. videl3 ꝙ vginis cõceptus fuit sacer. ⁊ ab anime oĩm macula immunis. ⁊ ꝙ summa spũs humani est infamia concipi in ira dei. caligine et tenebra culpe. ⁊ in iniq̃tatibus. Item ꝙ beati thome ac veri ordinis predicatoꝝ propria est opinio: pro nullo instanti tempis beatam virginẽ subiacuisse ire dei ac caligine aie. Item ꝙ cum xp̃us maluerit hoiẽ de suo



p̄mi parẽtes ante lapſum in puritate illa
fuiſſent clariores. Cum ergo dñam nr̃am
angelis in ſanctitate creaturiſq̄ omĩbus
Bernardus anteponat illaʒ pculdubio ab
originali ſorde aſſerit illibatam.

De ſermone. Lectio quarta.

i N pago gallico canonicꝰ erat
quidaʒ ordine ſacerdos beate
virginis horas nocturnas nõ
paruo mẽtis affectu ſolitus de
cantare. Hic autem in villa quadam cum
alterius vxore fornicario miſcebatur am=
plexu. Cum igitur ſacrilega ſatiatus libi=
dine ſemel in medio noctis ſilentio ad op
pidum in quo morabat̃ redire feſtinaret.
pelagus quoddam tranſmeare cupiẽs ſo=
lus nauem ingreſſus: dñice matris horas
nauigãdo canere cepit. Cũq̄ inuitatoriuʒ
Aue maria gratia plena dominus tecum
diceret. Et iam vſq̄ ad medium fluminis
pertranſiſſet. Ecce demonum turba illum
cum nauicula in pelagi pfundum precipi=
tem dedit: eiuſq̄ ſicut pmeruerat animaʒ
rapuit ad tormenta. Tertio autẽ die ad
locum in quo maligni ſpiritꝰ varijs illum
cruciabãt tormẽtis beata dei genitrix ma
ria innumeris ſanctoruʒ vallata fulgori=
bus acceſſit. eſtq̄ talibus iniquos demo=
nes conuicijs allocuta. vt quid mihi famu
lantis animaʒ iniuſte affligitis. Et demo=
nes. Nos inquiũt illam habere debemus,
quia noſtris in operibus occupatã depre=
hendimus. Si illius inquit virgo pia eſſe
debet: cuius opera peragebat. mea profe=
cto eſſe cognoſcitur: quoniam matutinas
meas dum vos eum pemiſtis decãtabat.
vnde magni rei eſtis criminis quia erga me
inique egiſtis. Lectio quinta.

h Is itaq̄ dictis demonibꝰ huc
illucq̄ fugiẽtibus ſanctiſſima
virgo animã illius ad corpus
detulit. hominẽq̄ ab vtroq̄ fu
nere ſuſcitatũ arripiẽs de profundo pela=
gi ad portum incolumen adduxit. At ipſe
gaudio ꝛ exultatione pfuſus ad eiꝰ pedes



tico proſtratus. Chariſſima inq̄t domina
mea. ꝛ virgo gratiſſima: quid tibi retribuã
ppter tanta que mihi beneficia cõtuliſti:
Precor te ait dei genitrix maria ne ampli
us in adulterina corruas feditate: feſtũq̄
immaculate cõceptionis mee fidelibꝰ po=
pulis annũcians annuatim ſolẽniter cele
brare procures. Hec poſtq̄ beatiſſima vir
go locuta eſt ad ethereas poloꝝ ſedes an
gelis comitata perrexit. Canonicus autẽ
ille heremiticã ad celibem vitam ducens:
quod ſibi acciderat cũctis audire cupiẽtibꝰ
enarrauit: totoq̄ vite ſue tempe inteme=
ratũ ꝟginis cõceptũ ſpecialibꝰ nõ deſtitit
celebrare ſolẽnijs. Lectio ſexta.

t Empore quo martinus q̄ntus
Romane vrbis põtificatuʒ te=
nebat. quidam theologie magi
ſter Toloſani ſtudij rector det̃
minare auſus eſt beatam virginẽ origina
li fuiſſe peccato corruptam. quo de re ĩ fu=
rore populi de eadem expulſus ciuitate.
Romam veniẽs: apud ſummũ pontificeʒ
de illata ſibi iniuria cõqueſtus eſt conclu=
ſionem ſuam aſſerens publica velle diſpu
tatione tutari. Audiẽs autem hoc memo=
ratus antiſtes diem fiende diſputationis
indixit. Collectoq̄ maximo doctoruʒ cõ=
uentu. cum frater ille non veniret: miſſus
eſt qui eum nuncius aduocaret. Fratres
igitur apud quos glorioſe virginis inimi
cus hoſpitatus fuerat ad eius cellam per=
gentes ipm mortuum reperiere interiora
ventris non habentem: ſicq̄ beatiſſima
virgo hoſtis ſui argutias debita mulcta=
tione pfudit. De Omelia. Lectio. vij.

q Uanto pluries aurum p igneʒ
tranſit: tanto maioreʒ acquirit
claritatẽ. Idcirco imacl'atã ite=
rũ btẽ virgĩs cõceptionẽ in ar
denti diſputationis flãma reclinemꝰ quo
eius puritas amplius eluceſcat. Sic itaq̄
arguamus. Glorioſa virgo maria fuit in
vtero matris ſanctificata. Unde de illa ca
nit eccl'ia. Sãctificauit tabernaculũ ſuum
altiſſimus. Cũ igit̃ ab actuali mortali aut
veniali crimĩe quod nõ cõmiſerat ſanctifi
cata nõ fuerit. ḡ ab originali. Sãctificare
enĩ eſt de nõ ſancto ſanctũ facere. ḡ ꝛc.

Lectio octaua.

Intelligens vocabuli ſignifi=
catiõe perpẽdet de facili argu
mentationis huius ſolutionẽ: ſanctificare
enĩ multis accipit̃ modis. Primo ſancti=
ficare idem eſt quod in gratia confirmare
et hoc modo beati dicũtur ſancti: quia ſũt
in domini gratia cõfirmati. Dicta ergo au
ctoritas: ſanctificauit tabernaculuʒ ſuum
altiſſimus. de hoc poteſt ſanctificatiõe in=
telligi. beata etenĩ virgo ſic in ſui ꝯceptio=
ne filij: ita in dei fuit gratia cõfirmata vt
amplius peccare non poſſet. ꝛ ſic predicta
auctoritas de gratie cõfirmatione intelle=
cta non arguit dominã noſtram in origi=
nali peccato fuiſſe conceptam.

Lectio nona.

s Lio etiaʒ modo aliquis ſancti=
ficari dicitur: qui ab omĩ impu
dico actu abſtinẽs: deo ſeruit ꝛ
miniſtrat in omĩ ſinceritate cordis et vir=
tute. Et hoc modo mulieres quedã ſancti
moniales nũcupantur. Omnes etiaʒ bo=
ni eccleſie miniſtri dicũtur ſancti. Et ideo
Auguſtinus Hieronymuſq̄ et Ambroſi=
us epiſcopos ſuis ĩ epiſtolis ſanctiſſimos
appellãt. Quia igitur beata virgo maria
omĩbus extitit virtutibꝰ redimita totiuſq̄
ſpeculum ſanctitatis. omni etiam vite ſue
tempe diuine dedita ſeruituti. angelicam
potius vitam ducens q̄ humanam. Ideo
non immerito de illa dicitur. ſanctificauit
tabernaculũ ſuũ altiſſimus. Iſtas enĩ vir=
tutes et ſanctimonias ſibi contulit altiſſi=
mus: a quo omne datum optimũ: ꝛ omne
donum perfectũ deſcendit. Nihil ergo hec
auctoritas ſanctiſſime derogat virginis
conceptione.

Sexta die ex dictis ſacrorum docto=
rum. Lectio prima.

a Uguſtinꝰ exponẽs illud Geñ.
iij. ipſa conteret caput tuuʒ. ſic
beatam virginem commendat
dicens. Cuʒ ſubiecto originalis
peccati caput ſit diaboli. tale caput Ma=
ria contriuit: quia nulla peccati ſubiectio
ingreſſum habuit in animam virginis. ꝛ
ideo ab oĩ macula immunis fuit. Marie
etiã innocentiã angelica ſalutatio demõ=
ſtrat dicẽs. Aue quaſi ſine vhe. i. ſine pctõ
deinde pſequẽs addit grã plena. Nõ foret
aũt plena gratia: ſi p̄ſeruatõnis illi gratia
defuiſſet. Augu. In celo qualis eſt pater:
talis eſt filius. ſic ꝛ in terra qualis eſt mr̃
ſm carnem. talis etiam eſt filius. hec ille.

Qui ergo matrē dñi in ꝯceptu aſſerit maculatā: eius quoqꝫ filium originali ꝑdicat vitio ſordidatum. Lectio ſecunda.

b Ernardꝰ. Quicq̇d alijs lꝫ pauciſſimis eſt conceſſum: non eſt credendū glorioſe virgini fuiſſe denegatum. Cum igitur primi parētes noſtri ſine vlla fuerint feditate ꝓcreati. aut ꝓculdubio Bernardi fallax ſententia. aut ꝟgo virginū dei genitrix maria originali fuit iuſticia decorata. Auguſtinꝰ. Maria mater chriſti electa eſt: ⁊ ſuꝑ omnes creaturas ꝓelecta: omibus gratijs fecundata: omībus ꝟtutibus ornata: omni ſanctitate in vtero mr̄is repleta: vt de mūdiſſima matre mūdiſſimus naſceret̄ filius quia ſicut in celo habet patrē immortalē ſic et in terra habuit matrem omni corruptione carentem. Lectio tertia.

d Ominicus. Sicut ꝑmus Adā fuit ex terra virgine ⁊ nūq̄ maledicta formatus: ita decuit in ſecūdo adam fieri. Hieronymꝰ. Et ſi in ſanctis prībus et ꝓphetis grā fuiſſe credatur: nō tamen eatenus plena. In maria eniꝫ totius gratie que in chriſto eſt venit plenitudo: q̄q̄ aliter ⁊ alit̄. hec ille. Aliter ⁊ alit̄ dixit: quia qđ xp̄s habuit ex natura. hoc beatiſſima virgo ex filij ſui eſt gratia cōſecuta. Non ergo dño noſtro inferre credamus iniuriā: ſi benedictā illius matrē ab omni ſceleruꝫ fetore dicimꝰ illibatam. Diuus em̄ Hiero. inquit. Nulli dubium quin totū ad laudeꝫ chriſti ꝑtineat: quicq̇d digne genitrici ſue impēſuꝫ fuerit ac ſolēniter adimpletum.

De ſermone. Lectio quarta.

t Emporibꝰ Karoli regis Francorum clericus quidam ordine leuita vngarie regis germanꝰ beatam dei genitricē Mariaꝫ toto corde diligēs: eius deuotiſſime horas decantabat. Hic parentū ſuorum conſilio nubere volens adoleſcentulā quādam valde pulchram accepit in ſpōſam. Facta igit̄ a preſbytero nuptiali bn̄dictione: ſacriſqꝫ miſſarū expletis myſterijs recordatꝰ eſt ſe eiuſdeꝫ beate ꝟginis marie horas die illa iuxta morē nō cātaſſe. quapropter oēs ab eccl'ia diſcedere mādans. ſpōſam ꝟo ſuam domū deduci faciens: ipē ſolus iuxta domini altare remanſit. Cūqꝫ beate ꝟginis horas decantās antiphonā illaꝫ. Pulchra es ⁊ decora filia hieruſalem diceret: apparuit ei dei genitrix ꝟgo piiſſima: bēignaqꝫ illum facie eſt talibus allocuta. Si ergo pulchra ſum ⁊ decora: quid eſt q̄ me dimittis ⁊ aliam ſpōſam me derelicta ducere cōcupiſcis? Nūquid nō ego ſum pulchrior illa. nūquid nō ego ſuꝫ optime formoſa? nūquid nō ego ſum valde decora? Ubi vidiſti tam pulchram? Lectio quīta.

a D hec clericus ille defixis ī terraꝫ oculis. Dña inquit mea: ſimilitudo tua omnē mūdi pulchritudinē excedit. Tu es ſuper choros angelorꝫ eleuata. Tu es ſuꝑ celos celorū exaltata. Quid vis ergo vt faciam? At illa. Si carnalē ſpōſam amore mei dimiſeris: me in celeſti regno ſpōſaꝫ habere gaudebis. Et ſi cōceptionis mee feſtum a cūctis xp̄ifidelibus celebrandū ꝑdicabis: mecū in filij mei palatio laureatus triumphabis. Talibus exorſa dictis: ad celeſtia regna ꝟgo ſe benedicta recepit. Clericꝰ ꝟo domū redire cōtemnēs: ad quādā ꝓtinus extra patrie ſue terminos abbatiam properans: monachali habitu decoratus eſt. Poſt exiguuꝫ aūt tempus dñe noſtre intercedētibus meritis: ad aq̇legie pr̄iarchatū aſſumptus īmaculate cōceptionis feſtum a cunctis celebrandū predicās. Cū ꝓprijs etiam octauis ſolēnibus annuatim exornauit officijs. Lectio ſexta.

v Ia quoqꝫ figurationis Marie puritas demonſtrat̄. In Gen̄. em̄ ſancta trinitas dixit. Non eſt bonū hominē eſſe ſolū. Faciamus ei adiutoriū ſimile ſibi. i. ſine pctō. Hoc aūt in redēptionis humane figuram factum eſt. Hinc Bern̄. in ſermone aſſumptionis inquit. Et quidē ad reſtauratiōeꝫ humani generis ſufficere poterat ſolꝰ xp̄s Siquidē omnis ſufficiētia noſtra ex ipſo eſt: ſed bonum nō erat nobis hominē eſſe ſolum: congruū magis erat vt adeſſet nr̄e redemptionis ſexus vterqꝫ quorum corruptioni neuter defuiſſet. Hec ille. Sicut ergo chriſtus redemptor noſter ſine originali extitit: ita reparatrix noſtra maria redemptoris mater intacta: illi ſimilis ī hoc fuiſſe comprobatur.

De omelia. Lectio ſeptima.

a Lio modo ſanctificare ſignificat idem quod ſanctum demonſtrare. Et in hoc ſenſu



loquit̄ ſaluator noſter patri ſuo dicēs. ſanctifica me pater. i. ſanctitatē meā omibus demōſtra. Hoc igit̄ modo beatā virginem ſanctificauit altiſſimus: q̄ eiꝰ ſanctitatem per orbē vniuerſum inumeris ꝓdigijs declarauit. Poteſt ⁊ aliter dici. lꝫ hoc aliq̇lit̄ dñe noſtre deroget puritati. ſanctificauit tabernaculū ſuū altiſſimus nō ab origiali pctō quod nō ꝯtraxerat: ſꝫ a fomite origialis peccati: quia corpus gl'ioſe ꝟginis ex ſemine infecto: vt quidan referūt ꝓpagatum. aliquē ſm̄ eos ꝯtraxerat feditatē a q̄ ſcīficauit illud altiſſimus ante bn̄dicte eiꝰ anime infuſionem. Lectio octaua.

p Oteſt ⁊ aliter ꝓpter cōtētioſos reſpōderi. ſanctificare idem eſt qđ de nō ſancto ſanctū facere. Hoc aūt aggregatū non ſanctꝰ poteſt duplicit̄ intelligi. priuatiue. ſcꝫ et negatiue tm̄. Primo modo dr̄ nō ſanctus priuatiue qui habet oppoſituꝫ ſanctitatis. ſicut hoc modo diceret̄ nō videns qui eſſet cecus. ⁊ talis nō fuit virgo glorioſa. ideo hoc modo nō fuit ſanctificata. Alio modo dicit̄ nō ſanctus negatiue tm̄: qui nō habꝫ actu ſanctitatē. lꝫ nō habeat oppoſitū ſanctitatis. ⁊ hoc etiā modo xp̄s quo ad humanitatē in ſue cōceptionis inſtanti ſanctificatus agnoſcit̄ qui de ſemetipō inq̇t. quē pater ſanctificauit. In tali ergo ſenſu loquit̄ p̄s. dum canit. ſanctificauit tabernaculū ſuū altiſſimꝰ. i. ꝟginē immaculatam in cōceptōne ſua oī ſanctitatꝭ benedictione repleuit. Lectio nona.

h Oc aūt diuine cōdecens extitit maieſtati. Deus em̄ vt phorūꝫ vtar ſentētia in oibus generuꝫ ſpeciebus aliquod ſingulare indiuiduum perfecit ceteris excellētiꝰ quod aliorum omniū metrum eſſet ⁊ menſura: ex quo ineffabilis eius ſapiētia monſtraretur. In elemētis ignis primatum tenet, in aſtris ſol. in angelis lucifer: in iumētis bos. in beſtijs leo: in auibus aquila: in piſcibus ſyrena: ī hoibus chriſtꝰ. Cōdecens ergo altiſſime extitit maieſtati vnā perfectiſſimā ⁊ ſine macula cōdere mulierem q̄ mūdicia ac ꝟtute incōparabilis int̄ alias velut matutina ſtella innocētia ⁊ puritate radiaret. Hec autē excellētia nulli melius competere potuit q̄ matri domini noſtri. Ergo verax eſt opinio de immaculatō cōceptu virginali.

Septima die ex dictis ſacrorꝫ doctorū. Lectio prima.

a Nſelmꝰ in libro de exordio humane ſalutis illibate ꝟgis conceptionē originali iuſticia decoratam in ſimilitudine nō incōgrua cōprobat dicēs. Si qđ originalis peccati in ꝓpagatione matris dei extitit illud ꝓpagantiuꝫ nō ꝓpagate fuit. Deus em̄ q̄ caſtanee confert: vt inter ſpinas: ⁊ a ſpinis remota cōcipiat̄ alat̄ ⁊ format̄: nō potuit hoc facere matri ſue? Plane potuit ⁊ voluit. q̄ ſi voluit ⁊ fecit. Lectio ſecunda.

i Dem in libro de ꝯceptu ꝟgiali ſic inq̇t. Decuit vt cōceptio illiꝰ hominis de mr̄e fieret puriſſima tanta puritate qua ſub deo nequeat maior intelligi. cui deus pr̄ vnigenitum ſuū quē de corde ſuo genuerat equalē ſibi ita dare diſponebat vt eſſet naturalit̄ vnus idēqꝫ dei patris ⁊ ꝟginis filꝰ. ⁊ quā ſibi filius ipē ſubſtātialr̄ matreꝫ facere eligebat. ⁊ de qua ſpūſſanctus operaturꝰ erat vt ex ea conciperet̄ et naſceret̄ ille de quo procedebat. Lectio tertia.

i N epiſtola etiā ad coepiſcopos anglie profitet̄ dicēs. Nō puto verū eſſe amatorē ꝟgins q̄ celebrare reſpuit feſtū ſue ꝯceptōis. Alexander etiā de ales qui irrefragabilis theologus nūcupat̄: in vltimo vite ſue cōſtitutus tranſitu exponēs illud Cañ. iiij. c. Tota pulchra es amica mea et macula nō eſt in te. de ꝟgine glorioſa cecinit dicens. Maria dña mea: tota pulchra es ⁊ formoſa: ⁊ macula originalis aut actualis peccati in te nunq̄ fuit. Et hec dicens deuotus doctor bn̄dicte ꝟgini ſe cōmēdans felicit̄ migrauit ad dñm.

De ſermone. Lectio quarta.

a Lia quoqꝫ figura per ſapientē Eccleſiaſticū ſcripta eſt qui in brē ꝟgis ꝑſona ꝓloquit̄ dicēs Ego quaſi myrrha electa dedi ſuauitatē odoris. Myrrha a ſe ⁊ ab alijs vermiū putredines expellit. Hec aūt ꝓprietas dñe noſtre nō bene ꝯgrueret ſi aliq̄n a vermibus. i. demonibus ꝑ originale pctm̄ corroſa fuiſſet. Ibideꝫ etiā ꝑdictus ſapiēs ſubnectit. ⁊ quaſi plātatio roſe in hiericho Roſa em̄ de ſpinis naſcit̄. ⁊ tamē ſpinam non habet. ſic dei genitrix maria q̄uis de iudea que vtiqꝫ peccatis ſpinoſa erat nata

ſit.nullum tamen ſpine.i.peccati aculeum ſenſit. Lectio q̄nta.

s Alomon etiā in cātic̄ exclamat dicēs. Que eſt iſta q̄ ꝓgreditur quaſi aurora cōſurgēs? Aurora a lumine incipit ⁊ ſemꝑ in lumine creſcit quouſq̄ ſoli iungat̄.et nunꝙ lumine priuat̄. Sic maria ꝟgo puriſſima a lumine diuine gratie in cōceptione ſua incipiens nullis vnꝙ eſt pctōꝝ tenebris obſcurata:ſed ſemꝑ in virtutū omniū claritate ſuccreſcēs.tandē cū ſole iuſticie dulciſſimo filio ſuo:in celeſti gloria mirandis circūdata fulgoribꝰ eſt cōiuncta. Ideo eiꝰ claritatē intuēs Eſa.dicēs. Sicut lux meridiana clara eſt. Lectio ſexta.

h Anc igit̄ ꝟginis excellentiam aīaduertēs Auguſtinus: eam collaudat dicēs. Quis laudes beatiſſime ꝟginis digne decantare valeat? Facta eſt enī maria ianua celoꝝ:ſublimatio apoſtoloꝝ:laus martyruꝫ: iubilatio ꝯfeſſoꝝ:cōtinētia ꝟginū.norma ꝑncipū:iuſticia regū:ſalus oīm populoꝝ. Facta eſt maria glīa viduarū:gaudiū angeloꝝ:requies aīarū. Facta eſt maria ſalꝰ moꝝ:mors criminū:vita virtutum: ꝟtus pugnantiū:palma victoꝝ. Facta ē maria excelſa ſuꝑ ſydera: ſanctior ſuꝑ oēs feminas:cuius vita inclyta cūctas illuſtrat eccleſias. Abſit ergo rē iſtā facere vt īponamus crimen glorie noſtre.

De omelia. Lectio ſeptima.

v Ltima ꝯtra btām ꝟginem ꝓcella ſic fluctuare cōtendit. ſm̄ apoſtoli ſententiā.oēs peccauerunt in adā. Cū ergo btā virgo de primorū parentū ſtirpe ꝓceſſerit: concludendū videt̄ ꝙ etiā ipſa peccatū originale cōtraxit. Qui cū totuꝫ dicit nihil excludit. Aut ergo dei genitrix peccaſſe conuincit̄:aut apoſtoli ſentētia falſitatꝭ aſſerti uo cōprobat̄. Lectio octaua.

e T apoſtoli verax affirmatio:et ꝯcluſioni nr̄e minime ꝯria reꝑit̄. Aut enī apl̄m vlla ſine cōmentatiōe intelligis.aut ecōtrario. Si generalr̄ apl̄i verba ſine gloſa exponēda exiſtimas.oēs peccauerūt in adā.ergo et xp̄s:qui ⁊ ipe ex adā ꝓpagatōe deſcendit. Hoc aūt eſſet hereticū ꝯfiteri. Si ergo apl̄m gloſare intēdis: eq̄mus in gloſando lāceas ⁊ de pari ꝓcedemus. Tu inq̄s.oēs peccauerūt in adā p̄ter xp̄m ꝑ naturam.et ego:⁊ p̄ter beatā virginē ꝑ grām. Sciēdū ergo ꝙ regulā vniuerſalis termini. qui ꝓ ſingulis diſtribuit ſuppoſitis diuinarum ſcripturarū pagina nō ſuat:q̄ logicalibus nō eſt ſubiecta diſciplinis. vlem itaq̄ terminū ꝓ maiori tm̄ ſuppoſitoꝝ parte nō ꝓ oībus in ſacra ſcriptura plerunq̄ intelligi oportet. vnde de filio ꝓdigū ad Damaſuꝫ papā Hiero.inq̄t. Modus eſt ſcripturaꝝ omne nō ad totū:ſed ad partē referre maximā.vt ibi.oēs declinauerūt ſil' inutiles facti ſunt.⁊ alibi.oēs qui venerunt an̄ me fures fuerūt ⁊ latrōes. ⁊ Paulꝰ ad Coꝝ.inq̄t.oībus oīa factꝰ ſum:vt oēs lucrifacerē:⁊ ad Phil̄.oēs enī q̄ ſua ſūt querūt: nō que ieſu xp̄i. Lectio nona.

h Ec etenī ꝟba ſic generalr̄ ꝓlata cū his gloſis intelligi oportet. Oēs declinauerūt ſil' inutiles facti ſunt.ſ.qui diuina mādata ſuare noluerūt. oēs qui venerūt ante me fures fuerunt ⁊ latrones.ſ.qui a me miſſi nō fuerūt:oībus oīa factus ſum.ſ.que ſm̄ deum fieri potuerūt:oēs que ſua ſunt querūt: nō que ieſu xp̄i.ſ.qui ſunt a charitate ſeparati. Propheta etiā dicit.oīs homo mēdax:ſcꝫ niſi eius a ſpū ſancto eloquia ꝓcedāt. Illud ergo apoſtoli.oēs peccauerūt in adam.exponēdū eſt.ſ.qui nō ꝑ diuinā grām fuere ꝓſeruati:ſed ab adam ſm̄ cōmunē ⁊ nō ꝑuilegiatā legem ꝓpagati ſūt. Talis autē nō fuit mater dn̄i noſtri.ergo non infecit eaꝫ macula originalis peccati. Si quis aūt doctorū beatā virginē ab originali peccato ſanctificatā aſſeruit.ꝑ gratiaꝫ ſcꝫ ꝓuenientē intelligi oportet. Si ꝟo ſoluꝫ chriſtū ſine peccato tradidit extitiſſe expom operepreciū eſt ꝑ ſui ſcꝫ eſſentiaꝫ ⁊ naturā.beata autē virgo per filij gratiam preſeruantē. Qꝫ ſi fortaſſe oīno eam pctō maculatā ſanctoꝝ aliquis ſuis in operibꝰ inſcripſit.reſpōderi poterit Auguſtini illō ad Uincentiū de ſcripturis ſanctorū doctorum. Tale inquit genus ſcripturaruꝫ a ſcripturis canonicis diſtinguendū eſt. nō enī ita in eis teſtimonia ꝓferunt̄ vt cōtrarium ſentire nō liceat. Jubilemꝰ ergo oēs et exultemus ꝓpter immaculataꝫ domine noſtre conceptionē. Ualde etenī nobis ꝓfuit beatiſſimā virginē nō fuiſſe ꝑ originale peccatū diuine maieſtatis inimicā. que enī nullo vnꝙ tempe vel momento deum



offendit.ſed ſemꝑ in illius gratia et dilectione ꝑmanſit.apud ipm cōfidētius intercedēs ipſius benignitatē ⁊ miſericordiā ꝓ nobis faciliꝰ impetrabit. In octaua oīa dicant̄ de die p̄ter ea que ſequūtur. In primis veſperis An̄. Uirgam virtutis ſue miſit dn̄s ex ſyon dominare in medio inimicoꝝ ſuorū all'a. An̄. Sit nomē domini benedictū ꝓpter immaculatū virginis cōceptum all'a. An̄. Propter domū dn̄i dei noſtri ſaucamus oēs ꝟginis puritati all'a An̄. Beatus qui te diligit o Maria: non confundet̄ cum loquetur inimicis ſuis in porta all'a. An̄. Qui dat niuem ſicut lanaꝫ ab originali peccato ꝓſeruauit mariā all'a. ℣. Dominus cuſtodit ab omni malo all'a. ℟. Cuſtodiuit aīam tuā dominꝰ all'a. Ad magnificat an̄. Quā pulchra es amica mea colūba mea immaculata mea: odor veſtimentoꝝ tuoꝝ ſuꝑ oīa aromata all'a all'a all'a.

Ex dictis ſacrorum doctorum.

Lectio prima.

b Eatus Thomas in expoſitiōe angelice ſalutatōis imaculatā virginē exaltat dicēs. Maria puriſſima fuit quātū ad omnē culpā.quia nec originale nec mortale nec veniale peccatum incurrit. Idem quoq̄ in ꝑmo ſentētiarū inquit. Puritas intendit̄ ꝑ receſſum a cōtrario. ⁊ ideo poteſt aliquod creatum inueniri quo nihil purius eſſe poteſt in rebus creatis.ſine vlla contagione peccati. Et talis fuit puritas beate ꝟginis que a peccato originali ⁊ actuali fuit immunis. tn̄ iſta puritas fuit ſub deo inquantū erat in ea potētia ad peccandū. ℟. Que eſt iſta que ꝓceſſit ſicut ſol.⁊ formoſa tāꝙ hieruſalē. Uiderūt eaꝫ filie ſyon ⁊ īmaculatā predicauerūt eam all'a. ℣. Nō tetigit eam abimelech ſed ipſa confregit caput eius. Uiderunt. Lectio ſecūda.

s Ancta quoq̄ mater eccleſia in feſto viſitationis beate ꝟginis eaꝫ magnificat dicēs. Beatiſſima virgo dei genitrix Maria a ſuis eſt primordijs dn̄o ꝯſecrata. Et iterum. Hec eſt illa de qua ſacra canūt eulogia. mulier amicta ſole lunā ſub pedibus habens ſtellis coronata duodenis. Tante laudes virginis humana lingua exꝑmere non ſufficit. nec etiā ſancti ⁊ iuſti illam in cuius ille queꝫ celi capere non poterant ſe contulit aula virginali: dignis laudū preconijs ad plenum efferre potuerūt. Alibi etiam canit. Sancta ⁊ immaculata virginitas quibus te laudibus efferam neſcio. Si ergo iuxta eccleſie teſtimonium tanta eſt intacte virginis puritas vt verbis exprimi non poſſit:nō parum ꝓfecto errare cōuincit̄:qui originali illā macl'a deturpatam fuiſſe arbitrat̄. ℟. Ornatā monilibꝰ filiā hieruſalē dn̄s cōcupiuit. Qui ab originali macula eaꝫ preſeruauit alleluia. ℣. O glorioſa dn̄a excelſa ſuꝑ ſydera que nec ꝑmā ſimilē viſa eſt nec habere ſequentem ſola ſine exemplo placuit virgo xp̄o. Qui ab originali. Lectio tertia.

i Nfideles etiam beate virginis excellentiā denegare nō audēt vnde in alcorano Machometi dicit̄. Nullus eſt ex adam quin tenuerit eum ſathan.preter Mariam ⁊ filium eius. Acquieſce igit̄ chriſtiane ne infideli crudelior erga dominā noſtram eſſe comproberis. Matris ſue puritatem ita ꝫelatus eſt dominus.ꝙ etiam infidelibus ipam noluit eſſe recōditā. Tanto ꝟo etiā a paganis glorioſa dei genitrix veneratur ꝙ illius blaſphemator horribili protinus morte pernecat̄. Erubeſce igit̄ chriſtiane qui dn̄i tui matrem tot quotidie blaſphemijs ad iracundiā prouocas.tot turpibus cōtumelijs exagitas.tot ꝑiurijs impudēter illam nomiare preſumis. Depoſce igit̄ ſuppliciter veniam tui criminis ante vltionem. Relinque cōſuetudinis inique proteruiaꝫ: quia nouit dn̄a mutare ſententiā ſi tu volueris emēdare delictū. ℟. Quacunq̄ hora ingemuerit peccator omnium iniquitatū eius quas opatus fuerat nō recordabor. Alleluia all'a. ℣. Maior eſt eniꝫ miſericordia mea ꝙ oīum hoīum miſeria. Alleluia alleluia.

De ſermone. Lectio quarta.

d Um magiſter Alexander de ales adhuc ſecularis exiſtēs in vniuerſitate legeret pariſienſi: nolletq̄ immaculatuꝫ ꝑiſſime ꝟginis celebrare cōceptum. Volens illuꝫ glorioſa dei gēitrix maria ad ſanā reuocare ſententiā:dum quadā conceptionis die predictus doctor ſuis legere cepiſſet diſcipulis:tantis illum percuſſit infirmitatibꝰ vt oībus veluti mortuus videretur. Cum autē Alexander in ſua ꝑmanens ſentētia

beate virginis innocentiaꝫ adhuc cōfiteri
deſpiceret. alio quoqꝫ anno dum in eodeꝫ
cōceptionis die ꝑlegeret eaſdem ꝓtin⁹ in⸗
firmitates incurrit. ſicqꝫ frequētatis vici⸗
bus in eodē feſto in horribiles annuatim
infirmitates incidebat. Quāobrem a ſuis
monitus diſcipulis ne glïoſe ꝟginis inte⸗
meratā cōceptionē impugnaret. ad ſeipm̄
in eadē exiſtēs infirmitate reuerſus: deuo
te vt potuit regine celi vouendo ꝓmiſit: ſi
optatā illi d ignaret afferre ſalutem: pul⸗
cherrimū ſe aliqd̄ opus ad ſue glīam con⸗
ceptōis editurū. Emiſſo igit voto ad p̄ſti⸗
nam ꝓtinus rediit ſanitatē. Tāti ergo nō
immemor beneficij egregiū quoddā volu⸗
men melliflue ꝯceptionis inſcripſit: imma
culatūqꝫ bn̄dicte ꝟginis cōceptuꝫ multis
cōprobans rōnib⁹. totū fuiſſe falſum p̄di⸗
cat quicqd ꝯtra illibate ꝟginis ꝯceptionē
ſuis vnq̄ in opibus affirmauit. ℞. Ue
niēt ad te qui detrahebāt tibi: ⁊ adorabūt
veſtigia peduꝫ tuorū. Alla alla. ℣. Uirga
em̄ tua atqꝫ correctio tribuit intellectuꝫ et
ſapiam. Alla alla. Lectio quinta.

Xemplis etiaꝫ naturalib⁹ dn̄e
e noſtre puritas demonſtratur.
Sicut em̄ ſolares radij ſuꝑ lu⸗
tum deſcendētes ab illo detur⸗
pari nō poſſunt: ſed ip̄m potius illumina
re noſcunt. Sic ⁊ aïa btē ꝟginis ſuꝑ lutū
humane nature deſcendēs a luto origīalis
culpe ſordidata nō fuit. ſed totā potius hu
manā naturā illuſtrauit. Sicut etiā auruꝫ
in viſcerib⁹ terre non corrūpit: ſed magis
perficit. ſic benedicta ꝟgo in mr̄is viſceri
bus corrupta nō eſt vlla macula: ſ; potius
a ſpūſancto ſanctificata. Ramus quoqꝫ a
bona arbore ꝓueniēs: in malā arborē iſer⸗
tus nō inficit ab ea: ſed poti⁹ illi ꝑfectōem
tribuit. Sic aïa glïoſe ꝟginis a deo ꝓue⸗
niens inſerta in corpus etiā ex ſemine infe
cto ꝓpagatū maculata ñ fuit. ſed ip̄ꝫ poti⁹
multimoda ꝑfectione repleuit. Hec autem
oïa filij ſui gratia fuere ꝑpetrata. Nullus
em̄ tam crudelis tāqꝫ impius reperit: qui
ſi matrē ſuā facere poſſit: eam ꝑfectiſſimā
facere nō ꝯtendat. Dn̄s ergo noſter omni
pietate repletus qui benedictā virgineꝫ de
qua erat naſciturus ſummo ſtudio ⁊ arte
fabricauit. ꝑfecto ſanctiſſimū illud taber⸗
naculum tāta claritate decorauit: vt nihil
nobilius: nihil excellētius nihilve purius
in toto orbe terrarū valeat cogitari. ℞.
Fac mihi ſanctuariū ⁊ habitabo in medio
eorꝫ. arcam de lignis ſethim cōpinge ⁊ de⸗
aurabis eā auro mūdo intus ⁊ foris. alla
alla. ℣. Elegi ⁊ ſanctificaui locū iſtū vt ſit
nomen meū ibi in ſēpiternū. vt ꝑmaneant
oculi mei: et cor meum in cunctis diebus.
Alla alla. Lectio ſexta.

I quis aūt impotentiā in xp̄o
ſ obijciat audeatqꝫ temerarie
blaſphemādo aſſerere ip̄ꝫ cha⸗
riſſimā matreꝫ ſuā nō potuiſſe
a pctō cuſtodire: huic tanq̄ penit⁹ ignaro
reſpōdendū nō duximus. Cui eniꝫ triuꝫ
puerorꝫ nō ſolū corꝑa ſed etiaꝫ veſtimenta
inter vehementiū flāmas igniū ſeruare po
tuit illeſa. ⁊ Jonā in ventre ceti cuſtodiuit
incolumē. Danielē etiā horribiliū in medio
leonū ſaluauit intactū. Matrē quoqꝫ ſuā
p̄ſeruare potuit ab om̄i pctō incorruptaꝫ.
Hec aūt p̄ſeruatō glïoſe ꝟgini nō medio⸗
criter ꝓfuit. homini em̄ ꝑ pctm̄ maculato
dixerat dn̄s. cinis es: ⁊ ī cinerē reuerteris.
Beata igit ꝟgo a pctō p̄ſeruata: nec a ver
mib⁹ ē corroſa nec in cinerē reuerſa. Om̄i
etiā mulieri filios ꝓcreāti ꝓpter peccatuꝫ
inflixerat dicēs. In dolore paries. Domia
aūt noſtra nullius peccati cōſcia vllo ſine
dolore: imo cū ieffabili gaudio dulciſſimū
filiū ſuū parturiuit. O igit maria ꝟgo pu
riſſima. O maria innocētiſſima. O maria
om̄i ſanctitate repletiſſima miſerere: obſe⸗
cro mihi ſeruo tuo qui tm̄ anxius ſum de
honore tuo. zelus em̄ puritatis tue come⸗
dit me. obſecro te o regina celorꝫ: dn̄a āge⸗
lorꝫ: mr̄ miſericordie: fons indeficiēs diuine
clemētie: vt nobis famulis tuis q̄ imacula
te cōceptōis tue venerāda ſolēnia colim⁹:
impetrare digneris a dilecto filio tuo aïe
ſanctitatē. ſanitatē corpis: fructuum terre
vbertatē: oīumqꝫ delectabiliū abūdantiaꝫ
oēs etiā diaboli iſidias ⁊ fraudes a nobis
expellas: ⁊ ꝯ aduerſa oïa nos cuſtodiens:
ad vitā poſtremo ꝑducas eternā. ℞. Cō
gratulamini mihi oēs qui diligitis dn̄m.
Quia cum eſſem paruula placui altiſſimo
alla. ℣. Ego ex ore altiſſimi ꝓdij p̄mogeni
ta. ego in altiſſimis habitaui et in oī ppl'o
et gente p̄matū tenui. Quia.

De Omelia. Lectio ſeptima.

T ſi ex ſuꝑioribus argumētis
e glïoſe ꝟginis innocentiā: etiaꝫ
non admodū ſubtilis percipere
poſſit intellectus: tm̄ ꝓ deuotarū ꝯſolatiōe



mentiū dn̄e noſtre puritatem adhuc aliter
cōprobabo. Si beata ꝟgo Maria origina
li fuiſſet vitio maculata nō poſſet dici ſim
pliciter ꝟgo. quia ſicut per luxurioſam cō⸗
mixtionē corrūpitur caro: ita anima ꝑ pec
catū. Si ergo originalis infectio glorioſe
dei genitricis animā ſordidaſſet virgo non
eſſet ſimpl'r ſed ſm̄ quid tm̄modo nūcupā⸗
da. In cōtrariū aūt canit eccleſia. Sancta
⁊ immaculata virginitas. ergo cōcluſio no
ſtra veriſſima demōſtratur. ℞. Factū eſt
diluuium peccati ſuper oēm terrā. Oper⸗
tiqꝫ ſunt omnes montes excelſi ſanctoruꝫ
alla. ℣. Arca ꝟo deifera eleuata eſt in ſub⸗
lime. ⁊ ferebatur ſuper aquas. Opertiqꝫ
ſunt omnes. Lectio octaua.

Sufficiēti etiā diuiſione hec ꝟitas
s declaratur. Circa dn̄e noſtre conce
ptionē vnū ex tribus dicere neceſſe
eſt. Aut q̄ deus illaꝫ preſeruare nō potuit.
Aut q̄ potuit quidē ſed noluit. Aut q̄ po⸗
tuit ⁊ voluit p̄ſeruare. Si primā opinionē
cōprobas neceſſario tibi dicēdū eſt q̄ deus
nō eſt omnipotēs. hoc aūt hereticā hꝫ pra
uitatē: quia apud deum nō eſt impoſſibile
omne verbū. ergo tu heretic⁹ ⁊ infidelis ha
bēdus es: ſi beatā virginē ideo in origina⸗
li peccato exiſtimas cōceptā. quia de⁹ illaꝫ
preſeruare nō potuit. Si ꝟo ſcđe adheres
opinioni: q̄ deus potuit quideꝫ ſed noluit
venerādā matrē ſuā immaculatā cuſtodi⸗
re: neceſſe habes ꝯfiteri xp̄m erga genitri
cem ſuā: boni nullatenus filij debitū pere⸗
giſſe. Bonus nāqꝫ filius matrē ſuā dꝫ dili
gere. eāqꝫ a cūctis malis ⁊ ab omni infa⸗
mia iuxta ſuam potentiā liberare. Cū igit
originale pctm̄ celeſtis glorie ianuā clau⸗
dat. gratiā ⁊ viſionē dei eternā aufert ma⸗
culatis: nihilqꝫ turpius nephāda pcti veſa
nia excogitari valeat ꝑ quā filij diaboli nū
cupamur ⁊ ſumus. Iniquū valde ⁊ horribi
le videret: ſi aſſerere q̄s p̄ſumeret q̄ dn̄s
noſter illā quā ab eterno elegerat in matrē
in tantā ignominiā dedecus ⁊ iacturā cor⸗
ruere ꝑmiſerit cū poſſet p̄ſeruare. Cū ergo
dn̄s noſter nō venerit ſoluere legē ſed ad⸗
implere: ꝑfecto cōſtat q̄ dilectā matrē ſuā
iuxta legis mādatū voluit honorare. ℞.
Filij hominū vſqꝫquo graui corde. vt quid
diligitis vanitatē ⁊ querit̄ mēdaciū. Sci⸗
tote qm̄ dn̄s ip̄e eſt deus ipſe fecit eā ⁊ pre
ſeruauit eam alla alla. ℣. Ferculū fecit ſibi
rex ſalomon de lignis libani, colūnas eius
fecit argenteas. reclinatoriū aureū. aſcen⸗
ſum purpureum media charitate conſtra
uit. Scitote. Lectio nona.

I igitur deus nō modo potuit ſed
s etiā voluit glïoſam virginē matrē
ſuam ab originali vituperio preſer
uare. cū nihil diuine poſſit reſiſtere volūta
ti: cūqꝫ diuinū beneplacitū ſit inuiolabile.
quia preceptū poſuit dn̄s ⁊ nō preteribit: ⁊
omnia quecūqꝫ voluit: fecit. Incōuincibili
rōne cōcluditur q̄ piiſſimus ſaluator no⸗
ſter qui ab eterno matrē ſuaꝫ ab originali
labe cuſtodire diſpoſuit illā ꝓculdubio im
maculatā preſeruauit. Recte ergo deuota
hec mulier dn̄m noſtrū alloquitur dicens.
Beatus vēter q̄ te portauit ⁊ vbera que ſu⸗
xiſti. Hoc etiā tyburtina Sybilla cōmemo
rās decātauit. O felix illa mater cui⁹ vbera
xp̄m lactabūt. Felix ergo Maria mat dn̄i
noſtri bn̄dicta. Felix Maria mūdi totius
imꝑatrix ⁊ dn̄a. Felix Maria ab omni la⸗
be pcti per ſuū dulciſſimū filiū penitus pre
ſeruata: cui ſit honor ⁊ glïa in ſecula ſeculo
rū. Amē. Ad laudes ⁊ ꝑ horas añ. Aque
multe nō potuerūt extinguere marie chari
tatem alla. Añ. A cuſtodia matutina vſqꝫ
ad noctē ſperauit Maria ī dn̄o alla. Añ.
Apud dn̄m mia. ⁊ copioſa ſuꝑ Mariā re⸗
dēptio alla. Añ. Reges terre ⁊ oēs populi
laudate matrem dn̄i dei noſtri alla. Ad
bn̄s añ. Que eſt iſta que ꝓgreditur quaſi
aurora cōſurgens. pulchra vt luna: electa
vt ſol: terribilis vt caſtrorꝫ acies ordinata
alla al. In ſcđis veſpis añ. Tota pulchra
es ⁊c. ℣. Diffuſa eſt grā in labijs tuis alla.
℞. Propterea bn̄dixit te deus in eternum
alla. Ad magt añ. Qui mūdum facere
pōt de immūdo cōceptū ſemine: me fabri⸗
cauit filius vllo ſine crimine alla alla alla.

Ad miſſam introitus.

Audeamus oēs
g in dn̄o diē feſtū celebrantes
ſub honore intemerate ꝟgi
nis marie: de cui⁹ imacula⸗
ta ꝯceptiōe gaudēt angeli:
⁊ collaudāt filiū dei alla. ps. Celi enarrant
glïam dei: ⁊ opa manuū eius annūciat fir
mamētū. Glïa patri. ⁊ Gloria in excelſis
deo ⁊c. Qm̄ tu ſolus ſanctus Mariam fa
bricaſti. Tu ſolus dn̄s Mariā preſeruaſti.

Tu ſolus altiſſimus Mariam ſublimaſti
Jeſu chriſte ⁊c. Oratio.

d Eus qui per immaculatā ꝟginis
cōceptioneʒ dignum filio tuo habi
taculum preparaſti. Cōcede vt q̄ſ⸗
quis huꝰſanctiſſime feſtiuitat̄ ſolēnia cele
brabit in terris ꝓſperitatē ⁊ pacē: in celis
ꝟo requiē ⁊ gloriam obtineat ſempiternā.
Per eundem dominum ⁊c.

Lectio libri ſapientie.

d Ominus poſſedit me in initio via⸗
rum ſuarū. Require in natiuitate
eiuſdem ꝟginis. Graduale. Quā
pulchra es ⁊ ꝙ decora btiſſima ꝟgo Ma
ria. tēplum dei ſacrariū ſpūſſancti. Tu quē
celi capere non poterāt pro tua innocentia
gremio cōtuliſti. ꝟ. O pulcherrima ꝟgo:
vulnerauit formoſitas tua cor diuinū. at⸗
traxit puritas tua creatorē ad vterū tuum
all'a all'a. ꝟ. Non eſt inuentus ſimilis tui:
preſeruatus a macula; originalis peccati
alleluya. Sequētia.

s Alue ſponſa deitatis: Maria fons
pietatis: angeloruʒ domina. Aue
dulcis o Maria: chriſti mater ⁊ fi⸗
lia: vlla ſine macula. Tu ſol refulgēs glo⸗
ria: celoꝝ luſtrās atria: luce replēs ſecula.
Tu puteus honeſtatis: fauus dulcis chari
tatis: tu noſtra leticia. Roſa rubens caſti⸗
tatis: liliū virginitatis: cum omni fragrā⸗
tia. Tu magiſtra clemētie: mater miſericor
die: noſtra delens crimina. O norma inno
cētie: maria plena gratie: tu ſtella matuti⸗
na. Tu a deo fabricata: in cōceptu preſer⸗
uata: nulla trahis ſcelera. Tu in celis coro
nata: ab angelis venerata: micās ſuꝑ ſyde
ra. Nos famulos rege tuos: atq; tibi fac de
uotos: pro tua clementia. Ab inferno libe⸗
ratos: nos poſtremo fac beatos: in celi mi⸗
litia. Amen.

Sequentia ſancti euangelij ſm Lucā.

i N illo tempore. Loquēte Jeſu ad
turbas extollens vocē quedā mu⸗
lier de turba dixit illi. Beatus vē⸗
ter qui te portauit ⁊ vbera que ſuxiſti. At
ille dixit. quinimmo: beati qui audiūt ver⸗
bum dei ⁊ cuſtodiūt illud. Offertoriuʒ.
Jubilate omnes et letamini hodie de im⸗
maculato cōceptu ꝟginis g'loſe. Angeli
etenī gaudēt. celi applaudūt. mūdus exul
tat. infernus cōtremiſcit. demōes crucian⸗
tur: cum de manu dei maria fabricatur al⸗
leluya. Oratio ſecreta.

d Eus qui oēs matris tue cultores
exaltare ſtatuiſti: cōcede ꝓpitius vt
qui ſanctiſſimū eius cōceptū ꝑ hec
ſacra myſteria iubilādo veneramur tuam
ſemꝑ ⁊ vbiq; illius p̄cibus miſericordiam
cōſeq̄mur. Qui viuis ⁊ regnas ⁊c. Pre⸗
fatio. Eterne deus. Qui dilectā ſponſam
tuā g'loſam virginē Mariā omnibꝰ ꝟtu
tibus ornatā fabricaſti. ⁊ in puriſſima eiꝰ
conceptione: ab originalis peccati macu⸗
la illeſam preſeruaſti vt totius eſſe innocē
tie ſpeculum ⁊ exēplar ſanctitatis: dignūq;
exiſteret habitaculū vnigeniti filij tui. Per
quē. Cōmunio. Beata cōceptio Marie
ꝟginis que neſciuit labem criminis all'a. k
Poſt cōmunionem. Oratio.

b Enedicte ꝟginis Marie immacu
lata cōceptione gaudētes te ſuppli
ces dep̄camur omnipotēs deus: vt
qui ineffabilē eius innocētie puritatē ſince
ra deuotiōe cōfitemur: ad cōtemplādā eiꝰ
g'liam in celeſti palacio ipſa intercedente
ſubleuemur. Per dominū noſtruʒ Jeſum
chriſtū filiū tuū: qui tecum viuit ⁊ regnat
in vnitate ſpūſſancti deus. Per omnia ſe⸗
cula ſeculoꝝ. Amē.

Iſte ſunt rubrice huiꝰ officij. Si hoc fe⸗
ſtum venerit in dñica fiat de feſto. quia ſpe
cialis dei operatio fuit in tali die: qua g'loſe
ꝟgini ſingularis ꝓrogatiua collata eſt. et
ideo officiū dñice debet trāſferri ad dieʒ ſe
quentē. In die autē octaue q̄ venit in dñi⸗
ca: fiat de ipſa dñica. ⁊ officiū octaue trāſfe
ratur ad diē ſequentē. Et hec omnia ſunt
ordinata autoritate ſummi pōtificis: qui
etiā ſtatuit: ꝙ octaua huiꝰ feſti celebret cū
officio duplici. Si ꝟo dñica venerit infra
octauā: fiat de dñica cū cōmemoratiōe fe⸗
ſti. Et qñ fit officiū dñice nō dicantur pre⸗
ces: nec dicatur ex debito officiū de dña: ſi⸗
cut nec dr in ceteris diebꝰ infra octauā. Et
in miſſa dñice nō dicatur: G'lia in excelſis.
nec: Ite miſſa eſt. nec: Te deū laudamꝰ ad
matutinū. ſed nonū rñſoriū dicat: ſicut fit
in ceteris dñicis de aduētu. Quotidie autē
infra octauā fiat cōmemoratio de aduētu.
Qñ ꝟo aliqua feria infra octauā hʒ anti⸗
phonas laudū de ꝓprio: tūc ad matutinuʒ
poſt orōnē feſti fiat cōmemoratio de feria.
deinde dicātur laudes de feria cū illis anti
phonis ꝓprijs ⁊ pſalmis ſuis abſq; caplo
ꝟ. ⁊ bñdictꝰ. ſed dicto Laudate dñm de ce
lis, cū ſua antiphona terminet ibi Fideliū



anime ⁊c. ſicut olim fiebat in die ſcē Lucie.
qñ occurrebat feria hñs laudes de ꝓprio.
Itē predictus pōtifex ordinauit ꝙ in hac
octaua nō fiat officiū de aliquo ſcō: nec eti
am de ſcā Lucia: ſed trāſferat poſt octauā
lʒ poſtea ad petitionē cuiuſdā religioſi con
ceſſerit ꝙ poſſit fieri de ſcā Lucia ī die ſuo.
⁊ ita ſeruet. Ordinauit etiā ꝙ officiū p̄ſē⸗
tationis g'loſe ꝟginis marie celebret. xxj.
die nouēbris. ⁊ fiat duplex maiꝰ. ⁊ accipia
tur officiū natiuitatis eiuſdē: ſʒ vbi eſt no⸗
men natiuitat̄ ponat nomē p̄ſētatiōis. Fa
cto; ſine pie laudetur virgo maria.

Pars ſcda ſupradicti ſermonarij quod
Mariale appellat in qua tractat de ſacra
tiſſima ꝟginis Marie natiuitate. Hec au
tē pars ꝓprio ac particulari noīe liber vite
nuncupatur. Sermo Primus.

a
# Gredietur virga

e de radice ieſſe: ⁊ flos de radice
eius aſcēdet. Eſa. xj. c. Reci⸗
tant hyſtoriographi ꝙ antiq̄
magnoꝝ principum natalia
celebrabāt. Ipſi q̄ʒ principes dieʒ natalis
ſui cū ſolēnitate ⁊ iocūditate deducebant.
Vñ Mar. vj. dr. ꝙ Herodes rex in die na
talis ſui cenā fecit principibꝰ ⁊ tribunis. ⁊
primis galilee. Subditi etiā in diebus na⸗
talicijs dñoꝝ ſuoꝝ tripudia ⁊ choreas atq;
feſtiuos ludos in eoꝝ aſpectibus faciebāt.
Unde Mat. xiiij. dr. Die aūt natalis He⸗
rodis ſaltauit filia herodiadis in medio. ſ.
alioꝝ coriʒantiū ⁊ placuit Herodi. Et ta⸗
lia natalicia regum appellabātur ferie ſo⸗
lēnes. l. fi. C. de feri. Et in ſimilibus diebꝰ
omne ius pretoriū ceſſabat. vt habet in di⸗
cta. l. fi. glo. ꝟo in rubrica. C. eo. ti. appel⸗
lat ferias repentinas. quando infra annū
naſcitur repētine filius principi. Sancta
quoq; mater eccleſia beati Johānis bapti
ſte natiuitatē ſolenniter iubet celebrari. q̄r
ſanctificatus fuit in matris vtero precur⸗
ſorq; fuit ſaluatoris. Quapropter in die
natalis eiuſdē per vniuerſum orbē ab om⸗
nibus fidelibus chriſticolis ſingulis annis
feſtiua gaudia celebrātur. Quāto ergo ma
iori deuotione ac reuerētia ſanctiſſime ꝟgi
nis genitricis dei debēt ſacratiſſima nata⸗
licia celebrari: pfecto ī iſto ſanctiſſimo die
dʒ humana mēs magnā in leticiā ꝓſilire.
Vñ beatꝰ Aug. in ſmone hodierno inquit.
Adeſt nobis dilectiſſimi optatꝰ dies btē ac

Dieſ natales p̄ncipū colebātur

venerabilis ſemperq; ꝟginis Marie. Jō
cū ſumma exultatōe gaudeat terra nr̄a tā⸗
te ꝟginis illuſtrata natali. Hec eſt enī flos
cāpi de qua ortū eſt p̄cioſum liliū cōualliū.
per cuiꝰ partū natura mutat ꝓthoplauſto
rū quo delet ⁊ culpa. Et beatꝰ Johannes
Chryſ. etiā ipſe in ſermōe hodierno inq̄t.
Hodie fit mūdo ſalut̄ initiū. Jubilate deo
omnis terra cantate ⁊ exultate ⁊ pſallite.
Exaltate vocē veſtrā exaltate. nolite time
re: edita eſt nobis in lucē ſpōſa dei de q̄ na
ſciturus eſt agnus dei q̄ tollit pctā mundi.
Exultate mōtes ⁊ colles ⁊ ſicut cera defluī⸗
te. Letare humanū genus. Cātate celeſtes
ſpūs. lapides nolite tacere. qm̄ hodie nata
eſt illa ꝟga que ꝓtulit miri odoris fragrā⸗
tiā. hec ille. Cuius ꝟginis g'loſe natiuita
teʒ p̄uidens in ſpū ꝓpheta deſcripſit eam
ſub noīe virge: dicēs ꝟba thematis noſtri.
Egrediet virga de radice ieſſe ⁊ flos de ra
dice eiꝰ aſcēdet. hic autē flos fuit ieſus xp̄s
eius filius q̄ de ſeipſo inq̄t Cāt. ij. Ego flos
cāpi. Dicit autē flos cāpi ⁊ nō horti tri⸗
plici de cā. Primo q̄r flos horti vt naſcatur
terra aperit. flos aūt cāpi ſine terre aptio
ne naſcitur. ſic etiā xp̄s natꝰ eſt de ꝟgine ſi
ne ꝟginitat̄ eius violatiōe. Scdo dr flos
campi ⁊ nō horti. q̄r flos horti eſt clauſus:
flos ꝟo cāpi oibus eſt apertꝰ. ⁊ ſic etiā hor
tus pietat̄ xp̄i nulli claudit: ſʒ oēs ad ip̄m
p̄nt accedere ⁊ miam inuenire. Tertio dici
tur flos cāpi. q̄r in partibꝰ vltramarinis na
ſcit quidā flos q̄ vocat flos campi habetq;
ſtipitē aſperū. ⁊ quinq; folia rubea. ⁊ ſigni
ficat xp̄m qui ꝓtulit aſperitatē crucis ⁊ ha
buit quinq; vulnera paſſionis. Recte ergo
beata ꝟgo noīe ꝟge deſignatur. quia ex ea
ꝓdijt flos floꝝ. fructus fructuū bñdictꝰ Je
ſus filiꝰ eius ⁊ dei. Et ꝙ ſupradicta ꝓphe⸗
tia de nullo alio intelligat ꝙ de btā ꝟgine
⁊ de xp̄o eiꝰ filio pʒ ꝑ trāſlationē caldaicā
que in hoc loco ſic hʒ. Exurget rex de filijs
iſrael ⁊ meſſias de filijs filioꝝ eius. dicitur
aūt in p̄fata ꝓphetia. Egrediet ꝟga de ra
dice ieſſe. q̄r lʒ btā virgo orta ſit de radice
iudeoꝝ: tñ eſt egreſſa naturā radic̄. Radix
enī ad ima. virga ad alta tēdit. radix in ter
ra. virga in aere ꝓficit. radix terre humo⸗
re. virga celi rore ⁊ ſolis calore creſcit. Ju⸗
dei enī petebāt ima vitioꝝ. illa aūt alta vir
tutū. illi erāt fixi in terra per cupiditatem
terrenorum. illa ꝟo nūq̄ incuruata eſt ad
trāſitoria bona. ſed in celo habitabat per

Chriſtꝰ flos cāpi.

cupiditatē ſupernoꝝ. illi paſcebanꝫ amore carnali. h nutriebaꝫ amore ſpūali. illi frige ſcebāt amore infidelitatis. iſta ꝟgo nobiliſſima fouebaꝫ calore charitatꝭ. De cuiꝰ ꝓcreatiōe tria myſteria cōtēplabimur.

Primū appellabiꝫ neceſſitatis.
Scōm nobilitatis.
Tertiū ꝟo iocūditatis.

Pars pma huiꝰ ſmōis q̄ dr̄ neceſſitatꝭ.

B — Natiuitas marie fuit neceſſaria

N atiuitatē ꝟginis glioſe hūano generi fuiſſe neceſſariā ꝓbatur tribꝰ rōnibꝫ. Prima ꝙruꝫ dr̄ reedificatiōis. Fundamentū cuius eſt ciuile, ſi em̄ tibi locaui areā eo pacto vt in ea domū edificares in qua me receperes q̄ncūqꝫ ad te declinarē. Tu edificaſti ⁊ in ea me recepiſti: poſtea ꝟo labe edificij vel alia culpa tua domꝰ corruit. Conuenio te vt iteꝝ reedifices. Queriꝫ an poſſuꝫ in hoc te cōuenire: ⁊ claruꝫ eſt ꝙ ſic. l. ſi. ff. loca. q2 in h mecum cōueniſti vt ꝙdiu locatio duraret ibi eſſet cōſtructa domus in q̄ recipes locatorē. Argumētū ad h in. l. euꝫ. de here. ff. de ſerui. vr. pre. Nā nō edificatū cēſetur qd̄ diruptū eſt. ff. de leg. iij. l. qui cōcubinā. Et factū nō dr̄ qd̄ nō durat. l. ſi qs aliā. ff. de ſolu. l. itē ſi queriꝫ. §. ſi gēma. et l. ſi. ff. de acꝫ. em. facit in arg. l. ſi cui. §. affinitates. ff. de poſtu. Nō ergo ſufficit ſemel recipe locatorē niſi iterū ipꝫ recipiat quouſqꝫ locatio durat. Arg. i. l. ſi ſeruitꝰ. ff. de ſerui. vr. pre. ⁊. C. ſi ſeruus expor. ve. l. j. ſic ergo in noſtro ꝓpoſito. Nā cū omnipotēs deus locauerit paradiſum Adam pmo homini vt ex illius coſta edificaretur vna mulier in qua ipſe habitaret ⁊ ex illa naſcereꝫ hec domus ſuggeſtione diaboli ⁊ mandati preuaricatione per ipm adam facta corruit. debuit ergo ille hō ex ſua ſtirpe ꝓducere aliam mulierē que eſſet ſtabilis domꝰ ⁊ nō corrueret durāte ſemꝑ locatiōe dei ad humanuꝫ genus. naturali igitur iure ⁊ ciuili neceſſe fuit vt illa ꝟgo naſcereꝫ in qua filiꝰ dei habitaret qui dixerat ꝑ ꝓpheram. ps. cxxxj. Hic habitabo qm̄ elegi eā. Et hoc figuratū fuit Heſter. j. ⁊. ij. c. vbi vaſti prior regina depelliꝫ per inobediētiā Aſſueri regis. ⁊ Heſter hebrea loco eius ſubrogatur que regis placuit oculis.

De locatione.

C — Ratiōe ſucceſſionis

Scda rō diciꝫ ſucceſſiōis. Fundamētū cuiꝰ habeꝫ in auꝫ. licꝫ. C. de na. lib. vbi dr̄ ꝙ filij nāles exiſtē tibus legitimis ſuccedere nō pn̄t ab inteſtato. pōt tn̄ dari vna vncia nālibꝰ ⁊ ꝯcubine. vel ſoli concubine ſemiuncia. l. patre. C. eo. ti. Eſt aūt vna vncia duodecima pars hereditatis. vt habeꝫ inſti. de here. inſti. §. hereditas. Hoc aūt non ſe extendit ad ſpurios. vt in dicta auꝫ. licꝫ. C. de natu. lib. Nos ergo qui nō ſumus legitimi ob priorē fornicationē Eue qua tota humana natura corrupta eſt de qua nati ſumus que fuit ancilla nō libera. iuxta illud ps. cxv. Ego ſeruꝰ tuus ⁊ filiꝰ ancille tue: nō poteramus ſuccedere in tota hereditate. Quia igitur votuꝫ parentū eſt tranſmittere bona ſua filijs. l. ſcripto. ff. vn̄ li. l. nā ⁊ ſi parētibꝰ. ff. de inoꝫ ſi. teſta. l. de emācipatis. C. de legi. heredi. ⁊. l. penultima. ff. de bonis lib. Ideo vt celeſtis patris noſtri deſideriū impleref qui ſua nobis bona eterne felicitatis dare affectat: oportuit ꝙ per ſequēs matrimoniuꝫ fieremus legitimi, de qua legitimatiōe habetur in auꝫ. qui. mo. na. effi. le. coꝫ. vj. circa principiū. ⁊ in. c. cōqueſtus. ⁊. c. tāta. extra qui filij ſint le. Vt ergo deꝰ pater legitimos nos faceret: deſpōſauit ſibi ancillā. ſ. humanā naturā accipiēdo in matrē filij ſui ꝟginē pudicā. ꝟginē ſanctā. virginē omni laude digniſſimā Mariā hebreā quam naſci neceſſe fuit vt fieret mater dei. Ideo letabundi dicere poſſumꝰ illud Pauli ad Gal. iiij. nō ſumus ancille filij ſꝫ libere qua libertate xps nos liberauit.

Uncia legalis

D — Ratiō ſubuentionis

Tertia rō dr̄ ſubuētionis. Fundamētū cuiꝰ ponit iuriſcōſultus in. l. j. ff. de in inte. reſti. ⁊ in. l. ij. §. verba. ff. ad velle. vbi inq̄t ꝙ deceptis ⁊ fraudatis dꝫ ſubueniri. Cū ergo diabolus decepit humanū genus mēdacijs ſeducendo primā mulierē. Ideo oportuit decepto homini ꝓuideri de remedio oportuno. q2 igitur vt inquit phs. j. poſterioꝝ. Si vnū eſt cauſa alicuiꝰ effectus. oppoſitū eſt cā oppoſiti. ad qd̄ eſt tex. in. l. nihil taꝫ naturale. ff. de reg. iur. vbi dr̄ ꝙ ſi cōſenſus eſt cā contractus: diſſenſus eſt cauſa diſtractꝰ: ſicut per mulierē peccatricē a diabolo deceptaꝫ ⁊ deuictā fuit humanū genus deperditum ⁊ a ſtatu ſuo deiectū. ita econtrario debuit per mulierē innocētē ⁊ purā atqꝫ ſanctiſſimā diaboliqꝫ ſuperatricē in integrū reſtitui ⁊ reparari aliter ipſe mēdacij pater diabolus de mēdacio ſuo emolimētū cōſequeretur. qd̄ eſſe nō dꝫ nullus em̄ de mēdacio facto dꝫ cōmodū obtinere. iuxta notata in l. j. ff. de nata. reſti. ⁊ in. l. iij. §. ij. ff. ſi ex noxa. cau. agatur. ⁊ in. c. ſedes. de reſcrip. imo



ꝓpter mendaciū dꝫ puniri. l. ſi dubitet. §. ita demū. ff. de fideiuſſori. ⁊ auꝫ. cōtra. qui ꝓpriā. C. de nō numerata pecunia. ⁊. §. ſed furti. Inſti. de actio. Neceſſe ergo fuit puriſſimā dei genitricē naſci que cōtrita diaboli deceptoris ꝑtāte hoiem de ſeruitute illiꝰ eriperet ⁊ quē ille ꝑ matrē culpe euaꝫ a ſe fraudatā maledictiōi ſubiecerat ipa mater grē ſuo interuētu ac patrocinio benedictionibꝰ adimpleret. qd̄ factū eſſe teſtatur Hiero. in ſmōe ad Euſtochiū dicēs. Quicquid maledictionis infuſum eſt per euam: totū abſtulit bn̄dictio marie. Inſuꝑ ⁊ grāꝫ infudit xpi ortus quā prius non habuerat totus mūdus. hec ille.

E — Pars huiꝰ ſmonis que dr̄ nobilitatis.

L Icet vt inquit iuriſcōſultꝰ in. l. j. ff. de in inte. reſti. q̄ ꝑ ſeipm ſe cōmendat nō indigeat cōmendatiōe. qd̄ etiā habeꝫ in. l. ij. C. qn̄ ⁊ quibꝰ quar. pars. Licꝫ etiā dicaꝫ in. l. j. in fi. ff. de dote ꝓle. ꝙ ſatꝭ demōſtrati fruſtra fit demōſtratio: ⁊ qd̄ pꝫ expſſe non eſt ꝓbare neceſſe. c. euidētia. de accu. ⁊. l. ea q̄dem. C. eo. ti. Iteꝫ ꝙ expſſio eoꝝ que tacite inſunt nihil oꝑatur. l. iij. ff. de le. j. ex q̄ videtur nō eſſe neceſſariū beate ꝟginis Marie nobilitatē que ꝑ ſeipam eſt euidenter ⁊ clariſſime demōſtrata manifeſtare: tn̄ ad maiorē ipſius ꝟginis deuotoꝝ conſolationē aliqua dubia circa nobilitatē eius declarabimus.

Utrum xps debuerit de mr̄e nobili ꝓcreari.

Primū eſt vtrū xps debuerit de matre nobili ꝓcreari. Et pmo argui poteſt ꝙ nō. inq̄t em̄ Paulus. j. ad Cor. j. Nō multi ſapiētes ſm̄ carnē nō multi nobiles ſed ignorabiliora mūdi ⁊ cōtēptibilia ⁊ ea que nō ſunt elegit deꝰ. ſed beatā ꝟginē elegit deꝰ ⁊ pelegit. Ergo nō debuit eſſe nobilis ſed ignobilis. Itē glo. ſuꝑ pdicta verba apl̄i ait. Uenit em̄ humilis deꝰ querens hūiles nō altos. ⁊ ibidē etiā dicit. Nō elegit reges vel ſenatores vel phōs vel oratores: ſꝫ plebeios pauꝑes indoctoſqꝫ piſcatores. Ergo cū beatiſſima ꝟgo ſit pre oībus iſtis electa. pre oibus iſtis videꝫ debuiſſe eſſe plebeia ⁊ pauꝑcula. Nā verbū humilis ꝓprie verificaꝫ in plebeia in ancilla vel ancille filia. l. humilē. §. j. C. de inter. matri. deus aūt querit humiles vt patuit ſupra. Itē maior humiliatio videꝫ ex ꝑte dei de ignobili ꝙ de nobili incarnari. Sed his non obſtātibus in cōtrariū eſt veritas. vt declarat Albertus magnus ſuꝑ miſſus eſt. Et poſſumus ipſaꝫ ꝟginee nobilitatis ꝯgruētiā ſic ꝓbare. Quāto aliqs plus eſt eleuatus in ſummū tanto magis dꝫ depmi deorſum. quāto em̄ mons eſt altior: tanto eius vallis ꝓfundior. ergo quāto magis aliqs eleuatus eſt ſurſum ꝑ nobilitatē ⁊ dignitatē: tanto plus pōt deſcēdere ꝑ humilitatē. ⁊ cōſequēter magis mereri ⁊ magis gratꝰ eſſe deo. iuxta illud Eccl̄i. iij. quanto maior es: tanto magis te humilia in oibus ⁊ corā deo inuenies grām. Un̄ Ber. in quodā ſermone inq̄t. In alto nō altū ſapē ſꝫ humilibus cōſentire maxime ꝟtutis eſt. Sed btā ꝟgo fuit humilitatꝭ ꝓfundiſſime. ꝗ debuit eſſe nobilitatꝭ ⁊ dignitatꝭ excellētiſſime. Iō Augꝰ. in quodā ſermōe inq̄t. ꝙ ipſa btiſſima ꝟgo nūꝙ fuiſſet ſuꝑ oēs choros angeloꝝ exaltata niſi fuiſſet ſuꝑ oēs hoies humiliata. Quia ergo tanto humilitas maior eſt ⁊ magis laudatur quāto quis magꝭ nobilis ⁊ magnus exiſtēs humiliaꝫ. Ideo debuit dei genitrix in altū per nobilitatē ⁊ dignitatē eleuari: vt eius humilitas ꝓfundior ⁊ grē capacior poſſet magis ab oibus laudari ⁊ a deo in celeſti glia altius ſublimari.

Nobilitas ꝟginis probatur

Solutio ꝯtrarioꝝ

Nō obſtāt modo argumēta in contrariuꝫ adducta. Quia rn̄deo illud dictum apl̄i loqui de pdicatoribꝰ primis per quos mūdus erat cōuertēdus ad fidē. quos congruebat eſſe plebeios ⁊ indoctos ne eoꝝ ſapiētie ⁊ potētie vel dignitati aſcribereꝫ id qd̄ deus ꝑ grām ſuā illoꝝ miniſterio oꝑabaꝫ. ⁊ ſic crux xpi euacuareꝫ. Un̄ congruebat ꝙ nō indoctis hūane ſapie ꝟbis nec in potētia dignitatꝭ hoies ad fidē deciperenꝫ vel cogerētur: ſed ſimplicibꝰ ſimpliciū ꝟbis exterius diuina ꝟtute cooꝑante interiꝰ humiles per humiles vocarenꝫ. ⁊ ſic deus humilis exaltareꝫ. Et diabolꝰ qui ꝑ ſuperbiaꝫ vicerat: per humilitatē vincereꝫ. Un̄ glo. ſuper prefatū dictū apl̄i ait. niſi fideliꝫ precederet piſcator humiliter nō ſequereꝫ orator. Sed aliud eſt in beata ꝟgine quā decebat filiū quantū poterat ⁊ ipſa capax erat exaltare: nobilitare ⁊ magnificare. nec decuit xpm vt maiorē ſue humilitatis indiciū demōſtraret genitricē ſuā ignobilitatis vituperio ſubdere. Ad legeꝫ aūt humilē. §. allegatā: Reſpōdetur ꝙ imperator ibi capit humilē nō pro habēte virtutē humilitatis. ſed pro ignobili ac infami ac vituperabili. vt patet ibi in textu dum dictum ſuum declarat in meretrice ⁊ ſcenica. Tertio

F

In quo cōſiſtat nobilitas marie

queritur in quo cōſiſtat nobilitas ipſi⁹ ꝟginis. ⁊ cū dicat quidā ſapiēs ꝙ nobilitas nihil aliud eſt ꝙ̄ inueterate diuitie. ⁊ in cōi ꝓuerbio dr̄. ꝙ ille reputat̄ nobilis q̄ multas hꝫ opes. Un̄ Juuenalis ſatira ꝑma ait. Uicāt diuitie ſacro nec cedat honori. Nuꝑ in hāc vrbē pedib⁹ q̄ venerat albis

Scdo

Refert q̄ꝫ Bartho. i. l. ij. in. vſ. colūna. C. de digni. li. xij. ꝙ quidā imperator dicebat ꝙ nobilitas eſt antiqua eris ⁊ diuitiarum poſſeſſio cū pulchris regiminib⁹ ⁊ ꝟtutib⁹. Uidetur ergo ꝙ iſtā nobilitatē nō habuerit btā virgo que fuit pauꝑcula ⁊ cōiunx carpētarij.

Tertio

Nō etiā videtur ꝙ nobilitas eius ſit attēdenda circa cōplexionē corꝑis: q̄ꝛ in cōplexione nō extimatur nobilitas vt inquit Albertus vbi. ſ. nā multi reges ⁊ ꝑncipes q̄ nobiles appellātur ſunt cōplexiōis melācolice ⁊ flegmatice. ⁊ ecōtrario ꝙ̄plures ruſtici ⁊ viles hoīes ſunt ſanguinei ⁊ colerici. ⁊ cōſequēter dignioris cōplexiōis corporalis.

Quarto.

Nō videtur etiā attendi debere nobilitas alicui⁹ quo ad aīam genitoꝝ ſuorū cum ipſa aīa nō ſit ex traduce. vt theologi ꝓbant in. ij. di. xviij. maxime ſanct⁹ Bona. ibidē. ar. ij. q. iij. ⁊ Alex. de ales in. ij. parte ſum. in tract. de aīa. ⁊ Tho. in. j. par. ſum. q. xc. arti. iij. ⁊ in ſumma ꝯ gētiles. lib. ij. c. lxxxvj. ergo aīa filij nihil accipit nobilitatꝭ ab aīa patris vel alioꝝ predeceſſoꝝ.

Quito.

Nō videtur q̄ꝫ attēdendā eſſe nobilitatē alicuius eo ꝙ ſit ex nobili ⁊ antiq̄ atq̄ꝫ generoſa ꝓgenie ꝓcreat⁹. Ait em̄ Sen̄. ad Lucillum. ꝙ nō facit nobilitatē atriū plenuꝫ fumoſis imaginib⁹. q̄ꝛ qđ ante nos eſt nr̄m nō eſt. nō em̄ ad noſtrā vixerūt gl'iam. Et idē in lib. tragediarū inq̄t. Qui genus laudat ſuū aliena laudat. ⁊ Ouid. in. xiij. metha. canit. Nā genus ⁊ proauos: ⁊ q̄ nō fecimus ipſi. Uix ea noſtra voco. Et fuerunt ꝟba Ulixis in orōne cōtra Aiacē ꝓ habendis armis Achillis. Idem q̄ꝫ Ouid. in. j. de ponto ait. Nō cēſus, nec clarū nomē auoꝝ. Sed probitas magnū ingenuūq̄ꝫ fac. glo. etiā in. l. ſi quid bello. ff. de capti. ⁊ poſtli. reuer. dicit magis eſt meū qđ per meā probitatē quero ꝙ̄ id qđ ꝑ anteceſſores. facit. l. iij. ff. de inter. ⁊ rele. Et Cicero in inuectiua cōtra Saluſtiū ait: Sancti⁹ eſt me meis fulgere moribus ꝙ̄ maioꝝ opinione niti vt ſim meis poſteris nobilitatꝭ initium. Ad hoc q̄ꝫ adduci pōt illud qđ inquit Cinus in. l. quiſq̄ꝫ. C. de poſtu. dicēs ꝙ ſcientia prefertur nobilitati generis. ⁊. l. ſed ⁊ reprobari. §. ampli⁹. ff. de excu. tu. ꝓbat ꝙ tantū nō dꝫ attēdi nobilitas generis quātum nobilitas moꝝ.

Nota pulchra de nobilitate.

Scia ꝑfert nobilitati.

Ideo Juuenalis contra quēdā qui cū eſſet vilis morib⁹ gloriabat̄ de generis ſui nobilitate exclamat lib. iij. ſatira. ij. dicēs. Scēmata q̄d faciūt: q̄d ꝓdeſt pōtice lōgo. Sanguine cēſeri: pictos oſtēdere vultus. Maioꝝ ⁊ ſtātes in curribus emilianos. Tota licet veteres exornēt vndiq̄ꝫ cere Atria: nobilitas ſola eſt atq̄ꝫ vnica ꝟtus: Uſq̄ꝫ adeo. miſeruꝫ eſt aliene incumbere fame. Malo pater tibi ſit terſitas: dūmodo tu ſis. Eacide ſil'is vulcanaq̄ꝫ arma capeſſas. Quā te terſite ſimilē ꝓducat achilles. Nemo ergo de ſanguinis ſui generoſitate dꝫ gl'iari q̄ ex ſuis nō ꝓuenit meritis: maxime cū oēs ab eodē principio trahamus originē: ⁊ ſit ꝟa ſnīa Boetij in. iij. de cōſo. c. xij. dicētꝭ. Omne hoīum genus in terris ſil'i cōſurgit ab ortu. Quid genus aut proauos ſtrepitis ſi primordia noſtra Autorēq̄ꝫ deū ſpectes null⁹ degener extat: Niuitijs peiora fouēs ꝓpriū deſerat ortū. Un̄ in vulgari ꝓuerbio dr̄. e le vilano chi falle vilanie.

B

Sed quid dicem⁹ de quibuſdā qui cū ſint ignobilis generis tn̄ de nobilitate gloriātur: ꝑfecto taliū vana gl'ia poſſet tolli ſi eis diceret̄ illud Juuenalis vbi. ſ. ſ. Maioꝝ prim⁹ q̄ſq̄s fuit ille tuoꝝ. Aut paſtor fuit aut id qđ dicere nolo. Quid etiā dicemus de multꝭ qui cuꝫ ſint nobiles genere: ignobiles ſe reddūt vitioſa cōuerſatione: Quāto em̄ maiores alicuius fuerūt nobiliores tāto maius eſt vituperiū ei qui ab illis deſcēdens ꝑ vitiū ſeuiliſſimū facit. vt inq̄t Saluſtius in iugurtino. Un̄ Claudian⁹ canit. Degenerāt hoīes vitijs ſiūtq̄ꝫ minores. Ideo cuidā romano gl'ianti de maioꝝ ſuoꝝ ꝟtutib⁹ ait quidā florētinus. Coteſta feza nō he di quelo bonvino.

Ex ꝑdictis ergo videt̄ ꝙ btē ꝟginis nobilitas nō ſit ꝯſiderāda quo ad carnalē ꝓpagationē: ſed ſolū quo ad nobilitatē ꝟtuoſe vite. Oēs em̄ hoīes dici pn̄t nobiles dūmodo ſint ꝟtuoſi. ⁊ tanto ſunt nobiliores quāto ſunt ꝟtuoſiores. Ait em̄ Caſſiod. in epl'is. hec eſt indubitata nobilitas que moribus cōprobat̄. Et Hiero. ad celantiā inquit. Uera nobilitas eſt clarū eſſe ꝟtutib⁹. ⁊ in. c. venerabilis. de ꝓben. ⁊ digni. dicit̄. Nō generis ſed ꝟtutū nobilitas gratū deo facit ⁊ idoneū ſeruitorē. ⁊ Gualterius de

Sola virtus nobilitat.



caſtilione li. j. canit. Nobilitas ſola eſt animūq̄ꝫ que morib⁹ ornat. ⁊ Ouid. in li. de vetula dicit. Nobilitas hoīs mens ⁊ deitatꝭ imago. Nobilitas hoīs ꝟtutū clara propago. Nobilitas hoīs humilem releuaue iacētē. Nobilitas hoīs mentē refrenare furenteꝫ. Nobilitas hoīs nature iura tenere. Nobilitas hominis niſi turpia nulla timere. Nobilitas hominis terrenaſ tenere dotes. Nobilitas hominis celeſtia carpere regna. Et Ariſto. j. polit. c. iiij. inquit. ꝙ nihil aliud ꝙ̄ ꝟtus ⁊ malicia determinat liberū ⁊ ſeruum. nobilē ⁊ ignobilē. ⁊ in. c. nūꝙ̄. lvj. di. dr̄ ꝙ ꝟtus aīam nobilitat ⁊ decorat. Ecōtrario ꝟo de carētib⁹ virtute. ait quidā verſificator. Uirtute remota Migrat in exilium nobilitatis honor. vitioſi em̄ non debēt ad honores ⁊ dignitates ꝓmoueri. l. ij. C. de dig. li. xij.

H

Maria fuit nobiliſſima

Pro determinatione huius dubij dico ſm̄ Albertū vbi. ſ. ꝙ beatiſſima virgo ſm̄ omnē modū nobilitatꝭ ⁊ dignitatis eſſe debuit ⁊ fuit nobiliſſima ⁊ digniſſima in ſummo. Un̄ dico ꝙ ſi aliq̄ nobilitas eſt attēdēda in ꝑdictis. maxīe fuit in ipſa dei genitrice.

B

Si ergo ex diuitijs aliqua reputatur nobilitas cōtrahi ſicut videtur innuere Bar. in. l. capitaliū. §. ſerui. ff. de penis. dicēs ꝙ populares diuites et honeſtiores gaudēt priuilegio nobiliū: ⁊ ꝑfecto ipſa btā ꝟgo fuit nobilis que ex altiſſimis parētib⁹ regibus ⁊ ducib⁹ originem traxit. vt infra patebit. Itē ipſius pat̄ Joachim erat diues. ⁊ ipſa vnica eius filia: ſed amore paupertatis omnia ſua pauperibus erogauit vt infra deo dāte declarabit̄. parte. iiij. hui⁹ operis. quibus diuitijs ſuis cōparauit regnum celoꝝ dicēte dn̄o Mat. v. Beati pauperes ſpū: q̄m̄ ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ. Itē magi magna ſuo filio munera et valde precioſa attulerunt: que omnia etiaꝫ pauꝑibus dedit. vnde in corona noſtra dicitur. Gran theſori furno dati da limagi al ſuo fiorma da lei diſpenſati a poueri per amore de dio. Quod quidē fecit vt tēporalibus diuitijs cōtemptis celeſtiū theſaurorum opes infinitas ⁊ indeficiētes cumularet. de quibus Grego. in quadam omel'. inquit. Si vere diuites eſſe cupitis: veras diuitias amate. Et in hoc iſta prudentiſſima virgo fecit more philoſophātium qui ꝟtutis amore pecuniā cōtemnūt. l. ſin honoribus. §. phis. ff. de vaca. mune. l. j. in fi. principij. ff. de vari. ⁊ extra. co. egit etiam more fortis athlete: qui pugnat etiā ſine mercede. vt ait glo. in rubrica. ⁊ i. l. j. C. de athletis. lib. xij. Si ꝟo circa cōplexionem corporis attēditur nobilitas ipſa virgo bn̄dicta nobiliſſima fuit que ab optime cōplexionatis viris ⁊ mulieribus ꝓpagata fuit. Iteꝫ ipſa optime cōplexionis ſuꝑ omnes homines ⁊ mulieres que vnꝙ̄ fuerūt vel erūt extitit. excepto ei⁹ filio dn̄o noſtro Jeſu xp̄o. vt infra declarabitur ſermone. iiij. hui⁹ partis.

I

Si aūt aliquid nobilitatis dicat̄ cōtrahi ex eo ꝙ ꝑdeceſſores alicuius fuerit ſapientes vel anime nobiliſſime ac prudentiſſime ⁊ intellectus ſpeculatiui ⁊ hm̄ōi. vel ꝙ fuerint de antiqua ac potenti ſtirpe circa qđ nobilitas generis attēdit̄. l. ſi furioſi. C. de nup. vnde dicit̄ ſi nobilis es lauda parentes. qđ probatur in. c. nunꝙ̄. lvj. di. naꝫ filius ſequitur dignitatē patris. l. ſenator. C. de digni. li. xij. ꝑfecto hec omnia nobilitatis inſignia fuerūt in beata ꝟgine. vt infra patebit.

Nobilitas carnis

Unde ſciendum eſt ſm̄ Albertum vbi. ſ. ꝙ nobilitas ſm̄ carnem eſt traductio carnalis originis a parētib⁹ ſm̄ ſeculū in diuitijs vel potentia vel dn̄io cōſtitutis. Ex quib⁹ quantū ex parte nature eſt cauſatur in filijs ſimilitudo cōplexionis ⁊ cōformitas moꝝ ⁊ imitatio oꝑatiōis. hō em̄ pauꝑ ⁊ ignobilis ſi diuitijs cepit affluere: incipiet delicijs magis vacare. cibis delicatioribus ſe nutrire. ⁊ ſic cōplexionē nobilitare. exercitijs honeſtiorib⁹ occupari. parua dāna minus curare. paruis lucris minus inhiare. dona minus curare. alienum dominiū minus timere. libertatē magꝭ appetere. maioꝝ cōſortia cōtrahere: ⁊ eorum oꝑa ⁊ mores imitari. ⁊ ſic natura ꝑmo ſeruilis ⁊ ignobilis victa per ꝯſuetudinē: in cōtrariū trāſmutatur. Et quāto hec a remotiori ⁊ diuturniori radice ad ramos tranſmittit̄ tāto magis nature inclinatio indurat̄ ⁊ inſeparabilior efficit̄. vt in filijs quātū ex ꝑte nature eſt ad cōſimilia patrib⁹ inueniat̄ inclinatio nāl'is. Un̄ in cōi ꝓuerbio dr̄. Sepe ſolet filius ſil'is eſſe patri. Et fuit originaliter dictū autoris libri qui dicit̄ Pāphilus. c. xix. l. quiſq̄s. C. ad le. iul'. maie. ⁊ in aut. de reſe. §. j. col'. ij. ⁊ notat̄ in. c. trāſmiſſe. ex qui fi. ſint le. ⁊ in. c. michael. de fi. pſby. Et hec appellat̄ nobilitas carnis. licꝫ aūt aīa nō ſit ex traduce tn̄ exiſtens in carne oꝑatur pl⁹ vel frequēti⁹ ſꝫ ꝙ a carne amplius ad aliquid inclinat̄. Hec Albert⁹

vbi.ſ.Uia em̄ coniūcta corꝑi imitaꝛ paſſio⸗
nes corꝑis.vt inq̄t autor in lib.ſex ꝑncipio
R rū. Dicūt aūt aliq̄ doctores ꝙ nobilitas
iſta ſm carnē nō ſolū ꝓdeſt quo ad gl'iam
mūdi:ſꝫ etiā multū adiuuat ad ꝟtutes ani
mi ⁊ ad bonū incitat:Quis ipa ſola nō co⸗
gat ad bonū vel ad malū.Un inq̄t Alber⸗
tus,vbi.ſ.ꝙ licꝫ qn̄ q̄s operaꝛ ꝯtria nobili⸗
tati originis tāto vitioſior ⁊ deteſtabilior
ſit quāto magis agit ꝯ naturalē inclinatio
nē originis.⁊ ſic magis culpabilis eſt nobi
lis vitioſis ꝙ̄ ignobilis. Ideo leges ple⸗

Nobiles magis puniūt

rūqꝫ magis puniūt nobiles ꝙ̄ ruſticos:qꝛ
ruſtici ꝓcēdū ē.l.j.ff. ſi q̄s i ius vo.nō ie.l.
id quod.§.doli.ff.de iuriſ.om.iu. Itē quā⸗
to quis eſt dignior:tāto eius eſt culpa gra
uior.iuxta illud iuuenalis. lib.iij. ſatira.ij.
Omne animi vitium tāto cōſpectius in ſe
crimē habet:quāto maior qui peccat' habe
tur.que ſnīa etiā ponitur in.c.quia tua.l.
di.⁊ in.c.nulli fas.xxv.q.j. ⁊.c. ꝓcipue.xj.
q.iij.Tn̄ vbi nobilitas originis ꝑficiꝛ ⁊ or⸗
natur nobilitate morū' ⁊ opis vtraqꝫ alteri
preſtat incrementū laudis.⁊ ambe merito
laudātur.qꝛ vbi ſunt equalia merita ī duo
bus nobilitas addit gradui.l.qd̄ ſi nolit.
§.qui mācipia.ff.de edi.edic.⁊ ponit Pa
nor.in.c.cū venerabilis.de prebē. Simili⸗
ter ſciaꝛ ꝟtus addit' gradui intantum ꝙ
ſcolaris ꝟtuoſus ⁊ ſapiēs ꝓfertur in gradu

Nobilitas ⁊ ſciētia additur laudatur.

doctori ignaro,vt ait glo.in.l.j.C.de decu
rio.⁊ eoꝝ fi. Eſt aūt ſciēdum ꝙ lꝫ nobili
tas carnis ſine nobilitate mētis nō laudeꝛ
ſed vitupereꝛ ecōtra ꝟo nobilitas mentis
ſine nobilitate carnis tāto amplius lauda
tur:quāto magis ꝓpriā vincens naturam
laudabiliter opatur.vt inuit tex. i.c. nūꝙ̄.
lvj.di.tn̄ nobilitas carnis eſt quaſi radix ⁊
innatū fundamentū ꝟtuoſe opationis:ita
vt illud hn̄s difficiliꝰ a ꝟtute moueatur.Et
L ſi virtus mētis forſitan tepuerit ipſa car⸗
nis nobilitas eā ad nobilia excitat. Bea
ta igitur ꝟgo Maria fuit nobiliſſima no⸗
bilitate ſanguinis ⁊ generis adeo ꝙ exce⸗

ꝙ̄ nobilis fuerit maria

pto filio ſuo fuit nobilius indiuiduū oībus
indiuiduis que in humana natura fuerūt.
Nā vt ptꝫ Mat.j.ipſa beata ꝟgo deſcēdit
de ſemine patriarchali.ſ.a q̄ttuordecim pa
triarchis:quoꝝ ꝓcipuus fuit Abraā a quo
q̄dragesima ⁊ vna gn̄atione deſcēdit In q̄
Abraā deus ppl'm peculiarē elegit ſibi.⁊
diſtinxit ab alijs.Cui etiā dictū fuit Gen̄.
xxiij.c.Princeps dei es tu apud nos.Cui

facta eſt repromiſſio de xp̄o naſcituro.Ge
neſ.xxij.c.vbi dixit ei deus.In ſemine tuo
bn̄dicenꝛ oēs gētes.Ab hͦ nobiliſſimo pa⸗
triarcha denominanꝛ hebrei q̄ſi ex abraaꝫ
geniti vt dicūt quidā.Quis alij dicāt ꝙ de
nominanꝛ hebrei:qꝛ ab heber deſcēderūt.
Hic fuit ꝑmus q̄ cōfeſſus eſt fidē vnius dei
inter idolatras caldeos adorātes ignē pro
deo:in quē iniectus ab eis vt expireꝛ ꝟtutē
eius:illeſus exiuit.⁊ hoc tangitur Neemie
ix.c.Qr ergo ab hͦ nobili ꝑncipe deſcendit
beatiſſima ꝟgo Maria.iō illi dr̄ Can̄.vij.
Quā pulchri greſſus tui in calciamētis fi⸗
lia ꝑncipis.qd̄ exponit glo.dicēs.Id ē ope
ra tua in exēplis ſcōꝝ q̄s imitaris ⁊ oēs ex
cedis.Deſcēdit q̄ꝫ ipſa mater dei bn̄dicta.
vt ptꝫ in eodē.j.Mat.c. a quattuordecim
ducibus ⁊ a quattuordeciꝫ regibꝰ.Ideo de
illa canit eccleſia in officio hodierne feſtiui
tatis.Regali ex progenie Maria exorta
refulget. Itē deſcēdit ex ſemine ꝓpheta
li:maxime ex Dauid qui fuit eximius pro⸗
phetarū.vt dicūt theologi in.j.ſent.diſt.ij.
Ideo canit eccleſia vbi.ſ.Natiuitas gl'ioſe
virginis Marie ex ſemine Abrae:orta de
tribu iuda:clara ex ſtirpe Dauid. Fuit etiā
exorta ex ſemine ſacerdotali.ſ.de tribu Le
ui.vt declarat Albertus vbi.ſ.quia ſolum
tribus regia.ſ.iuda ⁊ ſacerdotalis.ſ. leuiti
ca iungebāt ſimul matrimonia. Unde bea
ta virgo etiam deſcendit de ſemine Aaron
ſummi ſacerdotis.quia de ſtirpe eius fuit
anna mater eius.vt inquit Joh.damaſce⸗
nus.lib.iiij.⁊ Beda ſuper Lu.Et Grego.
xxij.moral.Beatus q̄ꝫ Lucas.iij.ſui euan
gelij.c.deſcribēs nobilitatē originis ſue:
genealogiaꝫ ſuā vſqꝫ ad adam protrahit.

A quibus Maria eſt nata

M Un̄ vt ꝓbat Magiſter Bartholomeus
piſanus in ſuo mariali.fructu.iiij.Btā vir
go orta eſt primo de multis patribꝰ veteris
teſtamēti maxime a decimonono incipien
do ab Adam vſqꝫ ad thare.ſcd̄o de patriar
chis.tertio de principibꝰ.quarto de iudici
bus.quinto de regibus.ſexto de ducibus.ſe
ptimo de ꝓphetis.octauo de doctoribꝰ.no
no de viris ſtrenuis ⁊ fortibꝰ.decimo de ſa
cerdotibus ⁊ ſummis pōtificibꝰ.vndecimo
de ppl'i rectoribꝰ.duodecimo de cultoribus
dei.⁊ iuſtis parētibus vt ipē ibi latiꝰ decla
rat.Et iō dicere nō īmerito poſſumꝰ beate
ꝟgini illud Uirgilij in.j.enei. Que te tam
leta tulerūt Secula.q̄ tāti talē genuere pa
rētes.Ex ſupradictꝫ aūt colligiꝛ ꝙ chriſtꝰ



dn̄s noſter q̄ ſine mr̄e genitus eſt ſm diui
nitatē ⁊ ſine pr̄e ſm humanitatē:totā ip⸗
ſam hūanitatē:⁊ dignitates que ad ip̄am
ſequunꝛ.ſ.cognatiōis ⁊ cōſanguinitatꝫ ab
ip̄a mr̄e ſua bn̄dicta ſuſcepit.Corpus eniꝫ
eius formatū fuit ex puriſſimis ipſius vir
ginis ſanguinibꝰ ꝟtute ſpūſſancti.vt decla
rant theologi in.iij.diſt.ij.Quia ḡ oēs no
bilitates cōceſſe humano generi in Adam
ꝑncipal'r a deo date ſunt vt deſcēderent ꝑ
multas generatiōes.⁊ ꝑ virginē matrem
terminarenꛈ in xp̄m qui eſſet vltimꝰ dux:
vltimꝰ rex:⁊ vltimꝰ patriarcha ppl'i dei.
de quo Apoc.ij.dr.Hec dicit ꝑmus et no⸗
uiſſimus.ꝑmus quo ad diuinitatē:⁊ no⸗
uiſſimus quo ad humanitatē.ideo appa⸗
ret quāta ſit ip̄ius ꝟginis nobilitas q̄ ipꝫ
dei filiuꝫ quo ad humanitatē nobilitauit.
Et ꝯn̄ter ex eiꝰ nobilitate oīs creatura no
bilitata eſt.Quapropter ip̄a bn̄dicta ꝟgo
pōt dicere illud Eccl'i.xxiiij.Ego ſicut ne⸗
bula tegi oēꝫ carnē.i.xp̄m.ꝑ quē oīs caro
N i.tota humana natura eſt nobilitatꝫ veſte
induta. Caproꝑꝛ Amb.in li.ij.de ꝟgini
tate ait.Quid nobiliꝰ dei mr̄e:quaſi dicat
nihil in rebꝰ creatis.Oēs em̄ ꝓclaritates.
īgenuitatꝫ dignignitates ⁊ nobilitates:q̄
poſſent eſſe in aliq̄ indiuiduo humano po
ſuit deus in hac egregia puella q̄ oēs ꝑnci
pes:duces:reges:⁊ imꝑatores.⁊ q̄ſcunqꝫ
nobiliſſimos viros et feminas nobilitate
tranſcēdit. De nobilitate aūt ꝟtutis eius
infra diceꝛ parte quarta huiꝰ opis. vbi de
ꝟtuoſa eius ꝯuerſatiōe tractabiꝛ:pro nūc
aūt ſufficiat ſacre ſcripture teſtimoniuꝫ q̄
in eius ꝑſona Eccl'i.xxiiij.inq̄t. In me oīs
ſpes vite ⁊ ꝟtutis. Et iō ꝯſiderās Salo⸗
mon nobilitatē ꝟtutū ⁊ ſanguis debere ī
beata ꝟgie relucere exclamauit Sap.iiij.
O ꝙ̄ pulchra eſt caſta generatio cū clari⸗
tate.Quia ergo btā ꝟgo d ſtirpe regali ꝓ
genita eſt regiā habuit dignitatē ſm car⸗
nem.nā filia q̄ de regali ꝓgenie naſciꝛ:re⸗
galis diciꝛ.l.j.C.de digni.li.xij. Quia ꝟo
deo deſpōſata fuit q̄ eſt rex regum:⁊ dn̄s

Femie nobilitātur a marit̄

dn̄antiū.clarū eſt ꝙ oēs creaturas nobili
tate trāſcēdit.Nā femis clariſſimā digni
tatē mariti tribuūt.l.femine.ff.de ſena.fe
mine em̄ coruſcant radijs maritoꝝ.§. hoc
itaqꝫ.in auꝛ.de cōſue.Unigenitꝰ etiaꝫ dei
filius q̄ ab eterno decreuerat ex ea naſci ⁊
in eius vtero habitare illā oī nobilitate de
corauit ⁊ clarificauit.nā parētes efficiunꝛ

nobiliores ꝑ filios nobiles.vt ait gl.in.§.
general'r.in auꝛ.de digni.⁊ mr̄es dignifi⸗
canꝛ dignitatibꝰ filioꝝ.ſm Bart.in.l.j.ff.
de ſena.⁊ ꝓbaꝛ per.§.hoc itaqꝫ.in auꝛ.de
conſu.Ideo de ip̄a dn̄i mr̄e dici pōt iſtud
Apoc.xxj.Claritas dei illuminauit eā nos
quoqꝫ dicere debemus illud.ij.Eſdre.viij.
Bn̄dictꝰ deus patrū nr̄oꝝ q̄ dedit volūta⸗
tē in cor regis.ſ.filij ſui clarificare domuꝫ
ſuā.i.matrē benedictā.

Pars tertia huius ſmonis que diciꝛ
iocunditatis.

I Ocundiſſimaꝫ fuiſſe virginis
gl'ioſe natiuitatē manifeſtū eſt
Si em̄ iudeoꝝ gens gauiſa fu⸗
it dū ꝑ heſter liberata fuit.He
ſter.viij.⁊ Thobia illuminato magnū gau
dium factū eſt.Thob.xij.⁊ Holoferne ſu⸗
perato letata fuit Judith cū ppl'o iudaico
Judith.xiiij.Si Abraā gauiſus eſt i ortu
Iſaac.Gen̄.xx.⁊ Anna in natiuitate Sa⸗
muelis.j.Reg.ij.⁊ parētes Johānis ba⸗
ptiſte in eius ortu ſimul cū cognatꝫ ⁊ amicꝫ
ſuis ſicut ꝓdixerat angelus Luc.j.di. Et
multi in natiuitate eiꝰ gaudebūt. Multo
magis in natiuitate huiꝰ ꝟginis cuiꝰ ꝑꝰ
victoriā mūdo atqꝫ ſalutē attulit immēſe
letitie cauſa extitit.Ideo canit eccl'ia.Na⸗
tiuitas tua dei genitrix ꝟgo gaudiū annū
ciauit in vniuerſo mūdo ⁊c. Primo igiꝛ

Iocunda parētibus

natiuitas mr̄is dei iocūda fuit eiꝰ parēti⸗
bus.vt em̄ in eius legēda hr̄.beata ꝟgo ex
parētibꝰ honeſtiſſimis ac timētibꝰ deum
exorta eſt. Joachim.ſ.et Anna. Joachim
nāqꝫ pr̄ illius ex galilea de ciuitate naza⸗
ret ſanctā Annā ex bethleē duxit vxorem.
Amboqꝫ iuſti erant.⁊ ſine rephenſione in
mādatis dn̄i incedebāt.omnēqꝫ ſuaꝫ ſub⸗
ſtantiā triphariе diuidebāt.vnā ptē tem⸗
plo ⁊ templi ſuitoribꝰ impēdebāt. aliam
ꝑegrinis ⁊ paupibus erogabāt.tertiā ꝟo
ſuis vſibus.⁊ ꝓ ſua familia reſuabant.Et
ita ꝑ annos viginti ꝓlem nō habētes vo⸗
uerunt dn̄o:ꝙ ſi eis ſobolē cōcederet eam
ſeruitio eius ꝑpetuo mācıparent.Cuiꝰ rei
gratia cuꝫ ſingulis annis in tribus feſtis

Hyſtoria natiuitatis marie

precipuis hieruſalē frequētarent.In feſto
enceniorū cum ſuis ipē Joachim aſcendit
⁊ cum ceteris ad altare accedēs oblatiōeꝫ
ſuā offerre voluit.quē vidēs ſacerdos cum
indignatōne nimia repulit.⁊ ꝙ ad altare
accedere ꝓſumeret increpauit aſſerēs non
eſſe cōueniens maledicto legis obnoxium

oblationē dñō legis offerre. nec inter fecū dos infecundū ⁊ ꝗ ppl̄m dei nō auxit aſta re. Joachim ergo ſic cōfuſum ſe vidēs: pre pudore domū redire noluit ne ſil'r a cōtri bulib⁹ ſuis ꝗ hoc audierāt tātū opprobriū ſuſtineret. itaqꝫ ad ſuos paſtores ſeceſſit. Cūqꝫ ibi aliquādiu morā traxiſſet. quadā die ſoli angelus cū ingēti claritate appuit ⁊ de ei⁹ viſione turbatū ne timeret admo nuit dicēs. Ego ſum angelus dñi miſſus ad te vt annūciē tibi preces tuas exaudi tas: et elemoſynas tuas in conſpectu dñi aſcendiſſe. Uidi em̄ pudorē tuum ⁊ audiui ſterilitatꝭ opprobriū nō recte tibi obiectū peccati quippe non nature vltor eſt deus. Et ideo cū alicui⁹ vterū claudit ad hoc fa cit vt mirabili⁹ denuo aperiat. ⁊ nō libidīs eſſe quod naſcit̄: ſed diuini fore muneris cognoſcatur. Prima gentis veſtre mater Sara: nōne vſqꝫ ad nonageſimū ānū ſte rilitatis opprobriū ptulit: ⁊ tñ Yſaac cui repromiſſa erat oīū gentiū beatitudo ge nerauit. Rachel etiā nōne diu ſterilis fu it: ⁊ tamē Joſeph genuit ꝗ totius egypti dñium habuit. Quis fortior Sanſone. vl' ſanctior ſamuele: ⁊ tñ hi ambo mr̄es ſteri les habuerūt. Rationi igit̄ ⁊ exēplis cre de dilatos diu cōceptus ⁊ ſterilis ptus mi rabiliores eſſe ſolere. Proinde anna vxor tua pariet tibi filiā ⁊ vocabis nomē eius mariā. hec vt vouiſtis erit ab infantia ſua dño ɔſecrata ⁊ adhuc ex vtero matris ſue ſpūſancto plena. nec forinſec⁹ inter popu lares: ſed in templo dñi morabit̄. Et ſicut ex ſterili matre ipa naſcet̄. ita mirabiliter ex ea fili⁹ altiſſimi generabit̄. Cui⁹ nomen Jeſus. ⁊ per eū oībus gētibus erit ſalus. ⁊ tibi hoc erit ſignū ꝙ hec oīa fient. Cū per ueneris ad aureā hieroſolyme portā ānā vxorē tuā obuiā habebis. que de tua tarda tione modo ſollicita tunc in tuo conſpectu gaudebit. his dictis angelus ab eo diſceſ ſit. ipmqꝫ leticia plenū reliquit. Anna aūt cū amare fleret: quia quo vir ſu⁹ eſſet igno rabat. idem angel⁹ ſibi apparuit ⁊ eadem que viro ſuo ānūciauerat patefecit. Et vt viro ſuo ad aureā portā obuiaret impauit Igit̄ iuxta angeli pceptū ambo ſibiinuicē obuiātes de mutua viſione letati ⁊ de ple pmiſſa ſecuri: adorato dño domū redierūt. diuinū pmiſſum hilariter expectātes. An na ergo cōcepit: ⁊ ſuo tempe filiā peperit que vocata eſt maria. cui⁹ natiuitate non

ſolū pater eius ⁊ mater: ſed etiā tota illoꝝ cognatio fuit letabūda ⁊ miro gaudio re ſperſa. Sed de hac iocūditate et ſequenti iteruꝫ dicet̄ infra ſmone. iij. huius partis parte vltima. Puto aūt hāc gratioſiſſi mam puellā nō ſm morē alioꝝ naſcentiū gemitū emiſiſſe. ſed cū maxima iocūditate inter multa agmina angeloꝝ dulciſſima cantica decantantiū atqꝫ p natiuitate re gine ſue exultantiū de vtero matris exiſſe magnāqꝫ leticiā cū facie ac manib⁹ demō ſtraſſe: in facieꝫ his qui aderāt arridēdo: circūſtanteſqꝫ angelos aſpiciēdo ⁊ mirā do. ac cū eis pariter exultādo. Accurrebāt aūt vndiqꝫ gētes vt puellā tam pulchram tanqꝫ ſpecioſam cernere poſſent: a cui⁹ ſa cratiſſima carne miri odoris fragrantia emanabat. eiuſqꝫ formoſiſſima facies taꝫ lucidi ſplēdoris radios emittebat: vt oēs in ſtuporē cōuerteret: nulluſqꝫ vultus illi⁹ elegantiā fixis valeret ocl'is intueri.

P
Jocūda
celeſti
curie

Se cundo natiuitas huius ſanctiſſime puelle fuit celeſti curie iocūda. Non ſoluꝫ em̄ illo die quo nata eſt facta fuit in celo ſpecialis ſupernoꝝ ciuiū exultatio: ſed etiā oī anno in hac die: particulari feſtiuitate recolitur memoria natiuitatis eius. Unde vt refert Johānes beleth. Poſtqꝫ vgo gl'ioſa i celū aſſumpta fuit: dies natiuitatis ei⁹ aliquāto tempe fideles latuit. Contigit aūt ꝙ ꝗdā vir ſanct⁹ ſedule cōtemplationi inſiſtēs ſin gulis annis ſexto idus decēbris in orōne poſitus iocūdiſſimā angeloꝝ feſtiuitateꝫ audiret in celo. Qui cum deū deuotiſſime deprecaret̄ vt ſibi reuelaret: cur ꝗlibet āno illa tm̄ die ⁊ nō alia hoc audiret: diuinum accepit reſpōſum ꝙ virgo gl'ioſa dei geni trix maria tali die modo fuiſſet nata. ⁊ pē ceptuꝫ fuit illi vt hoc fidelibus chriſtianis manifeſtaret vt cōcordes fierent in hac ce lebritate celeſti curie. Cū ergo hoc ſummo pontifici ⁊ alijs intimaſſet. hūc diem i ho norem natiuitatis ipſius virginis celebrā dum vniuerſalit̄ ſtatuere.

R
Jocūda
toti tri
nitati

Tertio ⁊ prin cipalius gauiſa eſt trinitas beatiſſima de virginis huius natiuitate. gauiſus eſt em̄ de⁹ pater de nobiliſſime ac iocundiſſime ſponſe ſue ortu gauiſus eſt filius dei de ma tris ſue dilectiſſime natiuitate gauiſus eſt ſpūſſanctus puellā illam modo editā que dignū ſibi eſſet habitaculū. ⁊ que ſua ſan cta obūbratione fecūdata illum a quo ipē procedit vnigenituꝫ dei filium parturiret.



S
Jocūda
prib⁹ in
limbo

Quarto gauiſi ſunt ſcti patres ꝗ erant in limbo. ꝗ vt inꝗt magiſter Bartholome⁹ piſanus in li. bte vginis. fructu. x. cogno uerūt ab angelis natiuitatē ipius vginis tum quia deſcēſus erat angeloꝝ ad ipſos deferendo aīas iuſtoꝝ in eodē loco. tuꝫ qꝛ cū eſſent in ſtatu grē ⁊ cōciues eoꝝ futuri ad eos viſitādos ⁊ cōſolādos deſcēdebāt. Inſup quia illā naſciturā figuris ⁊ pphe tijs pdixerant ipſi ſancti patres. ⁊ de ortu xpi in generali ⁊ ſpeciali quo ad tēp⁹ fue rant certificati. vt patet de Abraā de quo inquit dñs Joh. viij. Abraam pater veſter exultauit vt videret diē meū: vidit ⁊ gaui ſus eſt. ⁊ Jacob Geneſ. xlix. de ipo pdixit ⁊ Daniel. ix. c. ſui libri de tempe ei⁹ pphe tauit. nō eſt putandū tale lumē poſt mor tem ab eis eſſe amotū cum anima exuta a corpe recordet̄ eoꝝ ꝗ in corpe geſſit: ꝗa in parte intellectiua eſt memoria. vt patet p doc. in pmo ſniarū. diſt. iij. vnde diuiti di ctum fuit ad abraā. recordare fili ⁊c. Luc. xvj. ⁊ ꝙ recordet̄ affirmat Augu. ix. con feſſionum. ⁊ Greg. iiij. moral'. ⁊ Theo. in iiij. diſt. xliiij. ⁊. xlv.

O cui⁹
pctōr re
cordabi
tur.

Cognoſcētes ergo ſcti patres nō ſolum ſpū pphetico ⁊ reuelatōe ſed etiā aliqua inſolita illuſtratiōe ortum vginis benedicte: grās immēſas ⁊ laudes deo dederūt cernētes adimplēdas eorum pphetias ⁊ figuras in parte ⁊ in breui ex pectātes in totū complēdas. vnde letabāt̄ ⁊ iocundabant̄ atqꝫ tripudiū magnū fa ciebāt ⁊ deū de tanto beneficio bñdicētes pulchrū canticū cecinerunt ſicut Zachari as fecit in ortu Johānis. Luce. j. ⁊ Anna in ortu Samuelis. j. Reguꝫ. ij. exultabat Adam vidēdo lignū vite. ſ. Mariā diſpo ni ad fructū pducendū vite eterne i medio paradiſi. Geneſ. ij. Eua letabat̄ erumnaꝫ ſuā aboleri ⁊ maledictionē a Maria remo ueri. de qua Geneſ. iij. habet̄. ⁊ loco male dictionis benedictionē cōferri. gaudebat Noe cernēs arcā componi ad gen⁹ huma num liberandū. Geneſ. ij. ⁊ arcuꝫ in nube poni ad fedus perpetuū ſtabiliendū. Gen̄. ix. Jubilabat abraā pmiſſum ſuū impleri. Geneſ. xxij. Jacob ſcalā ad celū ptingētē erigi. Geneſ. xxviij. Sicqꝫ oēs alij indici bili leticia gratulabant̄.

T
Jocun
da ꝙ ſit
⁊ nobis

Quapropter et nos debemus in hac die exultare et letari ſicut admonet ſancta nr̄ eccl'ia que in offi cio huius diei canit dicēs. Cū iocunditate natiuitatē vginis marie celebrem⁹: vt ipa pro nobis int̄cedat ad dñm ieſum chriſtū. Et iterū. Corde ⁊ animo chriſto canamus gl'iaꝫ in hac ſacra ſolēnitate precelſe geni tricis dei Marie. Ipſa em̄ eſt feneſtra celi per quaꝫ deus oculo ſuo miſcordie nos reſpicit. Unde canit̄ in officio eiuſdē vgi nis. Intrent vt aſtra flebiles celi feneſtra facta es. ⁊ Cant. ij. dicit̄. En ipſe ſtat poſt parietē noſtrū. i. poſt naturaꝫ humanam. reſpiciēs per feneſtrā. ſcꝫ matrē ſuā. Dice re aūt poteſt vgo benedicta ꝗ eſt oſtiaria paradiſi illud Joh. x. Ego ſum oſtiuꝫ. per me ſi quis introierit ſaluabit̄. Ideo o pec catores a patria celeſti exules intrate per portam iſtam. Ite o infirmi ad medicum. Accedite o orphani ad parentē. pergite o ceci ad lumen. Propate o afflicti ad cōſo lationem. Ambulate o vgines poſt ſpecu lum pudicitie. Feſtinate o matres ad ma trem dei. Currite o vidue ad nutriceꝫ verī ſpōſi. Proficiſcimini o paupes ad theſau ratricem bonoꝝ celeſtiū. Egredimini o in carcerati per ianuā pfecte libertatꝭ. Noſqꝫ oēs in hac miſeriarū valle laborātes. ro gemus eam cū beato Auguſtino in ſmōe hodierno dicētes. Sancta Maria ſuccur re miſeris: iuua puſillanimes: refoue flebi les: ora p populo: interueni p clero: int̄cede p deuoto femineo ſexu: ſentiāt oēs tuum iuuamē quicūqꝫ celebrāt tuā ſanctā nati uitatē. Aſſiſte parata votis poſcentium. ⁊ repende omnibus optatum effectum. Sit tibi ſtudium aſſidue orare pro populo dei que meruiſti benedicta precium proferre mūdi. Qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculo rum. Amen.

De eadem ſanctiſſima virginis nati uitate. Sermo ſecūdus.

V
Maria
ꝺ vga.

Virgā vigilātē ego video. Iere. j. Uirga dicit̄ beata virgo Maria. Primo aurea que ſignifi catur per virgā aureaꝫ. de qua dicit̄ Heſter. v. extēdit rex ɔtra regi nā virgā aureā quā tenebat in manu. Cū em̄ rex ille noīe aſſuerus eſſet irat⁹ extēſio illius vge ipm placauit. ⁊ reginā Heſter in palaciū introduxit ⁊ oīa ipetrauit. Ipa quippe vgo beata deū iratū placat: qꝛ eſt nr̄a aduocata. Cū em̄ deus pcutit cor pec catoris vga aurea. i. deuotōe vgis ſtatim placat̄. ⁊ illi eternā penaꝫ remittit. ⁊ ideo

poſſumus dicere ꝟo illud Prouerb.xxiij. Si ꝑcuſſeris eũ virga nõ moriet̃. Tu ꝟga percutis eũ: ⁊ aĩam eius ab inferno liberabis. Hec ibi. ⁊ Eſa.xj. dicit̃ de xp̃o. ꝑcutiet terrã. i. terrena corda. virga oris ſui. i. deuotione ꝟginis q̃ ex ore altiſſimi prodijſſe p̃mogenita dicit̃ Eccli.xxiiij. Sicut enim pretores ſolebãt virga ꝑcutere ſuos ſuper capita: qñ volebãt eis dare libertatẽ ſeruando modũ quẽ refert glo. in. §. multis. in ꝟbo vindicta. Inſti. de libertinis. ꝑ legẽ ſcḋam. C. ſi aduer. liber. Sic ⁊ chriſtus cuꝫ nos ꝑcutit virga. i. deuotõe virginali nos facit liberos a ſuitute diaboli. Hec quoqꝫ beata virgo figurata ꝑ virgã aureã in palacium celeſte nos introducit: qꝛ eſt ianua paradiſi. Unde canit eccl'ia in officio beate ꝟginis. Tu regis alti ianua ⁊ porta luc̃ fulgida. Omnia etiã nobis impetrat iſta virga aurea. qꝛ eſt mr̃ dei venerãda. Dicit eñ ei filius eius illud. iij. Reg. ij. Pete mr̃ mi. neqꝫ eñ fas eſt vt auertã faciẽ meaꝫ a

X te. Scḋo beata ꝟgo appellat̃ virga aromatica. de qua dicit̃ Cant. iij. Que eſt iſta que aſcẽdit ꝑ deſertũ ſicut virgula fumi ex aromatibꝰ myrrhe ⁊ thuris ⁊ vniuerſi pulueris pigmẽtarij. Ipſa q̃ppe fuit virgula ꝓpter humilitatẽ: ⁊ fuit virgula fumi: q̃a cõcremata fuit ꝑ charitatẽ. ⁊ dꝛ ex aromatibus myrrhe: qꝛ fugauit diabolicas tẽtationes. Et thuris qꝛ reſtringit fluidas cogitatões: ⁊ vniuerſi pulueris pigmẽtarij. qꝛ in ſe habuit oẽs grãs ꝟtutes.

*Virga aromatica.*

y Tertio dicit̃ virga decora. de qua Zacha. v. ait ꝓpheta. Aſſumpſi mihi duas virgas. vnã vocaui decorã: aliã funiculũ. ꝟga q̃ vocat̃ funiculꝰ fuit Eua: q̃ nos cõſtrinxit vincul' peccatorũ. virga ꝟo que vocat̃ decora eſt virgo Maria. Tũc eñ ꝟgo eſt decora: qñ ee floribus: folijs: ⁊ fructibꝰ bene ornata. Beata igit̃ ꝟgo habuit flores. i. redolẽtes cogitatões quo ad deũ. Unde Eccli. xxiiij. ip̃a inquit. flores mei fructꝰ honoris ⁊ honeſtatis. Habuit etiã folia. i. ꝟba ſanatiua quo ad ꝓximũ. de q̃bus Ezechiel. xlvij. Folia eius ad medicinã. Et Apocal. xxij. c. folia ligni ad ſanitatẽ gentiuꝫ. Habuit q̃ꝫ fructus. i. op̃a pura ⁊ mũda quo ad ſeip̃ꝫ. De q̃bus Prouerb. iij. dicit̃. Primi et puriſſimi fructꝰ eius.

*Virga decora.*

z Quarto appellat̃ btã dei genitrix ꝟga vigilãs a Hiere. ꝓpheta in ꝟbis ꝓpoſitis. Ipſa eñ vigilat ſuꝑ deuotos ſuos vt cuſtodiat eos. Uñ ip̃a dicit illḋ Cañ. v. Ego dormio: ⁊ cor meũ vigilat Et ideo etiaꝫ nos debemꝰ vigilãtes eſſe et feruidi in deuotõne eius. Nam ſi imꝑator noctes ducit inſomnes ⁊ noctibꝰ vtit̃ ſub eq̃litate dierũ ꝓ ſubditoꝝ quiete. vt ĩ aut̃. vt iudi. ſine quoq̃ ſuffra. in princ. coll'. ij. et idem facit papa. vt in ꝓemio ſexti. multo magis nos vigilare oꝑtet circa ꝟginis deuotionẽ. Uigilãtibus eñ ⁊ nõ dormiẽtibꝰ iura ſubueniũt. l. pupillus. in fin. ff. que in frau. cre. l. in ſumma. ff. de pecu. ⁊ in proemio inſtitutionũ. Itẽ in mane ⁊ poſt ſomnũ reperit̃ ꝑfecte meditatõis ſtudium. vt inq̃t glo. in ſ1'i. ⁊. l. vnica. C. de iuſti. codi. cõfirmã. in ꝟbo indefeſſo. ⁊ ideo ad h̃ nos hortãdo ip̃a bñdicta ꝟgo inq̃t Prouerb. viij. ego diligẽtes me diligo. ⁊ q̃ mane vigilauerint ad me ĩuenient me. btũs q̃ audit me ⁊ q̃ vigilat ad fores meas q̃tidie. q̃ me inuenerit inueniet vitã: ⁊ hauriet ſaluteꝫ a dño. ⁊ Eccli. iiij. c. dꝛ. Qui illaꝫ diligit: diligit vitã. ⁊ q̃ vigilauerint ad illã complectent̃ placorẽ eius. q̃ tenuerint illam vitã hereditabũt. et q̃ ſuierint ei: obſequentes erũt ſancto. ⁊ eos q̃ diligũt illã diligit deꝰ. De cuius virginis natiuitate iterum tres cõſiderationes faciemus.

*Virga vigilãs*

Prima dicet̃ deſcriptionis.
Secũda cõtrariationis.
Tertia ꝟo appellabit̃ expoſitionis.

Pars prima huius ſmonis que dicit̃ deſcriptionis.

q Uia vt ſuꝑdictũ eſt Matthẽꝰ p̃mo ſui euãgelij. ca. ⁊ Luc. iij. deſcripſit genealogiã xp̃i. ⁊ ꝑ ꝯñs etiã beate ꝟginis: q̃ri põt vtrũ cõgrue ⁊ bñ deſcribi potuit? Et p̃mo videt̃ ꝙ nõ. qꝛ Eſa. liij. dꝛ generatõeꝫ eius q̃s enarrabit? quaſi dicat nullus. Inſuper vt ex Ioſephi dictis colligimꝰ in. vij. lib. antiquitatũ. ⁊ Beda etiã idẽ refert in ſua chronica. Cũ oẽs generatões hebreorũ in arcinis tẽpli ſecretioribꝰ ſeruarent̃: herodes alienigena oẽs iuſſit incendi vt ſic ſua ignobilitas iudeis minus cõtemptibil' eẽt Quḋ igit̃ Mattheus elapſis annis iam ferme q̃draginta a deletione libroꝝ hmõi euangeliũ ſcribẽs potuit hanc genealogiã agnoſcere. Ad p̃mũ obiectũ rñdet Hiero. ſuꝑ Mat. dicẽs. In Eſa. legimꝰ generationẽ eius q̃s enarrabit? Nõ ẽ putemꝰ euangeliſtã ꝓphete eſſe contrariũ vt quod ille impoſſibile dixit affatu; hic enarrare

*A Utrum genealogia Marie ſit bñ deſcripta.*



incipiat. qꝛ ibi de generatõe diuinitatis. h̃ de incarnatiõis eſt dictũ. Hec ille. Uerũtñ contra iſtã rñſionẽ pleriqꝫ inducũt ſniam Leonis pape in ſmone de natiuitate xp̃i: vbi ait. In dño noſtro ieſu xp̃o nõ ſolũ ad diuinã ſed etiã ad hũanã ſpectat naturã. quod dictũ eſt ꝑ ꝓphetã. generatiõeꝫ eius q̃s enarrabit. Igit̃ nec generatio tẽꝑalis xp̃i ſꝫ carnẽ eſt explicabilis. Ad qḋ rñdet̃ ex doctrina beati thome ĩ. iij. ꝑte ſumme. q. xxxj. ꝙ verba iſta intelligunt̃ de modo incarnatõis q̃ ineffabilis eſt. qḋ ex verbis ſequẽtibus ipſius leonis pape cõcluditur. Inq̃t nãqꝫ. Utranqꝫ eñ naturã in vnã cõueniſſe ꝑſonã niſi fides credat ſermo non explicat. Ad aliud ꝟo quod obiectũ eſt de cõbuſtione librorũ in q̃bus deſcripta erat origo nobilis iudeoꝝ. rñdet Nico. de lyra ſuꝑ Mat. ꝙ matthẽꝰ habuit ꝑ reuelatõeꝫ qḋ nõ habuit ꝑ ſcripturã. Unde apoſtoli ⁊ euãgeliſte nõ minꝰ fuerũt illuminati: imo magis de myſterijs xp̃i q̃ pr̃iarche ⁊ antiqui ꝓphete. Quidã tñ dicũt ꝙ nõ oẽs illi libri combuſti fuerũt. cũ et domi ꝯſuarent̃ a multis. Alij quoqꝫ memorie mãdauerãt que de hmõi nobilitate didicerãt a ꝑauis. Nã eſdras ſcriba vt refert Iſiḋ. ĩ li. vj. ethymol'. Incẽſam legẽ a chaldeis: dum iudei regreſſi fuiſſent in hierl'm diuino afflatus ſpũſancto reparauit cũcta legis ⁊ ꝓpharũ volumina que fuerãt a gẽtibus corrupta correxit. quãto magis xp̃i generationem retexere potuerũt Mat. ⁊ Luc. qui ſpiritũſanctũ cuꝫ alijs apl'is in linguis igneis deſcendentẽ acceperũt.

Pars ſecũda huius ſmonis que dicit̃ contrariationis.

B c Ontra hanc deſcriptionẽ natiuitatis xp̃i ⁊ beate ꝟginis põt opponi dupl'r. p̃mã oppoſitõeꝫ ⁊ cõtrariationeꝫ refert ⁊ ſoluit Hiero. ſuꝑ Mat. dicẽs. Querat diligens lector ⁊ dicat. cũ ioſeph nõ ſit pr̃ dñi ſaluatoris quid ꝑtinet ad dñm ordo deductus vſqꝫ ad ioſeph? Cui reſpõdebimus primũ nõ eſſe ꝯſuetudinis ſcripturarũ vt mulieꝝ in generatõibꝰ ordo texat̃. Deinde ex vna tribu fuiſſe ioſeph ⁊ mariã. Unde et ex lege eam accipe cogebat̃ vt ꝓpinquam. hec ille. Mulier eñ nõ poterat nubere cũ viro alterius tribus qñ ad ip̃am ꝑtinebat hereditas paterna. vt patet Num. xxxvj. Btã aũt virgo maria fuit vnica Ioachim patri ſuo. ⁊ ideo cogebat̃ ex lege viro ſue tribus nubere. Et ꝓpter hoc etiã iuit cũ ioſeph in Bethleẽ ciuitatẽ dauid vt ꝓfiteret̃ cuꝫ eo vt ſcribit̃ Luce. ij. Et ideo Hiero. vbi. ſ. h̃ cõfirmans addit. ꝓpter hoc ſimul cenſent̃ in bethleẽ. vt de vna videlꝫ ſtirpe generati ideo eos ſimul oportebat imꝑialẽ cenſum ꝓfiteri in bethleẽ ciuitate eoruꝫ. Hec ille. Et idem Damaſcenus inq̃t dicẽs. Ioſeph eñ iuſtus exiſtẽs ⁊ ex dauid ſtirpe deſcendens non deſpõſaſſet beatã virginem niſi fuiſſet de tribu iuda et de familia Dauid.

Si aũt querat̃ quare vt dicit Hiero. et Damaſce. ſacra ſcriptura nõ cõſueuit genealogizare mulieres ſicut viros? Rñdet Albertus magnꝰ in lib. ſuꝑ Miſſus eſt. ꝙ ꝓpter plures cauſas. Prima quia ſexus feminẽꝰ eſt indignior ⁊ virilis dignior. l. j. ff. de ſena. ⁊ hoc eſt ꝓpter p̃ncipalitatẽ generãdi quia virilis gñat in femineo. Secũda qꝛ ſexus femine eſt natura poſterior p̃us eñ formatus eſt Adã: poſtea Eua: et ip̃a de coſta eius. ⁊ ideo qui p̃or eſt tempe potior eſt in iure. l. potior. ff. qui potiores in pignore habeant̃. l. diuerſis tempibus. C. eo. titu. ⁊. l. quotiẽs. ff. de vſufruc. Tertia cauſa eſt: quia culpa p̃or fuit in femina q̃ in maſculo. vir eñ cecidit per feminã: ⁊ non femina per virũ. c. Adam. xxxiij. q. v.

*Quare non genealogizat̃ ꝑ femias*

Quarta qꝛ mulier ẽ infirmior ⁊ ad op̃a infirmitatis ⁊ fragilitatꝭ ꝓcliuior. eſt eniꝫ ſexus femĩe debilioris rõnis ⁊ ꝟtutis corporalis q̃ virilis. ⁊ iſta notant̃ in. l. ſi fuerit. §. fi. ⁊ in. l. qui duos. §. ſi maritus. vbi glo. ff. de rebus du. ⁊. l. qui teſtamento. §. mulier. vbi glo. ait ꝙ mulier eſt fragilis ⁊ corruptibilis. ff. de teſta. Et ꝙ mulier ſit indignior ⁊ infirmior viro eſt textꝰ in. l. in mlt'q̃. cũ gl. ibi. ff. de ſta. ho. ⁊ in. l. femĩe. cuꝫ glo. ff. de regu. iur. Et ꝓpter iſtas cauſas mulier eſt ſubdita viro ⁊ inferior eo. c. adã et. c. mulierẽ. ⁊. c. mulier. xxxiij. q. v. Item mulier nupta efficit̃ de familia ⁊ domicilio viri. l. fi. §. itẽ reſcripſerũt. ff. ad muni. Iteꝫ dicit̃ eſſe in poteſtate viri. vt ait gl. ĩ §. fi. Inſti. ad ſena. cõ. tertu. Item mulier debet defendi a viro ⁊ nõ vir a muliere. et hoc ꝓpter fragilitatẽ ⁊ debilitatẽ. §. cõtra aũt. Inſti. de iniurijs. Ideo apoſtolꝰ. j. ad Timoth. ij. inquit. mulier cũ ſilẽtio diſcat cũ omni ſubiectõe. docere aũt mulieri non ꝑmitto neqꝫ dñari in virũ: ſed eſſe in ſilentio. quia autẽ beata virgo exempta fuit ab

*Mulier ẽ debilior viro*

omni defectu et maledictione muliebri: ideo ipa genealogiaꝛ: ſed per ſpōſum ſuū eius genealogia deſcribiꝛ: ad demōſtratione dignitatis ꝛ eminētie ei⁹. ꝛ pfunde humilitatꝭ. vt ait Albert⁹ vbi. ſ. dignitas eñ eius declaraꝛ dum ipa ſola inter oēs feminas in ſacra ſcriptura genealogiaꝛ. dr eñ ꝙ oīe ſingulare ꝛ rarū pcioſuȝ eſt. §. gnraciꝗȝ. vbi glo. etiā notat in auꝛ. de coſu. coꝛ. iiij. humilitas ꝟo eius oſtendiꝛ dum p aliū ei⁹ genealogia demonſtraꝛ.

Cōcordia iuri um

Scdā cōtrarietas eſt in hac deſcriptione. Nam Mattheus dicit ꝙ Jacob genuit Joſeph viruȝ Marie. Lucas aūt dicit Joſeph fuiſſe filiū Heli. Verū quia prōptuȝ eſt iura iuribus cōcordare. l. j. C. de inoffi. do. ꝛ. §. fi. in auꝛ. de exhi. re. Iteȝ quia in iure vna cōcordia atꝗȝ cōſonātia eſt aduerſario nemine cōſtituto. l. j. §. nulla itaꝗȝ. C. de vete. iur. enucle. ꝛ. §. qbus. in pma conſti. co. ꝛ nullū in iure cōtrariū reperiꝛ. ſi qs diuerſitatis rōnes ſubtili aīo excutiet: ſꝫ ē aliqd noui inuentū vel occulte poſitū qꝺ diſſonantie querelā diſſoluit ꝛ aliā naturā inducit diſcordie fines effugientē. l. ij. §. contrariū. C. de vete. iu. enu. Ideo huic cōtrarietati reſpōdet Augu. in li. de ꝯſenſu euāgeliſtarū dicēs.

De genealogia xpi ꝛ marie

Tres cauſe occurrūt quorū aliquā euāgeliſta ſecutus eſt. Unus enim euāgeliſta prēm Joſeph a quo genitus eſt noīauit. Alter ꝟo vel auū maternū vel aliquē de cognatis maiorib⁹ poſuit. aut vn⁹ erat Joſeph naturalis pater. Alter ꝟo euȝ adoptauerat in filiū. Aut more iudeoruȝ cū ſine filijs vnus deceſſiſſet eius vxorem ppinquus accipiēs filiū quē genuit ppinquo mortuo deputauit. Hec ille. Et hec cā vltima eſt verior ſm beatū Tho. in tertia parte ſumme. q. xxxj. ꝛ Hiero. ſup Mat. hāc cauſam aſſignās dicit ſup illa verba. Jacob aūt genuit Joſeph. hoc loco obijcit nobis Julian⁹ auguſt⁹ diſſonantiā euāgeliſtarū. Cur euāgeliſta Matthe⁹ ioſeph filiū dixerit Jacob: ꝛ Lucas eum filiū appellauerit Heli: nō intelligēs conſuetudinem ſcripturarū ꝙ alter ſm naturā alter ſm legē ei pater ſit. ſcimus eñ hoc p moyſen dño iubente pceptū. vt ſi frater aut ppinquus abſꝗȝ liberis mortu⁹ fuerit alius eius accipiat vxorē ad ſuſcitādū ſemē fratris vꝉ ppinqui ſui. Sup hoc Affricanus tꝑorū ſcriptor ꝛ Euſebius ceſarieñſis in libris diaphoniarū euangeliorū plenius diſputarūt. Hec ille. Dicit ergo African⁹ ꝛ Euſebius ceſarieñſis in eccl'iaſtica hyſtoria: ꝙ Mathan ꝛ Mathath deſcēderunt a Dauid: ſed diuerſimode. nā Mathan deſcendit per lineā Salomonis: vt deſcribit Mat. Mathath ꝟo per lineam Nathan qui fuit etiam filius Dauid. vt deſcribit Luc. Iſti aūt duo diuerſis tempibus ſucceſſiue de vna eadēꝗȝ vxore Eſta nomine filios procrearūt: de Mathan natus eſt Jacob vt dicit Mattheus. de Mathath aūt Heli vt inquit Lucas. Heli ergo ꝛ Jacob fuerūt fratres vterini a diuerſis patribus geniti. Heli aūt accepta vxore mortu⁹ eſt ſine ſemine. ꝛ ideo Jacob fraꝛ eius accepit vxorē fratris ſui vt ei ſuſcitaret ſemē ſicut pceptū erat a dño p Moyſen. Deuꝛ. xxv. Ex qua vxore genuit Joſeph. ita ꝙ Joſeph fuit fili⁹ naturalis ipius Jacob. ꝛ ſic accepit eū in genealogia Mattheus ꝛ fuit legalis filius leui. ꝛ ſic accepit eū Lucas. nā filius q modo pdicto naſcebaꝛ ſm naturā erat filius generātis. ſm autē legem erat filius defuncti. ꝛ hoc etiā dicit Damaſcenus lib. iiij. c. vj. Quare nō eſt mirandū ſi aliter xpi genealogiā ſcribit Matthe⁹ ꝙ Lucas: cum vterꝗȝ pferat veritatē. naȝ et ſi multa noīa: vel alia dicat Lucas que tacet Mattheus. illud eſt ſm Augu. vbi. ſ. quia Mattheus in chriſto regiā inſtituerat inſinuare perſonā. Lucas aūt ſacerdotaleȝ. Quare Matthe⁹ explicat illos qui regia corona fuerūt decorati. Lucas autē illos quib⁹ dignitas ſacerdotalis fuit conceſſa. Mattheus poſuit carnales patres. Lucas ꝟo ſpūales. Matthe⁹ deſcribit genealogiā chriſti deſcēdēdo ab Abraam et Dauid vſꝗȝ ad Joſeph. Ex eo ꝙ declarare intēdebat aſſumptionē nrē hūanitatis a deo. Lucas aūt pgreſſus eſt aſcēdendo a Joſeph vſꝗȝ ad deū: quia deſcribit redēptionem noſtrā in deū que fit per gratiaȝ adoptionis. ꝛ ſic diſtingue tempa cauſas et pſonas ꝛ cōcordabis ſcripturas. c. non debet. de cōſang. ꝛ affini. c. fi. de tranſla. c. ſuper eo. d homi. ꝛ. l. apud antiquos. vbi glo. C. de furtis.

Si aūt queraꝛ cuȝ oēs aſcēdentes alicuius appellenꝛ parētes ei⁹ vt diciꝛ in. l. liberoꝝ. ff. de verboꝝ ſigni. et l. quiꝗȝ litigandi. ff. de in ius voc. vt etiaȝ inquit Hieronym⁹ ſuper Danielē. multiꝗȝ fuerint patriarche ꝛ reges a qbus deſcendit chriſtus. quare tm̄ fili⁹ dauid ꝛ abraaȝ

Quare



xp̄s filius Dauid et Abraā dicitur

nūcupatur? Reſpōdet Hieronymus ſup Mattheū dicēs. Ideo aūt ceteris pretermiſſis horuȝ filiū nūcupauit: quia ad hos tm̄ facta eſt de chriſto repromiſſio: ad abraam inqt. In ſemine tuo bñdicenꝛ oēs gētes. ad Dauid. De fructu vētris tui ponaȝ ſup ſedem meā. Hec ille. Dauid ergo fuit pncipalior inter reges. ꝛ Abraā inter patriarchas. ꝛ ideo qr a priori ꝛ digniori debet fieri denoīatio. §. ſi quotiēs. iuncto. §. fi. Inſti. de iure. na. gen. ꝛ ciui. denoīatus fuit filius Abraaȝ: quia pₒr fuit in ordine patriarcharū. facit. l. quotiēs. ff. de vſufr. Item qr erat antiquior. ar. in. l. ſemp. ff. de iure immu. filius quoꝗȝ Dauid appellaꝛ: qr ceteris fuit dignior ꝛ ſanctior. ar. in. d. §. ſi quotiēs. pponiꝛ aūt Dauid ipi abrae lꝫ fuerit tpe poſterior ppter eminentiā regie dignitaꝛ. Nō eñ eſt abſurdū iuniores ſeniorib⁹ anteferri in pſulatu ꝛ dignitatibus ob eoꝝ ꝟtutes. §. ordinatōe. in auꝛ. d mona. col. j. ꝛ ibi glo. in ꝟbo tp̄s. ꝛ glo. in l. j. C. de decu. li. x. facit glo. in. l. gallus. ff. de libe. ꝛ poſthu. in pn. ibi quāto iuniores tanto pſpicaciores.

Pars tertia huius ſmonis que dicitur expoſitionis.

Quo ad tertiā partē hui⁹ ſmonis. quia inqt Matthe⁹. j. ſui euangelij. c. qꝺ legitur in miſſa natiuitaꝺ ꝟginis. ſcȝ liber generationis ieſu xpi. Exponendū videꝛ qre ipa dei genitrix dicaꝛ liber.

Maria dr liber ratione materie

Et reſpondeo ꝙ triplici de cauſa. ſ. rōne materie: ſcripture: ꝛ clauſure. Primo rōne materie. libri eñ notabiles fiūt de pgameno quo ad materiā ſeu chartā. Hec aūt charta vt ſit bona debet eē ſine carnoſitate ꝛ abſꝗȝ aqoſitate ſeu humiditate ꝛ abſꝗȝ ſupfluitate ſeu piloſitate. Sic itaꝗȝ fuit hec charta nitidiſſima beate ꝟginis q nō habuit carnoſitatē pcti originalis. nec aquoſitateȝ ſeu humiditatē pcti actualis mortalis. nec piloſitatē ſeu ſupfluitatē pcti venialꝭ. vt diffuſe pbatū eſt. ſ. in pma parte hui⁹ operis. Poſſum⁹ etiā exponere ſm quoſdā doctores ꝙ beata ꝟgo nō habuit carnoſitatem luxurie. nec aquoſitatē ſupbie. humiditas eñ nimia facit inflare. ꝛ ydropiſim gñat. nō etiā habuit ſupfluitatē auaricie q ſupflua cōgregat ꝛ retinet. Antiqtus aūt materia libroꝝ fiebat de cortice arboris ſubtiliori q eſt medi⁹ inter corticē groſſuȝ exteriorem ꝛ lignū. Qui cortex medi⁹ ꝛ ſubtiꝉ dr liber. vnde a tali materia liber eſt dict⁹. ꝛ ego oculis pprijs vidi ſcpturas antiqſſimas in tali materia factas: q materia bñ ꝯgruit btē marie. quia facta eſt media ſeu mediatrix inter deū ꝛ hoīes. ppter qꝺ canit eccl'ia. mediatrix hoīm. ablutrixꝗȝ criminū pctōꝝ vēia. Et iō pctōres diſcordes ꝛ inimici dei facti ppter offenſam vt recōcilienꝛ ei: debēt ad iſtū librū ꝛ ad mediatricem hāc recurrere. Nā ſicut ipa mediante ſedata eſt lis q erat inter deū ꝛ hoīes. ita etiā p ipam terminanꝛ qōnes inꝛ hoīes ꝛ diabolū.

Exēplū

Patet exemplo qꝺ legiꝛ in miraculis beate ꝟginis de illo pctōre magno q in viſione ductus eſt ad iudiciū dei. vbi p multas allegatōes diabol⁹ pbabat eū eſſe ſuū. ſed ſemp p btām ꝟgine ſapicꝛ rñdētē fuit ſupatus. nouiſſime aūt allegauit diabolus ꝯtra eū ꝙ plura erant illi⁹ mala ꝙ bona. Cū ergo ad pceptū iudicis appēderenꝛ in ſtatera bona ꝛ mala ei⁹. ꝛ ſtatera ad ſiniſtrā partē in q mala erāt ppōderaret. ſubito ꝟgo gl'ioſa manuȝ appoſuit ad partē ſtatere in qua erāt pauca bona ꝛ traxit eā ad terrā. ꝛ ſic preponderauit alteri. Tūc diabolus ꝯfuſus abſceſſit. ꝛ ille euigilās vitā ſuā in meli⁹ cōmutauit.

E Rōne ſcpture

Scdō beata maria dr liber rōne ſcripture. In libris eñ contineꝛ ſapīa deſcripta. ꝛ ipa cōtinuit in ſe diuinam ſapiam. i. xp̄m qui eſt ſapiētia dei patris. Scriptura enim libri nihil eſt aliud ꝙ verbū incarnatū. i. chartā incorporatū. ꝛ repſentat verbū dei incarnatū in ꝟgine. Unde ipa dicere poteſt illud ps. xliiij. Eructauit cor meū verbum bonū. Ideo deus pr̄ ꝛ filius dixerūt ſpiritui ſancto cui⁹ opere cōceptus eſt xp̄s illꝺ Eſa. viij. Sume tibi librū grandē et ſcribe in eo ſtilo hoīs. Liber iſte grādis fuit btā maria q continuit in ſe xp̄m. in quo vt ait apoſtolus ad Colꝛ. ij. ſunt oēs theſauri ſapientie ꝛ ſciētie dei. ſcriptor aūt hui⁹ libri fuit optimus ſcȝ ſpūſſanctus qui oīum eſt artifex omnē habens virtutem. Sapie. j. In hoc libro poſſunt et debent oēs legere et ſeruare in eo cōtenta. Eſt eñ ille liber de quo ſcriptum eſt Eſa. xxix. Dabiꝛ liber neſcienti lr̄as. quilibet enim idiota poteſt in eo legere. Iſte eſt liber quem pcepit deus ſeruari in latere arche. Deuꝛ. xxxj. id ē in latere mētis noſtre p deuotionē. ꝛ ideo de indeuotis ipſis bñdicte ꝟginis: poteſt di-

ei illud p̄s.lxviij. deleant de libro viuētiū. O igit dulciſſima virgo fac ex tua ſolita pietate vt de nob̄ ꝟificet illō p̄s.cxxxviij. et in libro tuo oēs ſcribentur. De te enim dici poteſt illud Ecc̄i.xxiiij. hic ē liber vite. et illud Dañ.xij. Saluabit oīs q̄ inuentus fuerit ſcriptꝰ in libro vite. Omnes igitur debemus ſemꝑ in mente deſcriptā habere vitā beate ꝟginis ⁊ illam imitari: quia in ea inueniemus oīs ꝓbitatis exēpla. vt ait Ambroſius in libro de ꝟginibus. Naʒ de hoc libro dici poteſt illud Baruch.iiij. hic liber mandatoꝝ dei.

F
Ratiõe clauſu-re

Tertio dicit beata virgo liber rōne clauſure. libri em̄ habent ſua clauſoria vel ſigilla. Ipſa aūt dici pōt liber ille de quo Apoc̄.v. ait Johēs euangeliſta. Vidi in dexterā dei ſedentis ſuper thronuʒ librū ſcriptū intus ⁊ foris: ſignatuʒ ſeptē ſigillis. Iſte liber fuit btā maria que fuit in dextera dei.i. in eiꝰ p̄deſtiatiōe ⁊ p̄electione cunctoꝝ. Nam ip̄a dei predeſtinatio d̄r liber vite. vt ait Aug.xx. de ciuitate dei.c.xiiij. ⁊ Alex. de ales in.iij. parte ſum. in tractatu de li. vite. ⁊ beatus Tho. in p̄ma parte ſum.q.xxiiij.ar.j. ꝓpter talē ergo ſingularē p̄electionē ac p̄deſtinatōeʒ poteſt dicere ip̄a ꝟgo b̄ndicta illud Eccl̄i xxiiij. Ego ex ore altiſſimi ꝓdij p̄mogēita ante oēm creaturā. Et illud p̄s.xxxix. In capite libri ſcriptū eſt de me vt facerē voluntatē tuā. deus meus volui ⁊ legeʒ tuā in medio cordis mei. Iſte quoqꝫ liber btē ꝟgīs eſt ſcriptus lr̄is aureis intus ⁊ foris quia in aīa fuit plenꝰ habitibus ſanctitatꝫ. et in corꝑe ac in exteriori cōuerſatione refulſit actibus ꝟtuoſis. ſignatꝰ ꝟo ē ſepteʒ ſigillis.i. ſeptē ſp̄uſſancti donis. Quia ꝟo hunc librū.i. beatā ꝟginem cōpoſuit deus ⁊ tradidit legendū nō ſolū iudeis: ẜ oībus hoīuʒ generibus vſqꝫ in finē mūdi ꝑcreandis. Ideo ip̄a dei genitrix dicere pōt illud Eccl̄i.xxiiij. Memoria mea in generatiōe ſeculoꝝ.

H
Ip̄a eſt liber generatio nis ſaluãdoꝝ

Hec aūt benedicta ꝟgo nō tm̄ eſt liber generatōis ieſu xp̄i filij dei: ẜ etiā eſt liber generatiōis omniū ſaluandoruʒ. Et ideo merito dicere poſſumus oēs illud quod ſcriptū eſt Act.xvij. ſcʒ Ipſius etem̄ genus ſumus. Beata etem̄ ꝟgo maria eſt mater noſtra. Imꝑator enīʒ celeſtis dn̄s Jeſus in throno crucis reſidēs per edituʒ ſuo ore ꝓlatū matrē ſuā Johāni dedit in matreʒ dicens illi vt habet Joh.xix. Ecce mater tua. verū q2 Johānes interpretat̄ī quo eſt gr̄a. in quocūqꝫ eſt dei gratia illius mater eſt ꝟgo benedicta. Ideo Anſelmus in quodā ẜmone inquit. Mater dei facta eſt mr̄ noſtra. vnde de ip̄a d̄r Eſa. vltimo. parturijt ſyon filios ſuos. Que verba exponit Albertus magnꝰ vbi.ſ. de illa que nos in fide ⁊ bonis oꝑibus generauit. Ideo b̄n dicit Luce.ij. ꝙ ipſa peperit filiū ſuū primogenitū. ergo habet filios ſcd̄o genitos. quia p̄mus dicit̄ reſpectu ſecūdi.l.q̄ duos. in p̄mo r̄nſo.ff. de rebus du. Conſtat aurē ꝙ nō habuit carnales. Et iō intelligit̄ de ſp̄ualibus.

Cura filiorum.

Sicut ergo mr̄ habet magnam curam de filijs educādis maxime infra triēnniū quo tp̄e ad hoc neceſſitat̄.l.ij.C. de infan. expo.l. penul. vbi glo.C. de pa. poteſta. ⁊.l.fi.ff. vbi pup. educ. dʒ. ita btā ꝟgo de nobis ſollicitā curā gerit. Unde ip̄a dicere poteſt illud Eſa.xlix. nūquid obliuiſci poteſt pater infantuli vt nō miſereat̄ filio vteri ſui. Et ſi illa oblita fuerit ego nō obliuiſcar tui. Quis aūt amor patris ad filiuʒ ſit ſolidior. amor tm̄ matris erga illum eſt tenerior. tum q2 mulier naturalr̄ ē magis benigna ꝙ vir. vt d̄r.viij. de aīalibus. tum quia mr̄ eſt magis certa ip̄m eſſe ſuū filiū ꝙ pater.l. quia ſemꝑ.ff. de in ius vo. ꝓpt̄ maiorē ergo benignitatē matris paruulꝰ magis recurrit ad ip̄am ꝓ his que vult ꝙ ad patreʒ. facit textus in aut. vt ſine prohibi. ma. debitri. coll.vij.§. quia ꝟo. el primo. qui dicit ꝙ amor matris erga filios naturaliter eſt pius. quāta ergo eſt huius matris noſtre erga nos filios ſuos benignitas: que omnes vt ad ip̄am currant in neceſſitatibus ſuis inuitat. dicēs illud Eccleſiaſtici.xxiiij. Tranſite ad me om̄es qui cōcupiſcitis me et a generationibus meis adimplemini. Et ibidē etiam inquit. Ego mater pulchre dilectōnis: timoris: ⁊ magnitudinis: ⁊ ſancte ſpei. Hec eſt mat̄ cūctorū viuentiū figurata per Euā Geneſ.ij. Ideo ſi vis illam eſſe tibi bonā matrem eſto illi bonus filius ſeruans conſiliuʒ ſapientis Prouerbioꝝ.j. vbi ait. Ne dimittas legē matris tue. honora illaʒ ſi vis ab ipſa honorari et in bonis ditari. q̄a vt inquit ſapiens Ecc̄i.iij.c. Sicut qui theſaurizat. ita qui honorificat matrem ſuam.

P
Inue... hit ʒ i... honori... tes ca...

Ecōtra ꝟo de malis q̄ inhonorāt ⁊ vilipendūt beatā ꝟginē eā blaſphemātes. dici pōt illud Eccl̄i.iij. Maledictꝰ eſt a deo q̄ exaſperat matrē. ⁊ Prouer.xv. ſcp̄tū eſt.



Stultus hō deſpicit matrē ſuā. O gēs ꝑdita ⁊ ſceleratiſſima que hāc tam piā tāqꝫ gratioſam matrē virginē.ſ. b̄ndictā a qua ꝯtinue tot recipit b̄ñficia maledicit ⁊ blaſphemijs vituperat: ꝑfecto ipſa de iſtis maledictis ⁊ iniquiſſimis filijs cōqueritur per p̄s. dicēs. Retribuebāt mihi mala pro bonis ⁊ odiū ꝓ dilectione mea. Nos ꝟo boni filij erga ipſam pijſſimā virginē. rogemus illā cantātes dulciter illud qd̄ canit eccl̄ia in officio eiuſdē ꝟginis dicēs. Mōſtra te eſſe matrē: ſumat per te p̄ces: qui ꝓ nobis natus tulit eſſe tuus. Virgo ſingularis inter om̄es mitis: nos culpis ſolutos: mites fac ⁊ caſtos. Vitā preſta puram: iter para tutum: vt videntes ieſum: ſemper colletemur. Amen.

De eadē celeberrima ꝟginis natiuitate. Sermo tertius.

I
C

Onſurget virga de iſrael. Numeri.xxiiij. In ꝟbis ꝓpoſitis inſpirāte deo Balaam ꝓphetauit de ꝟgine b̄ndicta quaʒ naſcituram viderat de ſemine iſrael. ⁊ ideo ſubiūgit de ꝑtāte eius ⁊ qualiter deſtruere debebat regnū diaboli dicēs. Et ꝑcutiet duces Moab vaſtabitqꝫ oēs filios ſeth. ⁊ erit idumea poſſeſſio eius. De hac etiā btē ꝟginis dominatione ſuꝑ malignos ſp̄ūs ꝓphetauit Dauid p̄s.cix. Loquēs filio dei ⁊ dicens. Virgā ꝟtutis tue emittet dn̄s ex ſyō dn̄are in medio inimicoꝝ tuoꝝ. Fuit q̄ʒ beata ꝟgo figurata per virgā in qua Moyſes fecit ꝓdigia magna. Exo.iiij. ⁊ per quā demergi fecit pharaonē cū exercitu ſuo in mari rubro. Exo.xiiij. ideo vnicuiqꝫ noſtrū inq̄t deus illud Exo.iiij. Sume virgam in manu tua.i. deuotionē beate ꝟginis habeas ſemper in corde. hec aūt virga diuina.ſ. ꝟgo benedicta recta fuit ꝑ intētionis puritatē. vn̄ p̄s.xliij. inquit Dauid. Sedes tua deus in ſeculū ſeculi: ꝟga directiōis ꝟga regni tui. Ipſa em̄ fuit ſedes dei: quia in ea ſꝑ requieuit. vn̄ ip̄a inq̄t Ecc̄i.xxiiij. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Fuit etiā ꝟga directiōis: q2 oꝑa ſua ſemꝑ in deū direxit: fuit q̄ʒ regni dei: q2 per ipſam deus regnū ſuū qd̄ diabolus vſurpauerat acq̄ſiuit. ip̄a aūt virga ꝙuis fuerit recta quātū ad deuʒ per rectā intētionem. fuit tm̄ ⁊ eſt flexibilis quātū ad nos per cōpaſſionē. Nam modo

Maria virga moyſi

Virga directio nis

flectitur ad iuſtos ip̄etrādo eis gr̄am. mō flectit̄ ad morietes expellēdo ab eis hoſtis fallaciā. Modo flectit̄ ad iā mortuos animas eoꝝ deducēdo ad gl̄iam. Mō flectit̄ ad tribulatos: exhibēdo eis cōſolationem ſuā. vn̄ figurata fuit ꝑ virgā Jonathe: i cuius ſummitate guſtauit mel: ⁊ illuminati ſunt oculi eiꝰ.j. Reg.xiiij.

K
Virga Aaron

De hac ꝟga in figurā ſcriptū eſt Numeri.xvij. Germinauit virga Aaron in domo Leui: ⁊ turgentibus gēmis eruperūt flores: q̄ folijs dilatat̄ in amigdalas deformati ſunt. De quo Amb. in ẜmone de natiuitate ꝟginis inquit. Accepte ſunt a Moyſe ſcō ſingule virge de ſingulis tribubꝰ iſrael noībus eaꝝ inſcripte iubēte dn̄o ⁊ poſite in tabernaculuʒ eius. inter quas vna que fuerat Aaron ſequēti die germinaſſe: floruiſſe: frōduiſſe ac peperiſſe amigdalas reꝑitur. ſciēs ergo dominus h̄ opus ſuū eſſe magni myſterij iuſſit ſeruari virgā ad monumētū. monebantur em̄ filij iſrael p̄ñtia virge q̄rere ſollicite q̄d ſignificaret tā mirabile factū. ſicut enīʒ illa virga ſine quolibet nature adminiculo fructificauit. ita ꝟgo maria ſine ꝯiugali opere filiū ꝓcreauit. Filiū ſane ꝑ florē deſignatū ꝓpter ſpeciē ⁊ ꝑ fructū ꝓpter vtilitatē. eſt em̄ ſpecioſus forma pre filijs hoīum. et vitalis refectio nō ſolū hoīum: ẜ etiā angeloꝝ. hec ille. Fructꝰ aūt huius ꝟge fuit amigdala q̄ ẜm Aug. ſignificat xp̄ʒ. q2 ſicut in amigdala ſunt tria.ſ. exterior pellis fragilis: ⁊ intus nucleus dulcis: in medio ꝟo teſta fortis. Ita in xp̄o tres ſunt ſub̄e.ſ. caro exterior que habuit infirmitatem. Diuinitas interior in ſe hn̄s oēm dulcedinem. Et aīa ſcā q̄ circa oēs paſſiōes habuit fortitudinē. Quis aūt ꝟga hec fuerit multū gracilis: tm̄ fructū portauit q̄ totū genus humanū ſatiauit. imo q̄ totū mundū ſuo robore ſuſtētauit. In paſſiōe em̄ xp̄i fracte fuerūt colūne mūdi. ⁊ iſta ꝟgo totū ſuſtētauit mūdū. Hec eſt illa virga hn̄s i ſummitate ſua ſtimulū quo demōes tāqꝫ boues vrgent̄ ⁊ effugātur. Ideo pōt dici de ipſa illud Ecc̄i xxxviij. Stimulo boues agitat. hʒ q̄qꝫ hamū quo diabolꝰ tāqꝫ piſcis ꝺceptꝰ ⁊ captus fuit ab ea. vn̄ illi cōuenire pōt illud qd̄ ſcriptū eſt Job.iiij.c. in oculis eiꝰ quaſi hō capies eū: ⁊ extrahere poteris leuiathan hamo: ⁊ fune ligabis linguā eiꝰ. ⁊ pones circulū in naribꝰ eiꝰ: hʒ q̄ʒ in ſummitate ſua h̄ ꝟga laqueū ad capiēdū demōes tāqꝫ aues

vñ illi pōt dici illud Job. xviij. Miſit in rete pedes ſuos, ⁊ tenebit plantā eiꝰ laqueo.

Uſus virge

Notādū ꝙ̄ ꝙ ſicut vſus virge eſt ad dominij oſtēſionē: q2 ea vtūtur reges ⁊ principes ac plati. vñ in ſacra ſcriptura ponitur quãq3 virga ꝓ imperio. c. in calice. de conſe. di. ij. Ita btā ꝟgo data eſt nobis tãq3 dña ⁊ regina, vñ illi canit eccl'ia. O glo'ſa dña ⁊c̄. Itē ſicut virga vtimur ad defenſionem ⁊ percuſſionē, c. diſciplina. xlv. di. ſicut faciunt bellatores. Ita beata ꝟgo data eſt nobis a deo ad defenſionē noſtrā ⁊ ꝑcuſſionē demonū. Vñ dr̄ Eſa. xxx. A voce dñi pauebit aſſur virga ꝑcuſſus. Sicut etiā vtimur virga ad directionē ſicut faciunt paſtores ad dirigēdū greges ſuos. Et ſacerdotes ad regulādū ſubditos ſuos. c. in calice. de conſe. di. ij. Ita data nobis eſt btā ꝟgo vt nos in pñti vita regat ⁊ ad paſcua eterna deducat. Ideo deus pater inqt filio illud Michee. v. Paſce pplz tuū ꝟga tua. Et ps. ij. iterū inqt. Reges eos in ꝟga ferrea. eſt ei virga ferrea demonibꝰ effugādis. Iō ſubditur: ⁊ tãq3 vas figuli ꝯfringes eos. Sicut etiā ꝟga vtimur ad ſuſtētationē ſic faciūt debiles ⁊ infirmi. Ita nobis data eſt beata ꝟgo vt noſtrā infirmitatē ſuſtētet. Iō qlibet afflictꝰ ad auxiliū eiꝰ recurrēs ⁊ ꝯſolationē recipiēs. pōt dicere deo illud ps. xxij. Virga tua ⁊ baculus tuus ipſa me cōſolata ſunt. trāſumptiue i. c. diſciplina. xlv. di. De cuius digniſſime ꝟginis ortu tres cōſiderationes iterū faciemus.

Prima dicetur creationis.

Scđa p̄renūciationis.

Tertia ꝟo appellabitur exultationis.

Prima pars huiꝰ ſmōis q̄ dr̄ creatiōis.

Z i

In creatiōe mūdi oſtēdit deꝰ creationē btē ꝟginis ac parētū eiꝰ. Iō ipſa dicere pōt illud Ecci. xxiiij. memoria mea i gñatiōe ſeculoꝝ. ⁊ illud Gen. ij. Iſte ſunt gñatiōes celi ⁊ terre. pōt exponere. i. parētū meoꝝ.

laudat parētes Marie

Dū g̊ inqt Moyſes Gen. j. In pncipio creauit deꝰ celū ⁊ terrā. figuraliter exponēdū eſt. i. Ioachiꝫ patrē ꝟginis ⁊ Annā matrē eiꝰ. oīa em̄ i figurā cōtingebāt illis. vt ait aplus. j. ad Coꝛ. x. Sicut ergo celū nobilius eſt terra: ita pfectior eſt pater. q2 eſt pncipiū actiuū ꝙ mr̄ que eſt pncipiū paſſiuū. Et iō deſcribit priꝰ celū factū ⁊ poſtea terra. celū aūt dr̄ Ioachim pr̄ eiꝰ. q2 celeſtē. i. ꝟtuoſaꝫ habuit cōuerſationē. Sic em̄ celū eſt luminoſuꝫ: ita ⁊ ipſe fuit illuminatꝰ lumine grē: ⁊ doctrie legis diuine. Et ſicut celū eſt purū ⁊ liberū ab omni corruptiōe vt dr̄ in pmo de celo ⁊ mūdo. ita Ioachim caſtꝰ ⁊ mūdus fuit: ſeruās fidē vxori. ac nō miſcēs ſe cū alia muliere vt filios haberet cū vxor eſſet ſterilis. Celū ꝙ̄ dat pluuiā abūdāter tpe ſuo ⁊ Ioachim vt viſum eſt ſermone. j. huiꝰ partis parte vltima. dabat abūdāter elemoſynas paupibus. Terra aūt ſignificat annā. nā ſicut terra eſt infimū elemētoꝝ ⁊ ſubijcit influētie celi. ita ipſa humilis erat ⁊ ſubiecta in gubernatiōe domus viro ſuo ſicut eē debebat ſm̄ diſpoſitionē iuris. vt in. c. mulierē. xxxiij. q. v. terra ſtabilis eſt in eternū. vt ait Salomō Eccs. j. Et anna ſtabilis conſtās ⁊ fortis fuit in ſua ſterilitate ⁊ nō turbulēta: vel murmurās ꝯ deū: eo ꝙ filios ei nō daret ſicut multe mulieres faciūt murmurantes ꝙ nō habeant qꝺ eis nociuum eſſet. Vñ Ualerius maximus ait. Plerūq3 id votis expoſcimus qꝺ nō obtinuiſſe melius foret. oratur importune a mulieribus infecūdis ꝓ filijs habēdis qui habiti aliqñ ſunt cā perditionis parentū. Sicut etiā terra atterit multꝭ modis ⁊ ſcindit ad fructificandū. ita ⁊ Anna ieiunijs: vigilijs: ⁊ alijs modis caſtigabat corpꝰ ſuū vt ſubditū eſſet rōni. Terra g̊ vt ſubdit in eodē. ſ. Geneſ. c. erat inanis ⁊ vacua. q2 anna erat ſterilis ⁊ infecūda vt maius inde appareret miraculū ⁊ magnificētia ex fecūditate ei collata. Et tenebre erāt ſup faciē abyſſi. i. tenebre afflictionis ⁊ cōfuſionis erāt ſup facieꝫ ipſiꝰ Anne ⁊ mariti ſui: q2 tãq3 maledicti reputabātur ſteriles fructū gñationis nō faciētes. ⁊ pudor eſt feminis nuptiaꝝ premiū nō habere ꝓpter qꝺ primo inſtitutuꝫ eſt matrimoniū. c. pudor. xxxij. q. ij. vñ Iuuenalis ſatira. iij. inqt. Preterea tormētū ingēs nubētibus heret. ꝙ nequeāt parere ⁊ partu retinere maritos. priuant em̄ ſteriles maximo munere mulierū qꝺ eſt parere ⁊ partū cōſeruare. l. querit. in pncipio. ff. de edili. edicto. Quia g̊ vt in ſmone pdicto patuit Ioachim ad offerendū deo in tēplū accedens cū magno improperio eſt reiectus. vñ domū pre cōfuſione redire noluit: propter qꝺ Anna viri ſui ſolatio deſtituta cū lachrymis deū exorabat ꝓ reuerſione viri ſui, ⁊ remotione huiꝰ opprobrij. Iō ſubdit. ⁊ ſpūs dñi ferebatur ſup aqs. ſ. lachrymaꝝ eius ad cōſolandū eā ⁊ exaudiēdū votū eiꝰ.



vñ ſequitur. Dixit ꝟo deus. fiat lux. i. virgo bñdicta. cuiꝰ vita glo'ſa lucē dedit ſeculo. vt canit eccl'ia. Et facta eſt lux. i. maria tota lucida ac ſine originali pctō. Iō ſubdit. ⁊ diuiſit lucē a tenebris. Et hec facta fuit prima die. i. in primo grē tpe. Et ſicut illiꝰ lucis creatio ſolis creationē pceſſit. et ſm ſniam Petri lōbardi in. ij. ſniaꝝ. di. xiij. Ex ipſa corpus veri ſolis formatū eſt. Sic ortus btē ꝟginis veri ſolis. i. xpi formationē pceſſit. ⁊ ex ipſa ipſe ſol iuſticie formatꝰ eſt iō ipa inqt Ecci. xxiiij. Ego feci in celis vt oriretur lumē indeficiēs.

M

Maria celū ſydereum

Pōt etiā aliter exponi qꝺ ſupradictū eſt de celo ⁊ terra creata: vt ꝑ vtrūq3 figuret virgo maria diuerſis reſpectibꝰ. Primo em̄ dr̄ celū ſydereū triplici de cā. ſ. ꝓpter ornatū: motuꝫ: ⁊ effectū. Primo rōne ornatus. Sicut enim celū ſydereū eſt ornatū varietate ſtellarū. ſic Maria diuerſitate ꝟtutuꝫ. Iō dr̄ Ecci. xliij. ſpēs celi. i. ꝟginis Marie, glia ſtellarū. i. glo'ſa varietas ꝟtutū. Scđo dr̄ celuꝫ ſydereū rōne motus. q2 ſicut celū ſydereuꝫ oēs inferiores celos ſecū qtidie circūducit. ſic Maria oēs ſanctos ad intercedēduꝫ ꝓ nobis ſecū adducit. motor iſtiꝰ celi eſt deꝰ. qui inqt Aggei. ij. Mouebo celū ⁊ terraꝫ ⁊ veniet deſideratus cūctis gētibꝰ. Ipſa ergo beata ꝟgo tali motu agitata mouetur ad deū per feruentē amorē. eſt em̄ rota dei de qua dr̄ Ezech. j. Quocunq3 ibat ſpūs illuc eūte ſpū ⁊ rote pariter eleuabātur ſeqntes eū. ſpūs em̄ dñi erat i rotis. Mouetur etiā ad nos ꝑ cōpaſſionem. Vñ canit eccl'ia. Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. mouetur ꝙ̄ ad filiū ipm̄ ꝓ nob̄ exorando. mouet ad angelos ipſos ad noſtrū miniſteriū dirigendo. mouet ad btōs illos vt ꝓ nobis orēt exhortādo. Et iō de ipſa dici pōt illud Sap. vij. Oibus em̄ mobilibus mobilior eſt. Tertio dr̄ celū ſydereū ratiōe effectꝰ. Nā ſicut mediāte celo iſto ſydereo ⁊ ſuis luminaribꝰ terra fecūdat ⁊ in fructibꝰ multiplicat atq3 in auro ⁊ argēto ac lapidibus pcioſis. Ita ꝟgo maria totā eccl'iaꝫ illuſtrat ſuis exemplis ⁊ fecūdat ſpūſſancti donis, ⁊ fructificare facit opibus bonis et locupletat ꝟtutibꝰ pcioſis, ⁊ iō ipſi tãq3 ſydereo celo dici pōt illud ps. lxiiij. Viſitaſti terrā ⁊ inebriaſti eā: multiplicaſti locupletare eā.

Maria celū cryſtallinū

Scđo beata ꝟgo dr̄ celū cryſtallinū qꝺ factū eſt de aquis q̄ ſup celos ſunt in modum cryſtalli ſolidate; aque em̄ ſunt cogitationes ⁊ affectiones humane que in nobis ſunt fluxibiles: ſed in beata virgine fuerūt ſolide. i. in bono ꝯfirmate. Vñ Ber. in ſermōe de natiuitate ꝟginis inqt. Neq3 em̄ feſtiuis laudibꝰ natiuitas eius celebraretur ſi nō ſancta naſceret. i. in bono confirmata. Iſte etiā aque fuerunt trāſpentes ⁊ lucide, q2 ꝑ illas dei gliam intuebatur ⁊ cōtēplabatur. iuxta illud. ij. ad Coꝛ. iij. Nos aūt reuelata facie gliam dñi ſpeculātes ⁊c̄.

Tertio dr̄ celū empyreum triplici de cā. Primo ꝓpter ineffabilē claritatē. ſicut em̄ illud celū eſt lucidiſſimū: ita ipſa tota lucet ⁊ ſplēdoribꝰ plena eſt. Vñ Apoc. xij. dr̄. Signū magnum apparuit in celo mulier amicta ſole ⁊ luna ſub pedibus eius ⁊ in capite eius corona ſtellaꝝ duodecim. Quia g̊ eſt lucida a pte inferiori. iō dr̄ ꝙ luna eſt ſub pedibꝰ eiꝰ. ⁊ q2 eſt clara a pte ſupiori. iō dr̄ ꝙ in capite eiꝰ erat corona ſtellarū duodecim. ⁊ q2 erat reſplēdens a pte medij. iō dr̄ amicta ſole. Scđo dr̄ celū empyreū ꝓpter capacitatē. ſicut em̄ nō pōt excogitari aliquis locꝰ maioris capacitatis ꝙ celū empyreū: ſic nec aliqua creatura pōt inueniri maioris charitatis ꝙ̄ maria, que fuit tante capacitatis vt habitatio dei facta ſit et deū in vtero ſuo portauerit. Vñ canit eccleſia. Tu quē celi capere nō poterāt. tuo gremio cōtuliſti. Tertio dr̄ celū empyreū propter ſublimitatē. ſicut em̄ illud celū eſt ſublimius oibus alijs: ſic ipa eſt ſublimior omnibus creaturis. vnde de ipſa pōt dici illud ps. viij. Eleuata eſt magnificētia tua ſup celos. ſ. nō ſolū materiales: ſi etiā rōnales ⁊ intellectuales. ſ. ſcōs oēs ⁊ angelos. ꝟgo igitur bñdicta eſt illud celū de quo inqt deꝰ Eſa. lxvj. Celuꝫ mihi ſedes eſt. Et Job. xlj. Oia que ſub celo ſunt mea ſunt. de hoc celo pulcherrimo egreſſus eſt deus. Unde canit Dauid ps. xviij. A ſummo celo egreſſio eius ⁊ occurſus eius vſq3 ad ſummū eiꝰ. Et hoc eſt qꝺ inqt apl's. j. ad Cor. xv. Primus hō de terra terrenus. Scđs hō de celo celeſtis. Altitudinē aūt huiꝰ celi ⁊ eiꝰ excellentiā nō pōt humanus animus perſcrutari. Unde Sap. ix. ait Salomō. Que in celis ſunt quis inueſtigabit: quaſi dicat nullus.

Maria celū empyreuꝫ.

Dr̄ etiā terra ipſa ꝟgo bñdicta. Primo q2 licꝫ terra oīum elementoꝝ ſit infima eſt tñ pre oibus elemētis magis ornata. ſic btā ꝟgo pre oibus ſcīs fuit magis infima per humilitatem: ſed tñ magis ornata

Maria terra

per ꝟtutū varietatē. īfimā ſe vocabat Lu. j. dicēs. Reſpexit humilitatē ancille ſue. Sꝫ ꝟtutibꝰ ornatā ſe oſtēdebat dicēs Eccī. xxiiij. In me gr̄a oīs vite ⁊ ꝟtutis. Hec eſt illa terra quā viſitauit deus ⁊ oībus ꝟtutibꝰ ornauit. Cui inquit pſ. Viſitaſti terram ⁊ inebriaſti eā ⁊c. Scḋo dr̄ terra: qr lꝫ terra videatᷣ in ſuꝑficie deſpecta: intus tn̄ ꝯtinet p̄cioſa: aurū. ſ. ⁊ argētū ac lapides p̄cioſos ſic btā virgo videbatᷣ exteriꝰ deſpecta ⁊ tn̄ intus cōtinebat celeſtē theſaurū. ſ. dei filiū. Ideo de ipſa inqt Dauid pſ. xxxij. Omnis gl'ia eius filie regis ab intus. Tertio dr̄ terra qr lꝫ terra ſit multipliciter attrita eſt tn̄ firmiter ſtabilita. Sic btā ꝟgo lꝫ fuerit attrita in xp̄i paſſiōe ꝑ dolorē: ſicut ei p̄dictū fuerat Lu. ij. ꝑ Symonē dicētē, ⁊ tuā ipſiꝰ aiam ꝑtrāſibit gladiꝰ: tn̄ fuit fortis per cōſtantē fidē. Iō Eccs. j. dr̄. Gn̄atio p̄terit ⁊ gn̄atio aduenit: terra ꝟo in eternū ſtat. nā gn̄atio multoꝝ preterijt a fide xp̄i. gn̄atio aūt latronis ⁊ cēturionis venit ad fidē. terra ꝟo. i. ꝟgo Maria in eternū ſtetit: qr fidem ſemꝑ ſeruauit. Ipſa ḡ bn̄dicta mater dei eſt terra bona: bono ſemine ſeminata: fecūda ⁊ ad germinādū apta.

Q Terra bona

Primo eſt terra bona. Bona eñ terra cognoſcitur ſꝫ Virgiliū. ij. Georgicoꝝ. j. per colorē. quia nigredo atteſtatᷣ bonitati terre. Vn̄ cōiter dicitᷣ. La terra negra falo bono formento. Ipa aūt virgo habuit nigredinē humilitatis. vn̄ ipſa inquit Cañ. j. Nigra ſum ſꝫ formoſa. Hō qui diutius ſtat ad feruorē ſolis efficitur niger ⁊ decoloratus. Cū igitᷣ xp̄s qui eſt verus ſol nouē mēſibus in vtero virginis fuerit. nō eſt mirū ſi ipſam nigram ⁊ humilē fecit ⁊ ipſaꝫ ab omni colore mūdano decolorauit. Ideo ipſa dicit Cañ. j. Nolite me cōſiderare ꝙ fuſca ſim: quia decolorauit me ſol. Scḋo cognoſcitᷣ bona terra per ſaporē. qr ſi gleba terre aqua ſpargatᷣ: ⁊ ad guſtuꝫ ponatᷣ: ſi eſt dulcis eſt bona: ſi eſt ſalſa eſt mala. Vnde Virgilius vbi ſupra ait. Salſa aūt tellus ⁊ que ꝓhibentur amara. Frugibꝰ infelix. Beata aūt ꝟgo fuit dulcis ⁊ ſuauis. Vn̄ Cañ. vj. ait illi celeſtis ſpōſus. pulchra es amica mea: ſuauis ⁊ decora. Et Ber. in quodā ſermōe inquit. Quid ad Mariā accedere trepidas humana fragilitas? nihil auſterū in ea reperies. nihil terribile. tota ſuauis eſt: ⁊ oībus oīa facta eſt: ⁊ oībꝰ miē ſinum aperit vt de plenitudine eius accipiāt vniuerſi.

P Terra ſeminata

Secūdo principaliter dico ꝙ beata ꝟgo fuit terra bono ſemine ſeminata. Naꝫ deus in agro vteri ſui ſeminauit ſemē eternū antiquū ⁊ nouū. i. diuinitatē ſuā que eſt eterna carnē filij ſui que eſt antiqua. i. ab Adam producta. ⁊ aiam eius q̄ de nouo fuit creata. De his tribꝰ ſeminibꝰ tanꝙ ex tribus farinis factus eſt ille panis celeſtis. qui inqt Ioh. vj. Ego ſum panis viuus qui de celo deſcēdi. Iſtud ſignificatū ē Geñ. xviij vbi Abraam. i. deus pater dixit Sare. i. ꝟgini Marie. Accelera tria ſata farine cōmiſce. ⁊ fac ſubcinericios panes. Tūc eñ ſara. i. virgo Maria tria ſata farine cōmiſcuit. qñ xp̄m exiſtētē in his tribꝰ ſubſtātijs de ſuis viſceribus generauit.

Q Terra fecūda.

Tertio dico ꝙ iſta terra fuit fecūda. bona eñ terra generat fructū triceſimū. melior ſexageſimuꝫ. optima cēteſimū. vt habetᷣ Matt. xiij. ⁊ Mar. iiij. Iſtuꝫ aūt triplicē fructum terra ꝟginalis pertulit. ipſa enim fuit nupta ⁊ ſic ꝓtulit fructū triceſimū. fuit vidua ⁊ ſic ꝓtulit fructū ſexageſimū. fuitqꝫ ꝟgo ꝟginū ⁊ ſic ꝓtulit fructū cēteſimū. de q̄ dr̄ Geñ. xxvj. ſeminauit Iſaac. i. deus in terra illa. id eſt in ꝟgine maria ⁊ inuenit centuplū. hec igitur bn̄dicta ꝟgo figurata fuit in illa terra optima ⁊ fructifera fluēs lacte et melle quā ꝓmiſit deus pp̄lo ſuo. Exo. iij. Hec eſt illa terra bona hn̄s irriguū ſuperius ⁊ inferius quā caleph. i. deus dedit filie ſue. i. eccleſie in dotē ꝓ peculiari poſſeſſiōe. Ioſue xv.

R Terra germinans

Quarto dico ꝙ iſta terra eſt ad germinādum apta. de qua Eſa. xlv. dr̄. apiatᷣ terra ⁊ germinet ſaluatorē. Hec eſt illa terra de qua dixit deus Geñ. j. Germinet terra herbā virentē ⁊ facientē ſemen: ⁊ lignū pomiferū faciēs fructū iuxta genus ſuum. Cuius ſemē in ſemetipſo ſit ſuꝑ terrā. ipſa eñ beata virgo germinauit herbā virenteꝫ ſanctaꝝ cogitationū ⁊ meditationum ⁊ flores feruentiū deſiderioꝝ ⁊ fructus ꝑfectaꝝ operationū. ⁊ lignū vite in medio paradiſi. eius qꝫ ſemen remāſit ſuꝑ terrā. ſ. exteriorum exēploꝝ iuxta que alij poſſint fructificare ꝑ imitationē. Hec eſt illa terra de qua inquit Dauid. pſ. lxxxiiij. Dn̄s dabit benignitatē: ⁊ terra noſtra dabit fructuꝫ ſuū. ſ. ſaluatorē mūdi. Et hoc eſt qḋ predictū fuit Eſa. iiij. vbi dr̄ fructus terre ſublimis. De hac etiā terra intellexit ideꝫ pſ. duꝫ de deo ait. operatus eſt ſalutem in medio terre. ſ. virginis gl'ioſe. Hec eſt illa terra in qua de



bemus operari per deuotionē. qr vt inquit ſapiēs Prou. xij. q̄ operatᷣ terrā ſuā ſaturabitur panibꝰ. i. ꝯſolationibꝰ ſpūalibꝰ. Ideo vnicuiqꝫ noſtrū inqt Moyſes Deut. viij. Bn̄dicas dn̄o deo tuo ꝓ terra optima quā dedit tibi. Hec inquā eſt illa terra bn̄dicta quā deus oium gr̄aꝝ ſuaꝝ ꝓfluuio irrigauit. de qua intelligi pōt illud ad Rom. vj. Terra ſepe ſuꝑ ſe venientē bibēs imbrē accipit benedictionē a deo. Hec eſt illa terra quā deꝰ ſua habitatiōe illuſtrauit. de q̄ Eſa. vj. dr̄. ⁊ plena erat oīs terra maieſtate eiꝰ. Hec eſt illa terra de qua ſapiens Prou. iij. inqt. Dn̄s ſapiētia fundauit terrā. Hec eſt illa terra q̄ peperit eternā ⁊ ineffabilē veritatē. ſꝫm illud pſ. lxxxiiij. Veritas de terra orta eſt. Hec eſt illa terra quā bn̄dixit deꝰ. Cui inqt Dauid in p̄dicto pſ. Benedixiſti dn̄e terrā tuā.

S

Poteſt etiaꝫ exponi illud. In p̄ncipio creauit deꝰ celū ⁊ terrā: vt per celū qḋ incorruptibile eſt intelligatᷣ aīa virginis q̄ a deo creata ab omni pctō fuit incorrupta. ⁊ ꝑ terrā intelligatᷣ eiꝰ corpꝰ mortale a parētibꝰ ꝓpagatū. ⁊ ſꝫm h̄ exponi poteſt illud Prou. xxv. Celū ſurſum: ⁊ terra deorſuꝫ. Qr ꝟo vtrūqꝫ hoꝝ excellētiori mō deus cōdidit ꝙ vnꝙ aliquā creaturā ⁊ ꝙ primū celū ⁊ primā terram. Iō h̄ in ſpū vidēs Ioh. euāgeliſta inqt Apoc. xxj. Vidi celū nouū ⁊ terrā nouā. Et qr beata ꝟgo non ſolū in aīa. ſed etiā in corꝑe fuit btificata ⁊ gr̄a dei plena. Ideo inqt deus Hiere. xxij. Celū ⁊ terrā ego impleo.

Pars ſecūda huius ſermonis que dicitᷣ prenūciationis

I i

Nquit Ber. in ep̄la ad lugdunēſes. Qḋ paucis mortaliū eſt cōceſſum fas nō eſt credere tante ꝟgini fuiſſe denegatū. quo preſuppoſito ꝙ natiuitas btē ꝟginis debuerit p̄nūciari. pꝫ ſi attēdatur p̄eminētia ipſius ꝟginis ad illos qui fuerūt prenūciati.

Maria debuit prenunciari

Nā per angelū fuit nūciatꝰ matri iſmael. vt habetᷣ Geñ. xvj. Et Iſaac patri ⁊ matri Geneſ. xviij. ⁊ Samſon vtriqꝫ parēti. Primo matri cui dixit angelus Iudi. xiij. Sterilis es ⁊ abſqꝫ liberis: ſed cōcipies et paries filiū ⁊c. Scḋo fuit annūciatus p̄ri ſuo Manue. Iudi. xiiij. Ioſias qꝫ ꝑ ꝓphetā fuit p̄nūciatus. iij. Reg. xiij. Iacob q̄ꝫ ⁊ Eſau fuerūt prenūciati diuino oraculo. Geneſ. xxv. ⁊ Ioh. patri ſuo Lu. j. Si ergo iſti fuerūt prenūciati: nō eſt dubitanduꝫ quin etiā beata virgo fuerit prenūciata. q̄ fortior eſſe debebat Samſone in ꝓſternēdo hoſtes inferiores. Sublimior Iſaac in meditatiōe ⁊ ꝯtēplatione. Iſmaele fecūdior. qr ⁊ ſi ille duodecim p̄ncipes generauit Geneſ. xviij. Maria per filiū totū mūdum ad vitā gratie ꝑduxit. Feruētior in obſeruatione mādatoꝝ Ioſia. ⁊ immunior Iacob ab omni pctō: ac Iohe ſanctior. ⁊ omni ꝟtute fecūdior. Debuit ḡ vt inquit Anſelmus in li. de cōcep. virgi. c. ij. prenūciari ꝑ angeluꝫ ſicut ⁊ factū fuit. Dicitᷣ in li. de infantia ſaluatoris. Si eñ deus cōſueuit mittere angelum pro minoribꝰ negocijs. ſicut Thobie Raphaelē ad curationē infirmitatꝫ. Thobie. xij. Et Gabrielē ad liberationē captiuoꝝ. Danielis. ix. ⁊ Michaelē ad expugnādum inimicos Apoc. xij. Multo magis congruū fuit prenūciari natiuitatē ꝟginis bn̄dicte. que conceptura erat illuꝫ q̄ veniebat curare infirmitates. liberare captiuos: et hoſtes expugnare. qui dixit Eſa. lxj. Spūs dn̄i ſuꝑ me vt mederer cōtritos corde ⁊ p̄dicarē captiuis indulgentiā ⁊ dieꝫ vltionis deo noſtro.

Quis angelꝰ prenunciauit

Si aūt queratᷣ quis angelꝰ fuerit iſte qui patri ⁊ matri btē ꝟginis annūciauit eius natiuitatē? Rn̄det magiſter Bartholomeus piſanus in lib. beate virginis. fructu. vj. ꝙ lꝫ ſcriptura ſacra de h̄ expreſſaꝫ nō faciat mentionē. tn̄ cōiter tenetᷣ ꝙ fuit Gabriel angelus vel alius ei equalis. qr ſi ipſe Gabriel ortū Iohis annunciauit. Lu. j. a fortiori credēdū eſt eū annūciaſſe ortū Marie.

U

Nō ſolū aūt deus fecit nūciari natiuitatē ꝟginis patri ⁊ matri eius: ſed etiā ꝑ multa tēpora ante fecit illiꝰ ortuꝫ predici etiā a gētilibꝰ. vt fuerūt Sybille. et alij de quibꝰ plene ſatis dixi in prima parte roſarij ſmonū. ſer. xiiij. ꝑte. vj. Predixit etiā de illa magnus inter aſtrologos Albumaſar. lib. viij. introductorij in aſtrologia. cuius dicta pertrāſeo cā breuitatis. Voluit qꝫ deus ſue matris natiuitatē ꝑ ſuos ꝓphetas prenūciari. Si eniꝫ vt ſcriptum eſt Amos. iij. nō faciet dn̄s verbū niſi prius reuelauerit ſecretū ſuū ad ſeruos ſuos ꝓphetas. ꝑfecto credēdū eſt ꝙ nō fecerit hanc virginē naſci quin priꝰ excellētia eiꝰ annunciauerit ꝓphetꝭ ſuis. Iō Iob. xxvij. dr̄. In manibꝰ abſcōdit lucem ⁊ de ea annūciauit amico ſuo. Qua ex re cōſiderādū eſt q̄ntuꝫ exultauerint ſcī ꝓphete cū intellexerūt ꝟginē debere naſci. ꝑ cuius partū erāt ab eter

Quō fu na dānatiōe liberādi. De ipſa ꝙ oēs ꝓphe⸗
it ꝓnun te ꝑdixerūt. Et ꝑmo ꝙ deberet deſcendere
ciata de ſemine Dauid. q: xps ab ea natꝰ fuit de
ſemīe Dauid ſm carnē, vt ait apl's ad Ro
ma. j. Prophetauit Eſaias. xj. ſui li. c. di.
Egredieꝛ ꝟga de radice ieſſe ⁊c̄. Scd̄o ꝙ
appellareꝛ Maria: ꝑdixit Moyſes Geñ.
j. di. Cōgregationes aꝙ aquaꝝ appellauit
maria. Cōgregatis eñ oībus gratijs ſcōꝝ
in vnū locuꝫ. ſ. in aīam ꝟginis. appellauit
eā Mariā. i. mare gratiaꝝ. Oīa eñ flumi
na intrāt mare ⁊ mare nō redūdat. Eccī. j.
i. oēs gratie intrāt in Mariā ⁊ tñ ipſa non
redūdat in ſupbiā. ⁊ dr̄ Maria media pro
ducta nō correpta q: ſp aucta eſt in ꝟtuti⸗
bus. ⁊ h̄ dixit ſanctꝰ Bernardinꝰ in ſermōe
ſcd̄o de noīe ꝟginis addēs. Redūdat tñ in
nos mare largitaꝗ diuine, q: de plenitudi⸗
ne eiꝰ accepimꝰ oēs, in pn̄ti grām ⁊ in futu⸗
ro glīaꝫ. Tertio ꝙ deberet cōcipi ſine origi
nali pctō: pphetauit Dauid ps. xlv. di. Ad
iuuabit eā deꝰ mane diluculo. i. in ꝑmo iſtā
ti cōceptiōis. ne ꝑ pctm̄ corrūpaꝛ. Quarto
ꝙ deberet impleri ſpūſancto ⁊ ſanctificari.
ꝓphetauit Dauid ps. xlv. dicēs. Fluminis
impetꝰ letificat ciuitatē dei: ſcificauit taber
naculū ſuū altiſſimus. Quinto ꝙ de nati⸗
X uitate eiꝰ letari deberet pater eiꝰ iuſtꝰ ⁊ ti⸗
mens deū, ⁊ alij ꝙplures. maxime fideles
⁊ deuoti. Prophetauit idē Dauid ps. xc⸗
vj. dicēs. Lux orta eſt iuſto. ⁊ rectis corde
leticia. Sexto ꝙ deberet in tēplo pn̄tari ꝑ
phetatū fuit ꝑ figurā. ij. Paral. v. vbi dr̄.
Intulerūt arca federis dn̄i in locū ſuū. i. ad
oraculū tēpli in ſcā ſcōꝝ. Septimo ꝙ ibi de
bebat cibari hr̄ Eſa. lviij. vbi dr̄. Suſtollaꝫ
te ſuꝑ altitudinē terre: ⁊ cibabo te heredi⸗
tate Jacob patris tui. Uñ ipſa poterat di⸗
cere illud Thob. xiij. Ego cibo ⁊ potu inui
ſibili qui ab hominibus videri nō pōt vtor.
Octauo ꝙ debebat deſpōſari hr̄ in figura
Thob. viij. vbi patri btē ꝟginis dixit ange
lus. Noli timere dare illā iſti. huic ei. ſ. Jo⸗
ſeph timēti deū debetur coniunx filia tua.
Nono ꝙ de ſpūſcō debebat cōcipe ⁊ parere
filiū dei: hr̄ Eſa. vij. Ecce ꝟgo cōcipiet ⁊ pa
riet filiū: ⁊ vocabitur nomen eius emanuel
qd̄ eſt interpꝛtatū nobiſcuꝫ deꝰ. Decimo ꝙ
debebat eſſe ꝟgo in eternū: ꝓphetatuꝫ eſt
Ezech. xliiij. vbi inq̄t ꝓpheta. Uidi portaꝫ
in domo dn̄i clauſaꝫ ⁊ dixit dn̄s ad me. por
ta h̄ clauſa erit in eternū ⁊c̄. Undecimo ꝙ
de ſuis ſanguinibꝰ veſtiret deū hoīem fa⸗
ctū hr̄ Hiere. xxxj. vbi dr̄. Nouū faciet dn̄s Y
ſuꝑ terrā. femina circūdabit virū. Duodeci
mo ꝙ amari debebat a celeſti ſpōſo ꝓpter
humilitatē hr̄ i figura Geñ. xxix. vbi Lya
vxor Jacob dixit. Uidit deꝰ humilitatē me
am nūc amabit me vir meꝰ. Ipſa aūt bn̄di
cta ꝟgo inq̄t Lu. j. Reſpexit humilitatem
ancille ſue ⁊c̄. Tredecimo ꝙ viſitaret heli
zabeth ⁊ zachariā virū eiꝰ ſacerdotē in figu
ra hr̄. iiij. Re. iiij. vbi dr̄. Mulier ſunamitis
ꝑfecta venit ad helyſeū. Decimoq̄rto ꝙ cā
tare debebat cāticū: ꝑ figurā ꝓphetatū eſt
Exo. xv. vbi Maria ſoror aaron cecinit di
cēs. Cātemus dn̄o glīoſe ⁊c̄. Decimoq̄nto
ꝙ debebat mūdo edere paruulū q̄ eſſet ve
rus meſſias hr̄ Eſa. ix. vbi dr̄. Paruulus
natꝰ eſt nobis. ⁊ filiꝰ datꝰ eſt nobis. ⁊ vocabi
tur nomē eiꝰ admirabilis cōſiliariꝰ deꝰ fortꝭ
pr̄ futuri ſeculi. ꝓnceps pacꝭ. Scd̄m autem
trāſlationē caldaicā hr̄. ⁊ vocabiꝛ ꝑmanēs
in ſecula meſſias. Decimoſexto ꝙ ꝯcipiēdo
⁊ parturiēdo ipm̄ nō amitteret ꝟginitatē
hr̄ Eſa. vl. vbi dr̄. Añꝙ ꝑturiet pepit ⁊c̄.
⁊ Cañ. iiij. Hortꝰ ꝯcluſus fōs ſignatꝰ emiſ
ſiōes tue padiſus. Decioſeptīo ꝙ a magis
gētilibꝰ debebat viſitari et eiꝰ filius ab eis
adorari. hr̄ Thob. xiiij. vbi dr̄. Gaudebūt i
ea oēs reges terre adorātes dn̄m deū iſrl̄.
Decimooctauo ꝙ a paſtoribꝰ debebat viſi⸗ Z
tari. hr̄ Hiere. vj. vbi dr̄. Uenient ad paſto⸗
res ⁊c̄. Decimonono de filij ſui ad tēplū de
ductiōe. hr̄ in figura. j. Reg. j. vbi dr̄. Ad⸗
duxit puerū in domū dn̄i. Uiceſimo de filij
amiſſiōe. Thob. x. cepit ꝯtriſtari valde tp̄e
⁊ vxor eius. ⁊ ceperunt ambo ſil' flere eo ꝙ
ſtatuto tp̄e nō reuerteretꝛ filiꝰ. Uiceſimo⸗
primo de eiꝰ inuētiōe. Thob. xj. vidit mr̄ a
lōge ⁊ cognouit filiū ⁊c̄. Uiceſimoſcd̄o de
diaboli ꝓſtratiōe. Geñ. iij. inq̄t deꝰ diabolo
ipſa cōteret caput tuū. Uiceſimotertio de
vite cōmēdatiōe Judith. xv. Tu glīa hieru
ſalē. tu leticia iſrl̄. tu honorificētia ppl̄i nr̄i.
Uñ ipſa dicē poterat illud Job. xxvij. Non
rephēdit me cor meū in oī vita mea. Uiceſi
moq̄rto de eiꝰ gratioſitate. Geñ. xv. c. inq̄t
deꝰ. Suſpice celū ⁊ numera ſtellaſ ſi potes.
Qd̄ exponit, magr̄ Bartholomeꝰ piſanus
vbi. s. fructu. ij. Suſpice celū. i. mariā. ⁊ nu
mera ſtellas. i. grās ⁊ dona eiꝰ. Uñ ipſi di⸗
ci pōt illud Heſter. xv. Amabilis es tu. ⁊ fa
cies tua plena grāꝝ. Uiceſimoq̄nto de eiꝰ
exaltatiōe ſuꝑ choros āgeloꝝ. hr̄ ps. xliiij.
Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu de
aurato circūdata varietate. Uñ de illa dici
pōt illud. ij. Paral̄. xvij. Facte ſunt ei infi⸗
nite diuitie ⁊ multa glīa.

Pars tertia huiꝰ ſermonis que dicitur
exultationis.

A Ltra ea q̄ dicta ſunt in ꝑmo ſmōe
V huiꝰ ꝑtis, ꝑte tertia poſſumꝰ cōſide
rare quātū gaudiū fuerit in celo de
Gaudi ortu huiꝰ ſanctiſſime puelle. Et ꝑmo quan⸗
um de tū gauiſus fuerit Gabriel angelꝰ qñ deꝰ h̄
natiui⸗ ſecretū ei reuelauit, ⁊ miſit eū nūciū patri ⁊
tate vir matri eiꝰ. Quis enarrare valeat q̄ntas gra
ginis tias egit: ꝙ eū ad tā mirabile opus ꝑelege
rit: ꝙ celeriter ⁊ cū quāta leticia ad paren
tes ꝟginis ꝑuenit. ꝙ iocūde fuit viſus per
agmina angeloꝝ trāſire: atꝗ alijs angeliſ
reuelare. poſtea ꝟo ꝙ ꝟginis ipſiꝰ natiui⸗
tatē nūciauit rediēs ad celeſtia. ꝙ magnū
gaudiū ⁊ tripudiū factū eſt ab oībꝰ angelis
cū intellexiſſent mariā naſciturā ipſoꝝ do⸗
minā futurā, cuiꝰ fructu eoꝝ reparāda erat
ruina, hoſtiūꝗ capita cōterēda. Sed q̄d di
cemus de leticia quā in die natiuitaꝗ huiꝰ
puelle angeli fecerunt. Indubie enim vt in
q̄t magr̄ Bartholomeꝰ piſanus. vbi. s. fru⸗
ctu. x. credēdū eſt angelos natiuitati beate
ꝟginis interfuiſſe, q: omne ſil'e appetit ſibi
ſil'e, ⁊ ei cōiungiꝛ ⁊ ſociaꝛ Eccī. xiij. Q: er⸗
go totū qd̄ in Maria erat ad eoꝝ redūda⸗
bat grām ⁊ leticiā. Jō arbitror de oībꝰ bea⸗
toꝝ angeloꝝ ordinibꝰ copioſam multitudi⸗
nē de celo deſcēdiſſe q̄ ſpōſe eterni regis na
ſcēti oīs generis muſicoꝝ dulciſſimū ſoni⸗
tū faciebāt. ſuauiſſimaꝗ carmina cū melli
fluis ⁊ ineffabilibus melodijs decantabāt.
Que ipa bn̄dicta puella audiēs ⁊ itelligēs
q: vſuꝫ rōnis habebat: magnā dulcedinē ⁊
B cōſolationē ſentiebat. Quid dicemus autē
de cōſolatione quā habuerūt parentes eiꝰ:
ꝑfecto humanis nō pōt exꝑmi ꝟbis. Gau
debāt eñ ꝑmo. q: cernebant adimpletū qd̄
ꝑ angelū eis fuerat nūciatū, ſcd̄o q: de op
probrio ſterilitaꝗ erāt liberati. tertio q: ac
cedere poterāt ad tēplū ⁊ ſua munera cum
alijs offerre. q̄rto q: tā mirabili dono fue⸗
rāt ditati. Si eñ vnū paruū munuſculum
tribuit gaudiū accipiēti. c. j. §. bn̄ficiū. in q̄
bus cau. feu. amit. in vſibꝰ feu. quāto mag
tā ſingulare donū filiatiōis? Nihil nāꝗ ha
bēt parētes gratꝰ filijs q̄s magis diligūt
ꝙ ſeipſos. l. iſti q̄dē. in fi. ⁊ ibi glo. ff. qd̄ me
tus cā. l. liberoꝝ. in fi. ff. de ꝟ. ſig. ⁊ rō eſt.
q: inter patrē ⁊ filiū nō eſt dr̄ia niſi in ſolo
n oīe. l. in ſuis. ff. de libe. ⁊ poſt. O igiꝛ btā
Anna q̄ hāc bn̄dictā puellā pepiſti. dic q̄ſo
quātū dulcedinis i eiꝰ parturitiōe ꝑcepiſti
⁊ ſenſiſti. Si eñ tāta in te matre Johis fe⸗
cit dn̄s: ꝑfecto plura in matre mr̄is ſue ꝑ⸗
egit. Nōne Maria plena grā te amplꝰ gra
tificauit, ſanctificata te ſcificauit. illumina
ta te illuminauit. in grā cōfirmata te in bo
no roborauit. ad bonū inclinata te ad ꝟtu
tes inclinauit, tot angeloꝝ agminibꝰ valla
ta te delectauit. diuina dulcedine recreata
te cōſolationibꝰ repleuit: ⁊ mētē tuā ad cele
ſtia eleuauit. ſi maria ſuo aduētu ⁊ filij ex⸗
ultare fecit Johem, quāto magis tuā ani⸗
mā gaudio repleuit: O quātuꝫ intellectus
tuꝰ illuminatꝰ fuit atꝗ inflāmatꝰ affectꝰ nō
ſolū cū illa i vtero geſtabas. ſꝫ etiaꝫ poſt eiꝰ
ortū cū illā i brachijs geſtabaſ. āplexibuſꝗ
fouebas. atꝗ lacte tuo nutricbas. ſi Sara
de Iſaac, Lya de filijs. Annaꝗ de ſamue⸗
le gaudebat, ꝑfecto excellētiori iubilatiōe
tu exultrabis de filia tua meliore ac ſanctio
re. ⁊ inter oēs puellas bn̄dicta. a patribꝰ fi⸗
gurata. ⁊ a ꝓphetis ꝓnūciata. que ſpūſcō
repleta te q̄ꝫ matrē ſuam repleuit ſicut Jo
hānes ſuā genitricē. Lu. j. Sed quid di
cemus de patre eiꝰ Joachim: ꝑfecto inex⸗
cogitabili gaudio letabaꝛ. atꝗ īfinitas deo
grās exhibebat: q: tā nobilis filia ei eēt do
nata. Et q: qd̄ patribꝰ antiq̄s erat ꝓmiſſū
in ſe videbat adimpletū. Gaude igiꝛ pater
Joachiꝫ cū filiā habeas q̄ domꝰ Dauid ho
noraꝛ, ꝑficiꝛ ⁊ exaltaꝛ. Tu ꝙ cum filia tua
oīum facta imperatrice ſecure cōuoca celū
⁊ terrā ⁊ oēs creaturas vt tecū deū laudēt.
Decāta igiꝛ ſpūſctō plenus cū eadem filia
tua illud dulciſſimū canticū Luc. j. deſcri⸗
ptū dicēs. Magnificat aīa mea dn̄m ⁊c̄.
Quia fecit mihi magna q̄ potēs eſt. Si eñ
merito filij ſui Zacharias repletꝰ fuit ſpū⸗
ſancto. vt habeꝛ Lu. j. ꝑfecto ⁊ filia tua Jo
hāne generoſior. ⁊ ſpirituſancto magis re⸗
pleta te diuino ſpū repleuit ⁊ iubilare fe⸗
cit. Et tūc verificatū fuit in te illud Prou.
xxiij. Exultat gaudio pater iuſti. ⁊ qui ſapi
entē genuit letabitur in eo. Beate q̄ꝫ ꝟgini
dici poterat illud qd̄ in ꝑdicto. c. ſequiꝛ. ſcꝫ.
Gaudeat pater tuus ⁊ mater tua. ⁊ exultet
q̄ genuit te. Ad h̄ etiā applicari poteſt illud
ps. xcvj. Lux orta eſt iuſto. ſ. Joachim. ⁊
rectis corde leticia. ſ. vtriſꝗ parētibꝰ beate
ꝟginis. q̄ mirū in modū de eius natiuitate
letati ſunt. Que oīa conſiderans magiſter

Bartholomeus piſanus inquit vbi.ſ. Et
nos ꝗ gaudere in tãta ſolẽnitate debemꝰ.
Ipſa em̃ oriẽte lux orta eſt nobis cecis. in⸗
firmis medicina. ignorantibꝰ doctrina. ab
errãtibꝰ via. ꝓctõribꝰ venia: ꝓpitiatio deſpe
ratꝭ. deſolatꝭ cõfidẽtia. recꝭ corde leticia. an
gelis dña. exulibꝰ patria. portꝰ naufragãti
bus. ſcis ⁊ iuſtꝭ vt celũ aſcẽdãt ianua. porta
⁊ ſcala. Quare nos q̊s delictoꝝ cathena cõ
ſtringit. terrenoꝝ obũbrat nebula. ſua arte
diabolꝰ illudit. mũdꝰ blãdicijs allicit. ⁊ car⸗
nalis ſꝑ titillat libido. in huiꝰ alme exordio
decet gaudẽ. nõ ſolũ angeloꝝ ⁊ iuſtoꝝ exẽ⸗
plo: ſ ⁊ nr̃a vtilitate. vt eiꝰ cuiꝰ gaudioſe or
tũ celebramꝰ intercedẽtibꝰ meritꝭ triplici ho
ſte ſubacto a pctis purgati. gr̃a ⁊ ꝟtutibus
adornati ad eiꝰ felicẽ gl'iaꝫ trãſeamꝰ. Amẽ.

De eadẽ excellẽtiſſime atqꝫ pulcherrime
virginis natiuitate. Sermo quartus.

E Ideis noua lux
I oriri viſa eſt: gaudiũ: honor
⁊ tripudiũ apud oẽs popu⸗
los. vrbes atqꝫ ꝓuīcias. He
ſter. viij. Licꝫ oẽs qui ſunt
in gr̃a dei noĩe lucis nũcupent. quibꝰ inq̃t
dñs Mat. v. Uos eſtꝭ lux mũdi. Uñ Pro⸗
uerbioꝝ. iiij. dr̃. Juſtoruꝫ ſemita quaſi lux
ſplẽdens ꝓcedit ⁊ creſcit vſqꝫ ad ꝑfectum
diẽ. Et apl's. ſ. ad Theſ. v. oĩbꝰ bonis xp̃ia
nis dicit. Oẽs filij lucis eſtis. Tñ btã ꝟgo
Maria excellẽtiori mõ lucis noĩe demon⸗
ſtratur. que oẽs ſcõs claritate ꝑcellit. Uer
ba em̃ gñaliter ꝓlata debẽt verificari in ex
cellẽtiori ⁊ ſublimiori ſignificatiõe. l. ſ. §. q̃
in perpetuũ. ff. ſi ager vecti. vel emphi. pe.
cũ ibi no. Et ita intelligi põt illud Eccĩ. xx
xiij. Lux lucẽ ſuꝑat ⁊ dies diẽ. De ipſa em̃
dr̃ Sap. vij. Cãdor eſt lucis eterne: ⁊ ſpecu
lum ſine macula. Splẽdor em̃ dr̃ quantuꝫ
ad puritatẽ mẽtis: ⁊ ſpeculuꝫ ſine macula
quantũ ad honeſtatẽ carnis. Tãta em̃ erat
honeſtas iſtiꝰ ſpeculi luminoſi ꝙ ab oĩbus
inſpiciẽtibꝰ expellebat oẽs motus inhone⸗
ſtos. Uñ ipſa virgo dicere poteſt illud Job
xxix. Lux vultus mei nõ cadebat in terraꝫ.

Uerba gñalia

Maria lux

Recte aũt ipſa gl'ioſa dei mater lux voca
tur multiplici ex cauſa. Primo quia ſicut
lux hꝫ in ſuſtãtia ſua puritatẽ. ſic ipſa cla⸗
ruit ſemꝑ omnimoda puritate. Unde ĩ eo
dem. vij. Sap. c. ſubditur. Uapor eſt ei vir
tutis dei ⁊ emanatio quedã claritatꝭ eiꝰ ſin
cera. Et ideo nihil inquinatũ in ea ĩcurrit.
Scđo quia ſicut lux omnia corpora excel⸗
lit ſua dignitate. dicẽte Aug. in quodã ſer
mone. ꝙ inter om̃ia corpora lux ꝑmũ locũ
tenet. ſic beata ꝟgo oĩa creata excedit ſua
nobilitate. Ideo Sap̃. vij. dr̃ de ea. Super
oẽm diſpoſitionẽ ſtellarũ. i. angeloꝝ ⁊ ſan
ctoꝝ. luci cõparata inuenitur prior. Tertio
quia ſicut lux omnibus ſe cõicat: ⁊ mox vt
oritur per orbẽ diffunditur ſic beata virgo
omnibꝰ bñficia ſua impartitur. ⁊ ſe ad ſub⸗
ueniẽdum eis ſemꝑ exhibet paratã. Unde
Sap̃. vj. dr̃. preoccupat eos qui ſe concupi
ſcunt vt ſe prior illis oſtendat. ⁊ Eccĩ. xxi.
de implorantĩ auxiliũ eius ſcriptũ eſt. ob⸗
uiabit illi quaſi mater honorificata. Quar
to quia ſicut lux omnia clarificat ſua pul⸗
chritudine dicẽte Ambroſio in quodam ſer
mone. ꝙ lux facit vt cetera viſibilia appa⸗
reant pulchra ⁊ laude digna. Nihil em̃ vi⸗
detur niſi in lumine. vt dr̃. ij. de aĩa. Sic
beata ꝟgo ſua illuſtratiõe ⁊ illuminatione
facit oꝑa nr̃a in cõſpectu dei eſſe gratioſa
⁊ gl'ia digna. Jõ de ip̃a dici põt illud Luc.
ij. Lumẽ ad reuelationẽ gentiũ: ⁊ gl'iaꝫ ple
bis tue iſrael. Et ad hoc etiã applicari põt
illud qđ ait apl'us ad Eph. v. c. Omne qđ
manifeſtat̃ in lumine eſt. Quinto. quia
ſicut mediãte luce cernimꝰ ꝑ quã viã incede
re debeamus. ſic mediãte ꝟgine bñdicta co
gnoſcimus quo itinere ad celeſtẽ patriam
ꝑuenire valeamꝰ. Jõ ipſi dicere poſſumus
illud p̃s. xxxv. In lumine tuo videbimus lu
mẽ. In natiuitate em̃ ipſiꝰ ꝟificatũ fuit il⸗
lud Eſa. ix. Populus q̃ ſedebat in tenebris
vidit lucẽ magnã. ambulãtibꝰ in regiõe vm
bre mortis lux orta eſt eis. Deus nãqꝫ ipſi
ꝟgini naſcẽti dixit illud Eſa. xlij. dedi te in
lucẽ gentiũ vt aperias oculos cecoꝝ. Se
xto appellat̃ lux. quia ſicut lux eſt delecta⸗
bilis ad videndũ. ⁊ letũ hoĩem reddit. iuxta
illud Proũ. xv. Lux oculoꝝ letificat aĩam.
Et Eccĩ. xj. Dulce eſt lumen ⁊ delectabile
oculis videre ſolẽ. Et alibi dr̃. ꝙ lucis cla⸗
ritas maximã ⁊ delectabilẽ cõmoditatem
ꝑbet inhabitãtibꝰ domos. vt ꝓbat̃ ꝑ. l. pri
mũ. ĩ ſi. ff. ſi vſufru. pe. ⁊ in. l. ſi is q̃ binas
ff. de ꝟui. Ecõtrario ꝟo ſubtractio lucis ma
ximũ dat incõmodum incarceratꝭ. l. ſ. C. de
cuſt. re. Ita iſta ꝟgo pulcherrima q̃: vt figu
ratiue ſcp̃tũ eſt. Sap̃. vij. Fuit lux ſpecioſi
or ſole formoſitate ſua nõ ſolũ hoĩes ⁊ ãge
los ſ et ipꝫ deũ letificauit. Et ſbtractio ſue
claritatꝭ ⁊ gr̃e nob in hac valle miſerie ĩcar⸗

D

Lucis cõmoditas



ceratis maximũ diſpendiũ facit. Ideo non
ſolũ nos eiꝰ claritatẽ intueri deſideramꝰ: ſ
etiã celeſtis ſuꝰ ſpõſus hoc affectãs inquit
illi Cant. ij. c. Oſtẽde mihi faciẽ tuã ſonet
vox tua in auribꝰ meis. vox em̃ tua dulcis
⁊ facies tua decora nimis. ⁊ Cant. iiij. ite⸗
rũ ait. Quã pulchra es amica mea ꝙ̃ pul
chra es. Primo autẽ dicit pulchra. ſ. q̊ ad
corpꝰ. ſcđo idẽ replicat. ſ. q̊ ad aĩam. de qua
luce diua etiã exponi põt illud Eccl'i. xliij.
Pulchritudinẽ cãdoris eiꝰ admirabit̃ ocu
lus. Jõ bñ dr̃ in ꝟbis ꝓpoſitis. Judeis ⁊c̃.
Ip̃a em̃ fec̃ gaudiũ deo honorẽ gñi hũano
tripudiũqꝫ ãgelis in ſuo ortu. De cuiꝰ pul
chritudine tres ꝯſideratiões faciemꝰ.
Prima dicet̃ dubitationis.
Scđa confirmationis.
Tertia ꝟo declarationis.

Pars ꝑma huius ſmonis que dicit̃
dubitationis.

E P Ro expeditiõe ꝑme ꝑtis q̃rit̃.
vtruꝫ dña nr̃a pulchritudinem
corꝑalẽ habuerit: Et ꝑmo vide
tur ꝙ nõ debuerit eã hr̃e. quia
Prouer. vl. dr̃. Fallax gr̃a ⁊ vana eſt pul⸗
chritudo: ſ in btã ꝟgine mĩme fuit de va⸗
nitate. ꝗ nec puchritudo. Itẽ pulchritudo
mulierũ magna eſt occaſio mali. Uñ Eccĩ
ix. dr̃. Uirginẽ ne ꝯcupiſcas ne forte ſcan⸗
dalizeris in decore illiꝰ. Et iterũ ibidẽ. ꝓpt̃
ſpẽꝫ mulieris m̃lti ꝑierũt. Sꝫ btã ꝟgo oĩ⸗
bus dedit eẽ cã ſaluãdi. ergo nulli cã ꝑden
di. ⁊ ꝑ ꝯñs non pulchra. Itẽ quãto plures
ſunt cãe hũilitatꝭ ⁊ caſtitatꝭ atqꝫ charitatis
in aliq̃ ꝑſona: tãto maior ⁊ fortior eſt hũi⸗
litas ⁊ caſtitas atqꝫ charitas in ea. Ergo
q̃ ſummã habuit humilitatẽ caſtitatẽqꝫ et
charitatẽ. oẽs hr̃e debuit cauſas ipſarum
ꝟtutũ. Quia igit̃ vt inq̃t Ouiđ. in. ſ. de fa
ſtis. Faſtꝰ ineſt pulchris ſeq̃turqꝫ ſuperbia
formã. Uñ ⁊ Pãphilꝰ poeta ſui li. c. ij. in⸗
quit. Cõcipit ingẽtes aĩos fiducia forme.
Incqꝫ modũ dñam nõ ſinit eſſe ſuã. Eſt q̊ꝫ
formoſitas cã luxurie. iux̃ illđ Juuenal'. li.
iij. Rara eſt ꝯcordia forme. Atqꝫ pudici⸗
cie. Uñ Ouiđ in epl'is ait. lis eſt cũ forma
magna pudicitie. Itẽ eſt cã inuidie. Unde
Ouiđ. ix. methaſ̃. inq̃t. Cupit formoſa vi
deri. Et ſi q̃ eſt illic formoſior inuidet illi.
Ergo arguẽdo ꝑ locũ ab oppoſitꝭ. oppoſi⸗
toꝝ em̃ eadẽ eſt diſciplina. l. q̃ accuſare. ff.
đ accu. cũ ſi. Cũ deformitas ſit cã oppoſito
rũ. ſ. humilitatꝭ: caſtitatꝭ: ⁊ charitatꝭ que nõ
inuidet. vt dr̃. ſ. Coꝝ. xiij. videt̃ ꝙ btã ꝟgo
debuerit eẽ ⁊ fuerit deformis. Iteꝫ dñs in
incarnatõe maximã oñdit hũilitatẽ: quia
exinaniuit ſemetip̃ꝫ formã ſui accipiens.
vt ait apl'us Phil. ij. ſ maior eſt humilitas
aſſumere carnẽ de deformi ꝙ̃ de pulchra.
q: quãto remiſſius ẽ ꝑdicatũ tãto hũiliꝰ ẽ
ſuũ ſubiectũ. §. gñal'r. arguẽdo a ꝯtrario. ĩ
aut̃. de digni. coll'. vj. ergo dñs debuit na⸗
ſci de deformi. Sꝫ his nõ obſtãtibꝰ dico.
ꝙ ſicut dñs nr̃ ieſus xp̃s fuit ſpecioſus for
ma pre filijs hoĩuꝫ. vt ꝑdixit dđ p̃s. xliiij.
Ita btiſſima ꝟgo fuit pulcherria int̃ oẽs
filios ⁊ filias hoĩuꝫ. Et vt inq̃t Alber. ma
gnus ſuꝑ miſſus eſt. ip̃a habuit ſummũ in
pulchritudĩe qđ potuit eẽ ĩ corꝑe mortali
nã oꝑante. h̃ em̃ argumẽtũ eſt fortiſſimũ.
Filiꝰ pulcher: ergo mr̃ pulchra: q: natura
gignit ſibi ſiſe. ar. i. l. q̃ſqs. C. ad le. iu. ma.
vbi ait gl. ſepe ſolet filiꝰ ſil'is eẽ pr̃i. Silit̃
ſolet dici ꝙ opꝰ laudat magr̃ꝫ. Uñ inquit
Proſp in li. epigr̃mmatũ. En miris operũ
ſignis oñdit̃ actor. Actorẽqꝫ ſuũ condita
q̃qꝫ canũt. Et ꝓbat̃ hec ſnĩa. §. ſancimꝰ. in
aut̃. de mo. quẽ tex. alleg. gl. ad h̃ ꝓpoſituꝫ
in. §. cũqꝫ h̃. in ꝓemio inſti. Opꝰ ergo qđ ẽ
xp̃s eſt formoſum. ergo. b. ꝟgo ẽ formoſa
vt ſic ab effectu cã demõſtret̃. ar. c. eſtote.
de reg. iur. ibi. a fructibꝰ eoꝝ cognoſcetꝭ eos
qđ etiã habet̃ Mat. vij. Effectꝰ em̃ eſt de⸗
mõſtratiuꝰ ſue cãe. vt dr̃ in li. de cauſis. iij.
phiſic. ⁊. ſ. poſterioꝝ. Quãta aũt fuerit xp̃i
pulchritudo appꝫet ex h̃ qđ dr̃ Marc. xiiij.
ſcꝫ ꝙ iudei velauerũt faciẽ xp̃i cũ illuderẽt
ei in paſſione: ⁊ cõſpuebãt in faciẽ eiꝰ. Qđ
fecerũt ſm Hiero. q: oculi xp̃i erãt tantuꝫ
attractiui tantũqꝫ amoroſi ⁊ tantũ dulces
ꝙ nullꝰ erat ſic crudelis ip̃ꝫ aſpiciẽs quin
mãſueſceret ex aſpectu eiꝰ pulcherrimo. et
ideo nolebãt eiꝰ decorã faciẽ videre: ne eoꝝ
corda crudelia mãſueſcerẽt ex elegantia ⁊
venuſtate ip̃ius. Legit̃ q̊ꝫ de pulchritudĩe
filij btẽ ꝟginis. ꝙ tꝑibꝰ Octauiani imꝑa⸗
toris. cũ ex vniuerſis mũdi ꝑtibus illi qui
ꝑerant ꝓuincijs ſcriberẽt ſenatoribꝰ rome
nouitates q̃ occurrebãt ꝑ mundi climata.
q̃dã noĩe Lẽtulus hñs officiũ in partibus
iudee ſcripſit ſenatoribꝰ in hũc modũ. Ap⸗
paruit tꝑibꝰ iſtis hõ magne ꝟtutis noĩatꝰ
Jeſus xp̃s q̃ dr̃ a gẽtibꝰ ꝓpha veritat̃. quẽ
eius diſcipuli vocãt filiũ dei. ſuſcitãs mor
tuos ⁊ ſanãs languidos. hõ quidẽ ſtature
ꝓcere. vultu venerabilis. quem intuentes

Utrum fuerit corꝑal'r pulchra

Forma ⁊ pudicicia raro ſimul

Epl'a de pulchritudine Jeſu

poſſent diligere ⁊ formidare. Capillos ha
bēs coloris nucis auellane et pinature. et
planos fere vſq; ad aures. ab auribus ꝟo
circinos: criſpos ⁊ aliquāto ceruliores et
fulgētiores ab hūeris vētilātes. diſcrimē
hñs in medio capit̄ iux̄ morē nazareoꝝ.
frontē planā ⁊ ſereniſſimā cū facie ſua ru
ga ⁊ macula aliq̄ quā rubor moderat⁹ ve
nuſtat. naſi ⁊ oris nulla eſt proꝛſus rep̄hē
ſio. Barbā hñs copioſam ⁊ īpuberē capill'
cōcolorē: nō longā ſ; bifurcatā. Aſpectum
hñs maturū. oculis glauq̄ varijs et claris
exñtib⁹. In increpatiōe horribilis. ī admo
nitōe blādus ⁊ amabilis. hilaris ſeruata
ḡuitate. nunq̄ viſus ē ridere. flere aūt ſic.
In ſtatura corporis ꝓpagat⁹ ⁊ erect⁹. man⁹
h̄ñs ⁊ brachia in viſu delectabilia ⁊ totus
ſpecioſus forma pre filijs hoīum. hec ibi.
Ex q̄b⁹ ꝯcludit̄ matrē ip̄i⁹ fuiſſe pulcherri
F mā. Jō illi dicere poſſumus illud Heſter.
Euāgeliſte nō laudāt Mariā de eius pulchritudine.
xv. facies tua plena ē gr̄arū. Q aūt euā
geliū nihil ſcribit ſup eo p̄nt eſſe plēs cāe
ſm Alber. vbi. ſ. Una ꝙ cū dña nr̄a nobil'
poſita ſit in ſpeculū ⁊ exēplū ſaluos fiēdi.
nō eā voluit euāgeliū laudare de talibus.
quoꝝ appetit⁹ inordinat⁹ vel abuſus eſt
mult̄ cā ꝑeundi. Alia cā eſt ꝙ ſcp̄ture ſuf
ficit h̄ ꝑ locū a minori inferre. ꝙ q̄cq̄d bo
nitatis vel pulchritudīs in aliquo ſctōꝝ
fuit. h̄ in ipſa minime dubitem⁹ defuiſſe. vñ
ſcriptura magis laudat eā hoc tacite ſup
ponēdo q̄ꝟbotenꝰ explicādo. Tacēdo em̄
ꝓ reuerētia regulā nobis tradidit infalli
bilē. ꝙ q̄cq̄d boni vel laudis in alijs fuit: h̄
de ip̄a nō op̄teat dubitari. nec in q̄ſtionē
venire debeat qđ nefas eſt dubitare. vt ꝓ
bat tex. in. l. domici⁹ labeo. ff. de teſta. ⁊ ibi
glo. vbi em̄ nulla ē dubitatio ibi ſupuacua
eſt ſcriptura. l. j. in fi. ff. ad muni. facit. ff. ꝺ
capti. ⁊ poſtli. re. l. poſtliminiū. §. fin. ⁊ de
condi. inſti. l. hec ꝟba. ⁊ de vſuris. l. ſi ſtipu
latus. ⁊ de le. j. l. ſi q̄ñ q̄s. ⁊. l. ſi creditori. ⁊
de carbo. edic. l. quod labeo. ⁊ de mino. l. in
cauſe. j. rñſo. ⁊ de ꝟ. ob. l. doli. ⁊. l. ſi ſic ſti
pulat⁹. ⁊. l. ſi dari. ⁊. C. de iur. de. l. j. et de
theſau. l. j. ⁊ arbi. tu. l. cū interdicte. Item
ſicut angeli ſūnt a donis melioꝛib⁹ laudā
tur ⁊ denoiant̄ ⁊ nō ab inferioꝛib⁹ q̄ tñ in
ip̄is eē nō dubitant̄. Ita ⁊ btā ꝟgo donis
nobiliſſimis ſpūalib⁹ ⁊ gratuit̄ pleniſſima
ita occupat ⁊ implet aīas laudātiū ⁊ euāge
liſtarū ꝙ obliuiſcūt̄ bonoꝝ corꝑaliū atq;
illa p̄tereunt. Itē euāgeliū magis reſpicit

ſpiritualia. lex autem vet⁹ plus corꝑalia.
ꝓpꝛiū ē ergo euāgelij de gratuit̄ laudare.
veteris aūt teſtamēti corꝑalia cōmēdare.
Ideoq; dña noſtra in veteri teſtamēto de
pulchritudine corꝑali cōmēdat̄ ꝑ figuras
In teſtamēto aūt nouo de ſpūali ꝑfectiōe
per angelos ⁊ euangeliſtas. Raro em̄ vel
nuſq̄ in nouo teſtamēto inuenit̄ ꝙ aliq̄s
de corꝑali pulchritudie cōmēdet̄. h̄ Alber.
vbi. ſ. Nō obſtat mō qđ obiectuꝫ fuit de
B
Solutio argumentoꝝ.
vāitate pl'chritudīs corꝑalis. q; ī ea auc̄te
Salomō nō appellauit pulchritudinē va
nā q; ſit mala de ſe. ſ; q; caduca eſt ⁊ parū
durabilis ſicut ⁊ alia trāſitoria. iuxta illđ
Saluſtij in catilinario. Natura diuitiarū
⁊ forme gl'ia fluxa atq; fragilis eſt. Unde
Señ. in ypolito inq̄t: res eſt forma fugax.
et Ouiđ. xv. metham. Nec ſpēs ſua cuiq;
manet ⁊c. ⁊. iij. de triſtib⁹. Iſta decēs faci
Pulchritudo trāſit
es lōgis viciabit̄ ānis. Rugaq; in ātiqua
frōte ſenil' erit. Cūq; aliq̄s dicet. fuit hec
formoſa dolebis. Et ſpeculū mendax eſſe
q̄rere tuū. Et Calphurni⁹ in bucoliq̄ dicit.
Non hec ſemꝑ eris ꝑdunt ⁊ gramina flo
res ⁊c. Et ideo Uirgili⁹ in bucoliq̄ ait. O
formoſe puer nimiū ne crede colori. Alba
liguſtra cadūt vaccinia nig̃ legunt̄. Oīa
ergo tꝑalia caduca ſunt ⁊ vana. de q̄b⁹ idē
Salomō inq̄t Eccs. j. Uanitas vanitatū
⁊ oīa vanitas. Ip̄a em̄ pulchritudo amit
tit̄. iux̄ illud Ouiđ. in li. de medicamīe fa
ciei. Formā populabit̄ etas. Et placid⁹ ru
gis vultus arat⁹ erit. Et idē in. ij. de arte
amādi ait. Forma bonū fragile ē quātūq;
accedit ad annos. Fit minor et ſpacio car
pitur ipſa ſuo. Nō ſequit̄ ergo ex p̄dictis
q̄n formoſitas corꝑalis q; in ſtatu vie nō
erat ꝑmanēs nō debuerit eē in btā ꝟgine
ſicut fuerūt alia bona corꝑalia. vt fortitu
do ⁊ hmōi. q̄ tamen cū temꝑe deficiūt. iu
xta illud Ouiđ. ij. de pōto. Oīa deficiunt:
anim⁹ tñ oīa vincit. Nō obſtat etiam ꝙ
obiectū fuit de mali occaſiōe. Quia rñdet̄
ꝙ pulchritudo corꝑalis ſimpl'r in ſuo gñe
eſt bona ⁊ nobis pōt eē vtilis. Oīa ei pul
chra creauit deus ad vtilitatē nr̄am. vnde
p̄s. xcj. Delectaſti me dñe in factura tua
nā a magnitudine ſpēi poterit creator co
gnoſci. vt ait Salomō Sap̄. xiij. Bon⁹ g̃ ⁊
pulcher deus in mūdo creauit bona ⁊ pul
chra. Uñ Boet. li. iij. de ꝯſo. ait. Pulchrū
pulcherrim⁹ ip̄e mūdū mēte gerēs ⁊c. Ni
hil aūt bonū ē in q̄ nō ꝯtingat malos ſcā



dalizari. q̄ nō tm̄ in xp̄o hoīe ſcādalizabāt̄
ſicut ſcriptū eſt Marc̄. vj. Uñ Mat. xj. et
Lu. vij. dicebat ſaluator. Btūs q̄ nō fuerit
ſcandalizat⁹ in me. Immo in ip̄o deo ſcā
dalizabant̄. Uñ ſuꝑ illud p̄s. lxxij. q̄ bo
nus iſrl' deus his q̄ recto ſunt corde. gl. in
quit. ꝑuerſis aūt ꝑuerſus eē videt̄. Talis
aūt occaſio mali ſiue ſcādali paſſiui nō eſt
viciū bonā naturā hñtis: ſ; culpā patient̄.
Sic̄ ⁊ ipſi demones in pulcherria dei iuſti
cia ſcādalizāt̄. vñ p̄s. lxxiij. ait deo. ſuꝑbia
coꝝ q̄ te oderūt aſcēdit ſemꝑ. Nec ꝓpter h̄
in deo dꝫ eē iniuſticia: q; mali vel demōes
ſcādalizent̄ ei⁹ iuſticia: maxime cū boni in
ea edificent̄ vñ mali ſcādalizant̄. Jō īquit
Aug. in. c. de occidēdis. xxij. q. v. Abſit vt
ea q̄ ꝓpter licitū ⁊ bonū facim⁹ ⁊ habem⁹
ſi q̄d ꝓpt̄ hoc cuiq̄ mali p̄ter nr̄am volū
tatē acciderit nobis imputet̄. q̄d em̄ eſt in
vſu hoīuꝫ bono ⁊ licito vñ non poſſit ꝑni
cies irrogari. Hec ille. Alioq̄n nō eſſent in
domib⁹ fiēde feneſtre. q; q̄s poſſet ſe inde
p̄cipitare. nec plātande arbores: quia quiſ
poſſet ſe in eis ſuſpēdere: nec ferrandi eq̄:
q; poſſent alicui nocere. nec debuiſſet de⁹
cornua bobus facere. q; his poſſent ferire
Aduerſam ḡ fortunā maloſq; euētus ſpe
ctari neq; ciuile neq; naturale eſt. l. int̄ ſti
pulantē. §. ſacrā. ff. de ꝟ. obl. Siľr licet in
ꝯſequentiā aliqđ malū euenire ex pulchri
tudine illud nō dꝫ attēdi: ſ; bonū p̄ncipale
ad qđ creata eſt. regula enim ꝙ illud at
tendit̄ qđ p̄ncipal'r agit̄. l. ſi q̄s nec cāū.
D ff. ſi cer. pe ⁊. l. j. ff. de aucto. tuto. Con
grua ergo fuit pulchritudo btiſſime ꝟgīs
ad ſui cōmendationē. vt naturā ꝑficeret ⁊
gr̄am augmentaret: q; vt inq̄t Uirgili⁹ in
v. eneydos. Gratior ⁊ pulchrior veniēs in
corꝑe ꝟtus. Adiuuat. ⁊ Ouiđ. Forma pu
dicicie rara: ſed apta comes. Uñ Frāciſc⁹
petrarcha in ſuis triūphis ait. Et la cōcor
dia che ſi rara al mondo cōſumma pudici
cia alma beltada. Non debuit igit̄ beatiſſi
ma ꝟgo illo bono p̄uari quod ab oīb⁹ na
tural'r deſideraṫ. ſ. ꝙ ſint pulchri. Uñ oui
dius. j. de arte amādi ait. Delectāt etiā ca
ſtas p̄conia forme. Dicit̄ em̄ in cōi ꝓuer
Conueniēs fuit pulchritudo marie
bio. Chi dio fece bello nō fece pouero. Ad
noſtraꝫ quoq; edificationē ⁊ deuotionem
atq; ꝯſolationē: cōgruū fuit beatā ꝟginē
eſſe pulchrā: pulcra em̄ eſt caſta generatio
cū claritate. Sap̄. iiij. Eius nāq; aſpectus
nulli vnq̄ libidinoſum deſideriū cōcitauit

ſed ad deuotionē potius maximā oēs idu
cebat. vt dicetur diffuſe in ſmone ſequēti.
ꝑte. vij. ⁊ aliq̄d dicet̄ i. iiij. ꝑte hui⁹ op̄is.
ſmone. x. parte. j. Itē ad corꝑis dñici com
mendationē cōueniēs fuit pulchritudo in
corꝑe ꝟginis. Non pōt em̄ arbor bona et
nobilis fructum malū ⁊ ignobileꝫ facere.
Math. vij. Non obſtat etiā dū dicebatur
I
ꝙ pulchritudo eſt cā ſuꝑbie. luxurie ⁊ iui
die. q; verū eſt in malis q̄ male ip̄a vtunt̄
atq; bonū ꝯuertūt in malū. bonis autē eſt
adiumentū ꝟtutis. ſicut ⁊ de diuitijs. inq̄t
Amb. in omelia ſuper Lucā. Diuitie ſicut
ſunt impedimēta improbis. ita ꝓbis ſunt
adiumenta virtutis. ad hoc facit illud qđ
dꝛ Eccli. xxxix. Hec oīa ſanctis in bona. i
pijs ꝟo ⁊ pctōribus in mala cōuertentur.
Nec eſt verū ꝙ deformitas ſit cā hūilitat̄
vel caſtitat̄ aut charitatis. cū multos de
formes videam⁹ ſuꝑbos: luxurioſos ⁊ ſine
charitate: imo plures q̄ pulchros. Nā in
cōpoſitio corꝑis ⁊ deformitas denotat i
cōpoſitionē ⁊ deformitatē mētis. xlj. di. c.
vl. in fi. Facies em̄ ſepe indicat q̄le eſt cor.
l. obſuādū. ff. de of. p̄ſi. l. iij. ff. de teſti. Nō
obſtāt aūt p̄dictis auc̄tes poetarū q̄ ī iure
ſunt allegabiles. l. ſi pr̄. ff. de ſolu. l. antiq̄.
ff. ſi ꝑs here. pe. ⁊. §. itē p̄ciū. inſti. de emp.
Formoſitas nō eſt cā ſuꝑbie
⁊ ven. ⁊ ibi gl. notat allegādo mľtas ꝯcor
dātias. q; rñdet̄ ꝙ formoſitas nō eſt cā ꝓ
xima ⁊ immediata illoꝝ defectuū. lꝫ poſſit
eſſe cā remota q̄ nō attendit̄: ſ; ꝓxima. vt
ait gl. in. l. iij. §. ex plurib⁹. ff. de acqui. poſ.
⁊ in. l. in oibus cauſ. ff. de reg. iur. tex. eſt.
in. l. cū de laneonis. § aſinā molēdinariā.
ff. de fun. inſtruc. Q aūt formoſitas nō ſit
cā imediata ſuꝑbie ⁊ ceteroꝝ vicioꝝ ꝓbat̄
nā ſi ita eēt: ceſſante ip̄a ceſſarēt ip̄a vicia
ꝑ locū a rōne ceſſante. ij. Phiſ. ⁊. l. adige
re. §. q̄uis. ff. de iure patr. cū ſil'ibus. hoc
autem eſt falſum. Item ſi deformitas eēt
cauſa humilitat̄ ⁊ ceterarū ꝟtutū: ceſſan
te ip̄a ceſſarēt p̄dicte ꝟtutes per eandem
rationē. qđ manifeſte apparet eſſe falſuꝫ.
ergo ⁊c. nec etiā fuiſſet maior hūilitas ꝙ
deus incarnat⁹ eſſet de deformi q̄ de pul
chra. hūilitas eniꝫ eſt gr̄e collectiua ⁊ au
gmētatiua ⁊ nunq̄ diminutiua. Nō eēt ḡ
filij hūiliatio maior q̄ hūilitatē ⁊ dignita
tē mr̄is in ſua nobilitate diminueret. ⁊ lau
re ⁊ dicere cū ꝓpheta p̄s. cxviij. Fiat man⁹
tua vt ſaluet me. ⁊ p̄s. cxliij. Emitte manū
tuā de alto. eripe me vt non infigar ⁊c̄. Et
ꝓtinus liberatus dicere poterit cū eodē ꝓ
pheta. p̄s. cxxxvij. Poſuiſti ſuper me ma
nū tuā: ⁊ ſaluū me fecit dextera tua. O ma
nus beatiſſime ſanctiſſime v̾ginis quibus
ſpero deduci ad locū eterne felicitatꝭ. Un̄ de
eius benignitate cōfiſus dicā ei cū ꝓpheta
p̄s. cxxxviij. Illuc manus tua deducet me
⁊ tenebit me dextera tua. Et iterū cōfiden
ter dicā. Cara ſperanza mia tu ſey pur q̄lla
per cui ſpero anchora eſſer electo. E anda
re al celo alume de tua ſtella. O manus bn̄
dicta ſpōſe celeſtis de qua dici pōt illud qd̄
inquit Dauid de manu dei. p̄s. cxliiij. Ape
ris tu manū tuam ⁊ imples omne animal
bn̄dictione. O igitur peccator bonū no
uum o peccatrix. optimū nouū nō diffidas S
nō deſperes: etiā ſi cōmiſiſti omnia peccata
enormia. ſed cōfidēter ⁊ ſecure ad iſtā glo
rioſiſſimā dn̄am recurras. Inuenies ei eaȝ
in manib⁹ plenā curialitate. pietate. miſeri
cordia. gratioſitate: ⁊ largitate. plus enim
deſiderat ipſa facere tibi bonū ⁊ largiri ali
quā gratiā q̄ tu accipe cōcupiſcas. Un̄ ille
inquit Ber. Aue gratia plena. in vētre gra
tia diuinitatis. In ore gratia affabilitatis
in corde gratia charitatꝭ. In manibus grā
miſericordie ⁊ largitatis. hec ille. Propter
has igitur p̄rogatiuas quas celeſtis ſpon
ſus beate v̾gini donauit. inqt deuot⁹ An

Ad tria currere debem⁹

R Gratioſa man⁹

ſel.loquẽs deo. Quõ veniam ad te niſi per
Mariã per quã veniſti ad me: Qui eñ per
aliã viã vadit: potiꝰ deuiat ꝙ vadat. San
ctus q3 Ber. ipam bñdictã ꝟginẽ alloquẽs
ait. Sãcta Maria ꝟgo beata tu via es per
quã hõ venit ad deũ, ⁊ pctõr ad veniã: ⁊ ꝑ
quã venit ad peccatorẽ venia. nõ eñ venit
ad veniã qui neſciat amare Mariã. h ille.
Ecce ergo quõ ſpõſus celeſtis magnificam
donationem ꝓpter nuptias fecit ſpõſe ſue
gratia eã replẽdo in toto corpe. ⁊ in omni-
bus ſenſibus corporalibus ⁊ in tota aĩa.
Ipſam etiã ſpõſam ſuam bñdictã nõ ſolũ
gratia repleuit: ſed ſibi totaliter cõſecrauit
iuxta illud ps. xlv. Sanctificauit taberna-
culum ſuũ altiſſimus. Dotem q3 ſponſe
ſue accreuit. Vñ poſſumus deuote medita
ri ꝙ vidẽs deus ſanctitatẽ beate ꝟginis ⁊
dotẽ magnã quã habebat. ſ. oium ꝟtutũ:
dicere potuit parẽtibus eiꝰ illud Geñ. xxx-
iiij. Augete dotẽ ⁊ munera poſtulate. libẽs
tribuam qd petieritis tñ date mihi vxorẽ
hãc puellã. Accepta igitur ea in ſpõſam: au
gmẽtauit eius dotẽ. quia de ꝟtute in virtu
tẽ illã creſcere mirabiliter fecit. ita vt de ipa
dici poſſet illud qd de filio eiꝰ poſtea ſcptũ
eſt Lu. ij. ſ. creſcebat ſapiẽtia, etate. ⁊ gra-
tia apud deũ ⁊ hoĩes. Sed nõ cõtentus rex
celeſtis ſupradictis muneribꝰ ſponſalitijs ⁊
donatione ꝓpter nuptias atq3 augmento
dotis dilectiſſime ſponſe ſue ei maximã do
tem dedit. Nam oẽs anime eius potentias
excellẽtiſſime dotauit. Primo igitur in-
tellectũ ipſius dotauit dono ſapiẽtie ⁊ in-
telligẽtie. Tam preclarũ aũt eſt donũ ſcien
tie ꝙ ſm pħm. viij. phiſicoꝝ. hõ dr̃ equiuo
ce de docto ⁊ indocto. nam3 tanta eſt diffe-
rentia inter virum doctũ ⁊ indoctũ quãta
eſt inter viuum ⁊ depictũ. Hõ enim viuus
h3 oculos ⁊ cum eis videt. aures ⁊ cum eis
audit. cetera3 ſenſuũ organa ſeu inſtrumẽ
ta: ⁊ cum eis operatur operationes vitales.
Mortuus autem ſeu depictus lic3 habeat
talia inſtrumẽta: cũ eis tñ nihil operatur.
quia cũ oculis quos habet nõ videt: ⁊ cum
auribus nõ audit. ⁊ ſic de ſingulis. quia ca
ret anima corpus viuificãte. dicit eni3 phs
ij. de anima. ꝙ anima eſt principiũ viuẽdi
ſentiẽdi ⁊ intelligẽdi. Cũ igitur ꝑfectio in-
tellectus ſit ſcire. vt inquit commentator
Auerrois in. ij. de anima. ideo doctꝰ ⁊ ſciẽ-
tificus dr̃ vere hõ tanꝙ ſua perfectione do
tatus ⁊ ꝑfectus. Indoctus aũt tanꝙ priua
tus ſua perfectione nõ dr̃ ꝓprie hõ. Spon
ſus igitur celeſtis hanc dotem intelligẽtie
dedit ſponſe ſue tam excellẽtiſſimo modo
ꝙ lic3 natura humana habuerit plurimos
viros doctos in diuerſis ſciẽtijs. nemo tñ
vnꝙ ea doctior fuit: immo ipſa fuit ſuper
oẽs doctiſſima. Sciuit eñ plus ꝙ oẽs grã
matici. rhetorici. logici. muſici. geometre.
ariſmetrici. aſtrologi. phiſici. metaphiſici.
legiſte. canoniſte. ⁊ theologi. ⁊ quicũq3 alij
periti quauis arte liberali vel mechanica.
Que cõcluſio ꝓbatur ꝑ illã regulã Ber. in
epiſtola ad canonicos lugdunẽſes dicẽtis.
Quicqd alijs licet pauciſſimis eſt ꝯceſſu3:
nõ eſt credẽdum glioſe ꝟgini fuiſſe denega
tũ. Si ergo ꝑdicte ſcie aliqbus fuerũt con
ceſſe. nõ eſt dubitãdũ ꝙ multo excellẽtius
cõceſſit illas ſpõſus celeſtis ſue ſpõſe bñdi
ctiſſime. Preterea Geñ. ij. habetur ꝙ adã
poſuit omnibꝰ animalibꝰ nomẽ eis cõueni-
ens ſm ſuas ꝓprietates. Noĩa eñ debent
ꝓprietatibꝰ rerũ correſpondere. §. eſt ⁊ ali-
ud. inſti. de dona. cum ſi. hoc aũt adã face-
re neſciuiſſet niſi oẽs eoꝝ ꝓprietates intri
ſecas cognouiſſet. vt cõcludit Nico. de ly-
ra ſup hoc paſſu. vbi etiã dicit ꝙ deꝰ forma
uit hoĩem perfectũ nõ ſolũ quantũ ad cor-
pus vt ſtatim poſſet generare. ſ3 etiã quan
tũ ad aiam in ſcia ad quam põt quis natu
raliter attingere: vt ſtatim poſſet docere.
De ſupernaturalibus aũt habuit cognitio-
nem tantã quantũ ꝑtinet ad ſtatũ illũ. Di
cit q3 idem Nico. ſup. v. c. eiuſdem libri Ge
neſ. ꝙ Adam cognouit ꝟtutes herbaru3 ⁊
lapidum que faciũt ad cõſeruãda3 ſanita-
tem. ⁊ vitã ꝓlongãda3. ⁊ ideo vixit diu. ſ.
dccccxxx. annis ſm cõem tranſlationẽ bi-
blie. ſed ſm tranſlationẽ Methodij vixit.
M. xxx. Cognouit ergo Adam res ⁊ ꝓpe-
tates earũ. ita ꝙ nõ incõuenienter dici põt
ꝙ ille vltime differẽtie rerũ ſeu ſpecieru3 q
ſm pħm. j. poſterioꝝ nobis ſunt occulte. ei
fuerũt note ⁊ clare. Et ideo optime nouit
eis imponere nomẽ cõcordans eaꝝ ꝓprie
tatibus. Vñ inquit Nico. de lyra ſup Ge
neſ. Cũ oĩa denotãtur: ꝓprietates rerum
cognoſcãtur. ⁊ nullus bñ regit ea quoꝝ na
turã ignorat. S3 oĩa cõmiſſa fuerũt regimi
ni ⁊ gubernatiõi Ade ſ3 illud ps. viij. Oĩa
ſubieciſti ſub pedibus eiꝰ ⁊c. ergo a prima-
ria cõditione habuit Adã rerũ oiu3 cogni
tionẽ. Et hec ſnĩa eſt ſancti Bona. in. ij. di.
xxiij. ar. iij. q. j. quã ſilr tenet Hugo de ſcõ
vict. in li. de ſacramẽtis. dicẽs. Rerũ oium
que cũ hoĩe ⁊ ꝓpter hoĩem facte ſunt Ade
dedit deus cognitionẽ. hec ille. qui iteꝝ ibi-
dẽ ait. Cognouit hõ creatorẽ ſuũ nõ ea co
gnitione qua mõ a credẽtibꝰ abſens querit
ſ3 ea qua tũc ꝑ ꝯtẽplationis pñtiã cerneba
tur. ⁊ idẽ ponit ſanctꝰ Boñ. vbi. ſ. q. iij. Et
ſic nõ cognouit per ſpeculum in enigmate.
qd ſm Aug. xiiij. de trini. eſt ſilitudo obſcu
ra. ſ3 per ſpeculũ clarũ cõtemplatiõis q co-
gnitio in ſtatu innocẽtie precipue vigebat.
tũ ꝓpter aĩe puritatẽ. tũ ꝓpter carnis ⁊ vi
riũ inferioꝝ ſubiectionẽ ipſi aĩe. vt ait bea
tus Bona. vbi. ſ. Si ergo primus hõ dei
preuaricator futurus talẽ habuit cognitio
nẽ. multo magis eſt credendũ dei genitri-
cẽ innocẽtiſſimã ⁊ puriſſimã ⁊ nũꝙ pecca
turã. ⁊ cuius aĩe caro cũ omnibꝰ viribꝰ ſuis
ſemꝑ fuit ſubiectiſſima. creatorẽ ⁊ creatu-
ras excellẽtiſſime cognouiſſe. Beatus etiã
Tho. in. j. par. ſum. q. xciiij. arti. iij. dicit ꝙ
adam ita eſt a deo inſtitutꝰ vt haberet oiu3
ſciam: in quibꝰ hõ aptus natus eſt inſtrui.
⁊ cõſequẽter habuit oẽm ſciam poſſibilẽ in
hac vita haberi. O glioſiſſima ꝟgo nonne
tu meruiſti eſſe ꝑfectior Adam: Certe ſic.
Quia ab eterno electa fuiſti ad opus excel
lẽtius ꝙ ipſe Adam. Adam eñ fuit electꝰ
vt eſſet pater oium hoium: tu aũt vt eſſes
mater dei. ⁊ cõſequẽter debuiſti eſſe in om-
ni ſcia ꝑfectior ipſo ⁊ cũctis eius poſteris.
Et hoc teſtatur beatꝰ Anſel. dicẽs. Omnes
theſauri ſapiẽtie ⁊ ſcie in Maria. Notãter
aũt dixit ſapie ⁊ ſcie. q2 ſcia eſt cognitio re
rũ infimaꝝ. ſapiẽtia ꝟo eſt rerũ altiſſima-
rũ ſm pħm. ix. ethi. ⁊. j. metaphi. vbi ait. ꝙ
ſapiẽs eſt ille qui ſcit oĩa ⁊ difficilia ꝑ certi
tudinẽ ⁊ cauſas altiſſimas. vt igitur innue
ret Anſel. ꝙ beata ꝟgo habuit perfectã co
gnitionẽ de ifimis ⁊ altiſſimis rebꝰ vtriuſq3
terminũ poſuit. ⁊ dixit theſauros ſcie ⁊ ſa-
pientie eam habere. quia maximus theſau
rus eſt ſapientia et ſcientia. iuxta illud Sa
pientie. vij. Infinitus eſt theſaurus ho-
minibus ⁊c. ⁊ Eccĩ. j. dicitur. in theſauris
ſapiẽtie intellectus ⁊ ſcia. Vñ inquit iuriſ-
cõſultus in. l. j. §. ꝓinde. ꝟ. eſt eñ. ff. de va-
ri. ⁊ extra. co. ꝙ ciuilis ſapiẽtia eſt theſau-
rus qui nõ põt precio numario cõparari.
Phs ꝟo dicit in li. de bona fortuna. c. ij.
Nihil melius eſt ſcia ⁊ intellectu niſi deus.
Ex quibus apparet ꝙ precioſam dotem de
dit deus ſue ſpõſe qui ei donauit oẽs the-
ſauros ſapientie ⁊ ſcientie. Et notandũ
ꝙ lic3 magnũ ſit ſcire creata. maius tñ eſt
ſcire ⁊ intelligere creatore3. quia nobilius
ſubiectũ eſt creator ꝙ creatura. ⁊ penes no
bilitatẽ ſubiecti attẽdit nobilitas ſciẽtie.
vt dicit phs ⁊ cõmentator in ꝓemio libri
de anima. O igitur glioſiſſima virgo ha-
buiſti tu cognitionẽ dei: Certe ſic. ⁊ plꝰ ꝙ
alia rõnalis creatura. Nã lic3 Moyſes in
veteri teſtamento ⁊ Paulus in nouo hanc
ſingularẽ dotẽ habuerint ꝙ ante mortem
ſuã viderũt diuinam eſſentiam: nõ ſolũ in
enigmate ſicut ceteri viatores: ſed etiã ſm
modum cõprehenſoꝝ. vt declarat beatus
Tho. ij. ij. q. clxxv. art. iij. ⁊ Rich. noſter in
iiij. di. xlix. ar. ij. q. vj. ⁊ Aug. in li. de viden
do deum. ⁊. xij. ſuper Geñ. ad lrãm. ⁊ glo.
ij. ad Coꝛ. xij. Idem tñ priuilegiũ cõceſſu3
fuit excellẽtius ipſi virgini tanꝙ excellen-
tiori perſone qd teſtatur Ber. in quodam
ſermone qui incipit. Signum magnum di
cens. Maria ſole ꝑhibebatur amicta. q2 ꝓ
fundiſſimã diuine ſapientie vltra ꝙ credi
valeat penetrauit abyſſum. vt quãtum ſi-
ne perſonali vnione create cõditio patitur.
luci illi inacceſſibili videatur immerſa. hec
ille. O benedicta virgo. ego credo ꝙ ſicut
Iohãnes euãgeliſta quãdo recubuit ſupra
ſacratiſſimũ pectus dñi Ieſu auxit fluenta
euangelij. c. legimus. xciij. diſt. qui poſtea
eructauit dicẽs ſui euãgelij. j. c. In ꝑncipio
erat verbum ⁊c. que philoſophi ignoraue-
runt. ita et tu quando tenebas inter bra-
chia tua infantẽ illum dulciſſimũ Ieſum fi
lium tuum hauriebas fontẽ ſapiẽtie diui-
ne. Ipſe eñ dilectiſſimus filius tuus emit-
tebat radios ſue diuinitatis ſub illa carne
innocẽtiſſima vſq3 ad intellectũ tuũ. Ma-
xime autẽ hoc faciebat cum in tuo ſacratiſ
ſimo vtero recubabat. Similiter qñ in te de
ſcẽdit ſpũſſanctus ⁊ virtus altiſſimi obum
brauit tibi Luce. j. tantis radijs intelligen
tie ⁊ ſciẽtie te illuſtrauit ꝙ clare vidiſti di-
uinã eſſentiã. ⁊ ꝑnter doctiſſima oium effe
cta es. quia meliores erãt ſcole ille ꝙ athe
niẽſes vel pariſiẽſes ſeu bononienſes: ⁊ que-
cunq3 alia mũdi gimnaſia. Et cõfirmãtur
ꝑdicta. quia vt inquit Hiero. in ſermõe de
aſſumptione. Apoſtoli ꝑ ſpũmſanctu3 om
nia cognouerũt ⁊ in omnẽ edocti fuerunt
veritatẽ. ergo virgo glorioſiſſima non mi-
nus. immo magis ꝙ apoſtoli fuit edocta.
Quod cõfirmat Hieronymus vbi. ſ. dicẽs.

Maria omniũ doctiſſima

Nomẽ

Adam ſciuit

Dotauit deus intellectũ marie

Maria doctior Adam.

Iuris ſcientia

Magnũ eſt ſcire creatorem

Beata virgo inter apl'os intrãs ⁊ exiẽs fa-
miliarius cũ eis cõtulit de xp̃i incarnatio-
ne. tãto ſiquidẽ verius quãto ab initio per
ſpũmſanctũ plenꝰ cũcta didiſcerat ⁊ pſpe-
xerat plenꝰ vniuerſa. h̃ ille. Ex quibꝰ omni-
bus p3 quõ ſpõſus celeſtis dotauit primã
potentiã beate v̾ginis. ſ. intellectũ theſau-
y ro ſapiẽtie. Scd̃a potẽtia aie d̃r volun-
Dotauit volũtatem Marie — tas que tũc eſt plena gr̃a qñ ordiate amat
creatorẽ ⁊ creaturas. Hic aũt amor ſeu cha-
ritas ſm Aug. xv. de trini. c. xviij. eſt excel-
lentiſſimũ dei donũ qd̃ ſolũ diuidit inter fi-
lios regni eterni ⁊ pditionis. Hoc aũt ordi-
natiſſimo amore repleuit deus aiam ſpon-
ſe ſue. ⁊ cõſequẽter dotauit ſcd̃am eius po-
tentiã. ſ. voluntatẽ theſauro charitat̃. Ip̃a
etem̃ v̾go bñdicta pfectiſſime amauit crea-
torẽ ⁊ creaturas ea mẽſura qua amare de-
bebat, vt declarabit̃ in. iiij. parte pñci. huiꝰ
operis. ſer. ij. pte. iij. Deũ nãq3 amauit fer-
uentiſſime ex toto corde ſuo, ⁊ ex tota aĩa
ſua. ⁊ ex tota mẽte ſua, ⁊ omnibꝰ viribꝰ ſu-
is. ſm diuinũ preceptũ. Deut. vj. Matth.
xxij. Mar. xij. ⁊ Lu. x. ⁊ de peni. di. ij. c. cha-
ritas. §. ergo charitatẽ. ⁊ de ſacra vncti. c.
vnico. §. hoc vnguẽto. Uñ Proſper in lib.
epigrãmatũ inquit. Tota mẽte deus, tota
vi cordis ametur. Et quidã alius poeta di-
xit. Quo melior cũctis deus eſt: plus cun-
ctis ametur. Cato q̃q3 in ſuis documentis
ait. Si deus eſt animus nobis vt carmina
dicũt. Hic tibi precipue ſit pura mẽte colẽ-
z dus. Qz aũt ardẽtiſſima virgo ſup oẽs crea-
turas feruẽter deũ amauerit. immo q̃ ip̃a
ſola plus eum dilexerit q̃ oẽs angeli ⁊ ſan-
cti ſimul. pbatur ſic. Nõ eſt dubitãdum q̃
virgo gl'ioſa fuit grata erga deũ. nã ſi qui-
libet creditur gratus niſi expſſe doceat̃ in-
gratus, l. omnimodo. ⁊ l. liberi. C. de inof-
fi. teſt. ⁊ l. fi. § fi. C. de ſecun. nup. ⁊ in aut.
vt cũ de appel. co. §. fi. ⁊ l. ſeruos. ff. de ma-
nu. teſta. multo magis hoc credendũ eſt de
matre dei ſanctiſſima. Itẽ certũ eſt q̃ bñ-
dicta virgo fecit omne illud ad qd̃ tenebat̃.
Si enĩ oppoſitũ feciſſet nõ fuiſſet ſancta. ſꝫ
ip̃a obligabatur plus amare deũ q̃ omnes
angeli ⁊ ſancti ſimul: ergo ita amauit. Et
ſi querat̃ quare ſic erat obligata? Rñdet̃
q̃ hoc ideo. quia ipſa ſola plura ⁊ maiora
bñficia a deo recepit q̃ oẽs angeli ⁊ ſancti
oẽſq3 creature ſimul. Maius enĩ bñficium
fuit ipſam effici matrẽ dei q̃ q̃cq̃d collatu3
eſt oĩbus creaturis ſimul. Quia igit̃ vt ait
Grego. in quadã omelia. Cũ augẽtur do-
na: rõnes etiã creſcũt donoꝝ. qd̃ etiã nota-
ri põt in l. pſbyteri. C. de ep̃is ⁊ clericis. et
in. l. ſi vt certo, §. nũc videndũ. ff. de peri. et
cõmo. rei vẽ. ⁊ in. l. ſi quis in graui. ff. ad ſil-
leianum. Sequitur q̃ ipſa magis obliga-
ta erat amare deum q̃ oẽs angeli ⁊ ſancti.
Uñ inquit Hiero. in ſermone aſſumptio-
nis. Et ſi xp̃s ab omnibꝰ ſit amandus. ⁊ ex
toto corde ⁊ ex tota aĩa ⁊ ex tota v̾tute q̃-
rẽdus. maxime tñ ab ea ardẽtius cuiꝰ erat
filius. Et ideo totã eã incãduerat diuinus
amor: ita vt nihil eſſet mũdanũ quod eius
violaret affectũ. ſꝫ ardor cõtinuus ⁊ ebrie-
tas perfuſi amoris. h̃ ille. Aliqui etiam do-
ctores dicũt q̃ lic3 de cõi lege creatura via-
trix nõ poſſit amare deũ actualiter ⁊ conti-
nue, ſed interrupte. q2 dum v̾titur ad alia:
nec de deo cogitat. nec conſequenter ipſum
actualiter amat. ſaltem qñ dormit. tñ ip̃a
glorioſiſſima v̾go de p̾uilegio ſingulari cõ-
tinue ⁊ ſemp deũ amabat actualiter. nõ ſo-
lum dũ vigilabat. ſed ⁊ qñ dormiebat ſem-
per, de deo cogitabat ⁊ ip̃m amabat. q2 lic3
eius corpus dormiret: animus tñ ⁊ cor ipſi-
us vigilabat. Hiero. aũt vbi. ſ. addit. No-
uis quotidie inflãmabatur deſideriorꝝ affe-
ctibus: tãto ſiquidem validius quãto diui-
nis animus illius trahebatur intus incita
mentis. Aug. q3 eam alloquẽs in quodam
ſermone inquit. Te ipſe rex regũ ⁊ matre3
verã ⁊ decorã ſpõſam pre omnibꝰ diligẽs
amoris amplexu ſibi ſociauit. quia tu eum
pre omnibꝰ dilexiſti. hec ille. Ex quibꝰ appa-
ret qualiter a deo dotata fuit volũtas v̾gis
bñdicte. Tertia potentia aĩe eſt mẽoria. A
ad quã pertinet ſpecies ſenſibilis ab exte- Dotauit memoriaꝫ Marie
rioribus ⁊ interioribus ſenſibus perceptas
cõſeruare. Uñ pꝑter hoc ipſa memoria in
iij. de anima. appellatur arca omniũ ſpecie-
rum. ſ. omniũ viſibiliũ. audibiliũ. odorabi-
lium. guſtabiliũ ⁊ tangibiliũ. ⁊ etiã inſenſa-
toꝝ que eliciũtur a ſenſatis per virtutẽ ex-
timatiuã. vt eſt ſpecies amicitie vel inimi-
citie quã elicit agnus ex viſione matris vel
lupi. Hec igitur memoria tũc dici põt ple-
na gratia: qñ viſa: audita: ⁊ lecta ſalubria
ſeu ſalutifera cõſeruat ⁊ meminit. vtputa
dei bñficia ⁊ mãdata. xp̃i myſteria. ⁊ cete-
ra hmõi. O virgo bñdicta habuiſti tu me-
moriã gratia plenã? Certe ſic. De te enĩ ſcri-
ptum eſt Lu. ij. Maria cõſeruabat omnia
verba hec cõferens in corde ſuo. Uerba ſc3



que de xp̃o dicebantur: vt exponit Hiero.
que omnia erant ſalubria. O miſeri mor-
tales. O ceci homines. ⁊ vos quid memi-
niſtis? heu quia potius mala q̃ bona. iu-
xta illud Oratijin epiſtolis dicẽtis. Diſcit
enim citius meminitq3 libẽtius illud. Qd̃
quis deridet, q̃ qd̃ probat ⁊ veneratur. et
ideo vos abutimini potẽtia memoratiua.
Nõ ſic aũt faciebat prudentiſſima v̾go. Et
cauſa quare in memoria ſemp haberet di-
uina bñficia ⁊ alia ſalutifera põt aſſignari
illa que ponitur in clemẽ. vnica. §. huiꝰ me-
morialis. de reli. ⁊ ve. ſanctoꝝ. vbi d̃r. Me-
moria diſtricte retinetur cuius donũ aſpici-
tur. vnde Tullius in. j. rhetori. ait. Memo-
ria nil perdit niſi id ad qd̃ nõ ſepe reſpicit.
Uirgo enim beatiſſima cõtinue reſpiciebat
toto mẽtis affectu diuina mãdata ⁊ eius
bñficia ceteraq3 ſalubria. ⁊ ideo eoꝝ nũq̃
obliuiſcebatur. vnde in ipſa v̾ificata eſt il-
la ſnĩa que ponitur in. l. ij. §. ſed quia diui-
ne. ⁊ al's allegatur. §. ſi quid autẽ. C. de ve-
teri iu. enucle. ſ. omniũ habere memoriam
⁊ nullius obliuiſci diuinitatis potius q̃ hu-
manitatis eſt. qd̃ etia3 notat glo. in. c. cum
adeo. de reſcriptis. ⁊ in. c. porrecta. de con-
fir. vti. vel inuti. ⁊ in. c. illud dñs. de cle. ex-
cõ. mini. Lic3 enim memoria ſit res infir-
ma. l. peregre. ff. de acquirẽda poſſeſſione.
⁊ argumẽtum. ff. de adimẽdis lega. l. filio.
⁊ q̃uis ſit res labilis. l. ſi arbiter ff. de pba-
tio. ⁊ l. iubemus. C. de teſtamẽ. Unde dici-
tur q̃ etiam papã q̃nq3 fallit obliuio. c. pte-
rea. vbi glo. xxiij. di. qd̃ etiã notat glo in di-
cto. c. illud dñs. de cle. excõ. mi. Tñ in bea-
ta virgine nunq̃ eſt infirmata ſicut cõiter
ſit in ſenſibus. ſed ſemper fuit ſtabilis ⁊ fir-
miſſima. Et ideo memoria naturalis Se-
nece ⁊ ſancti Anthonij paduani qui memo-
ria p codicibus vtebatur. Itẽ memoria ar-
tificialis Tullij ⁊ cunctoꝝ hominum nihil
erat in cõparatione memorie v̾ginis glo-
ſe. Unde lic3 dicatur q̃ ſcripture ſunt inuẽ-
te cauſa memorie. vt in aut̃. vt p̃po. no. im-
per. col. v. ⁊ l. ꝯtrahitur. ff. de pigno. tamẽ
quo ad ipſam v̾ginẽ nõ erãt neceſſarie ali-
que ſcripture p ꝯſeruatione memorie ſue.
Cũ igitur dicat Seneca in pemio libri de-
clamationũ. Memoria eſt res ex omnibꝰ
animi partibꝰ maxime delicata. ⁊ Goffre-
dus anglicus in poetria ſua canat. Cellula
que meminit eſt cellula delitiarũ ⁊c. Unde
Tullius in. iij. rhetori. appellat memoria3
theſaurariã inuentoꝝ. Apparet q̃ pcioſa3
dotẽ dedit ſponſus celeſtis ſue dilectiſſime
ſpõſe. quã ta3 inſigni memoria illuſtrauit
⁊ cuiꝰ memoriã omnibꝰ bonoꝝ intelligibili-
um ſpẽbus repleuit. Quarta aĩe poten-
tia d̃r cõcupiſcibilis. Per experiẽtia3 nãq3 B
videmus: q̃ nos multa deſideramus. ego Dotauit cõcupiſcibilem.
vnũ, tu aliud, ille aliud. Sicut ergo nõ poſ-
ſemus aliquid videre niſi haberemus potẽ-
tiã viſiuã: nec audire ſine potẽtia auditiua
⁊ ſic de alijs. ita nõ poſſumus aliq̃d deſide-
rare niſi in nobis haberemus aliquã potẽ-
tiam qua hũc affectũ deſiderãdi facere poſ-
ſumus. ⁊ iſta potẽtia d̃r cõcupiſcibilis vel
deſideratiua. ⁊ põt cõcupiſcere bonũ ⁊ ma-
lũ. Unde quia caro ⁊ ſenſualitas deſiderat
carnalia ⁊ ſenſualia. ⁊ ex peccato primorũ
parentũ eſt inclinata ad appetẽdum noci-
ua. Ideo d̃r ad Gal. v. q̃ caro ꝯcupiſcit ad-
uerſus ſpũm. i. res cõtrarias ſpũi. i. anime
ſaluti. ſm vnã expoſitionẽ. Hãc aũt potẽ-
tiam cõcupiſcibilẽ male poſſident quidam
qui cũ illa appetunt ⁊ deſiderãt vana ⁊ no-
ciua. iuxta illud Prouer. xxj. Aĩa impij de-
ſiderat malũ. vel tẽporalia appetũt cũ ni-
mio affectu. cõtra illud documentũ Auia-
ni poete dicentis. Nemo nimis cupide ſibi
rem deſideret vllam. Hanc aũt potentiam
in beata ſpõſa ſua deus dotauit deſiderio
perpetuo eternoꝝ. ita vt nũq̃ cõcupiſceret
niſi bonum dicẽs cum pp̾heta pſ. cxviij.
Cõcupiuit anima mea deſiderare iuſtifica-
tiones tuas in omni tẽpore. ⁊ iterũ ibide3.
⁊ mãdata tua deſiderabã. Unde de hac cõ-
cupiſcẽtia bonoꝝ gr̃as agebat deo pſ. cij.
dicẽs. Bñdic anima mea dño. ⁊ oĩa que
intra me ſunt nomini ſancto eius. ⁊ poſtea
aſſignat rõnem dicẽs. Qui replet in bonis
deſideriũ tuũ. Semper quoq3 deſiderabat
virgo bñdicta adipiſci gaudia patrie cele-
ſtis que ſunt immutabilia. De quibꝰ Pro-
ſper in libro epigrãmatu3 inquit. Semper
erũt qd̃ erãt eterne gaudia vite. Gaudendi
qm̃ cauſa erit ipſe deus. Nec varios pariet
motus diuerſa voluntas. Unũ erit in cun-
ctis lumẽ ⁊ vnus amor. Iamq3 bonis ſum-
mis poſita experiẽtia felix. Nec volet auge-
ri nec metuet minui. hec ille. Qui ibidem
vnũquẽq3 noſtrũ ad cõcupiſcendum bona
celeſtia cum ipſa dei matre exhortat̃ dicẽs.
Delitias iam nũc promiſſi concipe regni.
Uirtute atq3 fide qd̃ cupis eſſe tene. Exul-
ta agnoſcens te verbi carne renatũ. Cuius

ſi pars es: pars tua xp̄s erit. Qui ne damnandi legeres mala gaudia mūdi. Promiſſum ad regnum ſe tibi fecit iter.

C

Nota⸗uit iras⸗cibilꝫ.

Quinta anime potentia dr̄ iraſcibilis. ⁊ eſt illa qua iraſcimur cōtra irrogātes nobis vel proximo iniurias ⁊ damna. Et pōt bene ⁊ male exerceri. Male qn̄ quis ex ira mouetur ad vindictā: appetēs vlciſci de inimico ſuo. Et tunc hec potētia male exercetur adeo ꝙ quidam ſapiēs vt legitur in ꝓuerbijs phorum dixit. Homo extra corpus ſuū eſt cū iraſcitur. Facit enim ira amittere iudiciū rōnis: dicēte Catone. Impedit ira animū ne poſſit cernere verum. Unde Tullius in tuſcu. queſtio. lib. iiij. ait. Iracundia cōſilio inimica eſt. Perturbatio aūt animi per irā facta demōſtratur per ſigna corporis exteriora. Nam de irato inquit Ouid. iij. de arte amādi. Ora tumēt ira: nigreſcūt ſanguine vene. ⁊ viij. methamꝫ. idem ait. Sepe ſuū feruens oculis fert ira furorē. Et Gualterius in alexādriade. lib. v. dicit. Comes indiuiſa furoris. Precipites capit ira gradus. et fellea torquet. Lumina cōtemnitqꝫ humiles rōnis habenas. Et Virgilius. ij. Eney. inquit. Furor iraqꝫ mentem Precipitat. Et talē iram nūꝙ̄ habuit beata v̄go. que cum ſapiētiſſima eſſet verificatū fuit in ea illud qd̄ inquit Tullius in tuſcu. queſtio. ſ. ꝙ ſapiēs nūꝙ̄ iraſcitur. Bene autē pōt iraſcibilis potētia exerceri ⁊ cum merito, qn̄ quis ex zelo iuſticie iraſcitur cōtra peccata. iuxta illud prophete ps. iiij. Iraſcimini ⁊ nolite peccare. ⁊ hoc modo excellētiſſime exercuit beata virgo hāc potētiam que peccata ſumme deteſtata eſt ⁊ odio habuit. Unde illi inquit ꝓpheta ps. xliiij. Dilexiſti iuſticiam ⁊ odiſti iniquitatē ⁊c̄. Bene etiam exercet hec potētia quādo quis refrenat iracundiā per patiētiam ſeruādo illud Ouidij in epiſtolis. Vince animū iraqꝫ tuam qui cetera vincis. Hoc autē perfectiſſime egit beatiſſima virgo que cū eſſet optima: nūꝙ̄ in aduerſis cōturbata eſt. Sed de illa verificata eſt illa Senece ad Lucillum ſniā dicentis.

Maria patien⸗tiſſima.

Vir bonus quicquid ei acciderit: equo animo ſuſtinebit. Sciet enim id ſibi accidiſſe lege diuina qua vniuerſa ꝓcedunt. Cum igitur beatiſſima virgo ſuper oēs ſciētifica fuerit: profecto oīa aduerſa ſibi a bono deo ſalubriter permiſſa cognoſcēs patiētiſſime tolerauit. Et cum omnes virtutes habuerit: nō eſt dubitādum ꝙ etiam patiētiā in ſummo poſſedit. de qua inquit Prudētius poeta. Omnibus vna comes virtutibus aſſociatur. Auxiliūqꝫ ſuum fortis patiētia miſcet. Virtus nam vidua eſt quam nō patiētia firmat. Non ſolum autem patienter tolerauit aduerſa ſed in ipſa tolerantia valde gaudebat. Unde de eius patientia dici poterat illud Lucani in. ix. gaudet patientia duris. ⁊ illud Prudentij in libro de conflictu vitiorum ⁊ virtutum. Ecce modeſta graui ſtabat patientia vultu. Per medias immota acies: varioſqꝫ tumultus. Spectabat defixa oculis: ⁊ leta manebat. Cum igitur dicat moralis Cato. Magna etenim morum ſemper patiētia virtus. Apparet ꝙ excellēter dotauit ſponſus celeſtis potētiam iraſcibilem ſponſe ſue tam mirabili patientia ⁊ manſuetudine. De qua loquēs Bernardus in quodam ſermone inquit. Reuolue diligētius euangelice hyſtorie ſeriem vniuerſam. ⁊ ſi quid forte increpatoriū. ſi quid durum. ſi quod deniqꝫ ſignum tenuis indignationis occurrerit in Maria. de cetero ſuſpectam habeas. ⁊ ad eam accedere verearis. ꝙ ſi plenam magis omnia pietatis ⁊ gratie, plenāqꝫ manſuetudinis ⁊ miſericordie inueneris: que ad eam pertinēt gratias age ei qui talem tibi mediatricem ſua benigniſſima miſeratione prouidit: in qua nihil poteſt eſſe ſuſpectum. hec ille.

D

Xp̄s et maria differēter ſunt plēa gr̄a.

Sed vt paucis multa cōcludam dico ꝙ tam excellētem dotem dedit deus ſponſe ſue conferendo ei gratias ſuas. quod inquit Hieronymus in ſermōe aſſumptionis. Omnis plenitudo gratie que in chriſto fuit venit in Maria ꝗꝙ̄ aliter. ⁊ bene. Nā plenitudo gratie venit in chriſto ſicut in homine ꝑſonaliter deificato. ⁊ in maria ſicut in tēplo dei verbo ſingulariter dedicato. In chriſto vt in capite influente. In maria vt in collo corpori eccleſie trāſfundente. In chriſto vt in ſuppoſito ſubſiſtēte. ac ex vniuerſali fonte oīs boni lumē gratie influēte. In Maria ſicut feliciter hec omnia tā mēte ꝙ̄ carne recipiēte. Nō ſolū aūt celeſtis ſpōſus repleuit ſpōſam ſua grā ⁊ ſanctitate. ſed etiā in ipſa grā ⁊ ſanctitate eā cōfirmauit et in perpetuū ſtabiliuit in celebratiōe harū nuptiarū. ſ. in cōceptione filij ſui vt dixi in prima parte ꝑncipali huius opis. ſermōe. j. parte. iij. Tā ampla aūt fuit dos ipſius benedicte v̄ginis vt ſoli deo cognoſcēda ſeruetur. Et ad hoc applicari pōt illud Eccl. j. Ipſe



creauit illam in ſpūſancto. vidit ⁊ dinumerauit ⁊ dimēſus eſt. ſ. ipſe ſolus. Sed quid vltra me extēdam in exprimēda magnitudine dotis v̄ginalis cum ipſe deus in dotē ⁊ premiū harum nuptiarū ſeipm̄ ſpōſe ſue dederit. dicēs ei illud Gen̄. xv. Ego ſum merces tua magna nimis. Cuius tam ample dotis inſtrumētum tradidit angelus Gabriel dicens ⁊ ſcribens. Aue gratia plena dn̄s tecum ⁊c̄. Quia v̄o glorie pompe ⁊ ſolēnitates in matrimonijs illuſtriū ꝑſonarum debēt interuenire, vt notatur in aut. quibus mo. na. effi. legi. §. hoc ergo. col. vj. ideo nō eſt dubitādum in tota celeſti curia indicibilia gaudia ⁊ exultationes ineffabiles. atqꝫ leticie maxime indicia. ſolennitateſqꝫ magnificas in his ſacratiſſimis nuptijs interueniſſe.

De octaua cōditiōe ſponſe celeſtis que dicitur timorationis.

E

m

Agnū ornamētum mulierū eſt timoroſitas. nō quidem timoris qui ex cauſa mala veluti ex puſillanimitate procedit. De quo Lucanus lib. vj. inquit. Degeneres trepidāt animi peioraqꝫ verſant. ⁊ li. vij. Multos in ſumma pericula miſit. Venturi timor ipſe mali. Et Virgilius. iiij. eney. inq̄t. Degeneres animos timor arguit. Hūc enim timorē nō appetūt viri eſſe in vxoribus ſuis ſed timorē qui procedit ex amore. quādo. ſ. vxor timet offendere virum ſuum. ⁊ ad hoc propoſitū poſſet exponi illud Ouid. in epiſtolis. Res eſt ſolliciti plena timoris amor. licꝫ ipſe in alio ſenſu dixerit. De hoc ornamento loquēs apoſtolus ad Ephes. v. ait. Vxor timeat virū ſuum. Iſte aūt timor poteſt dici caſtus. de quo habetur. xxiij. q. v. §. vltimo. vbi ſcriptum eſt. Timor caſtus de quo hic dicitur eſt quo timemus ne tardet, ne diſcedat, ne eo careamus. Hoc autem ornamentū timoroſitatis habuit ſpōſa regis celeſtis. Et ideo de ipſa in figura ſcriptum eſt Judith. viij. Hec erat mulier famoſiſſima quia timebat dn̄m valde. Debēt quoqꝫ ſemper mulieres timere ne in aliquo offendāt pudicitiā. Et ideo euitare debent colloquia cōuerſationes ⁊ aſpectus virorū. cū hec occaſio eis eſſe poſſint ruine. nā cōuerſatio mutua prouocat luxuriā. iuxta illud Ouid. iij. de arte amādi. Mora ſemꝑ amātes Incitat ⁊c̄. Et ꝓpter hoc dicit Bernardus ſuper miſſus eſt. Virgines que vere v̄gines ſunt ſemper ſolent eſſe pauide. ⁊ nūqꝫ ſecure. Et vt caueāt timēda: etiā ſecura pertimeſcant ſciētes ſe in vaſis fictilibus theſaurū portare ⁊ nimis arduū eſſe inter homines vt angelum viuere. ⁊ in terris more celeſtiū cōuerſari ⁊ celibem agere vitam. hec ille. Cognoſcens igitur beatiſſima v̄go verā eſſe ſniām Hieronymi ad Euſtochium dicētis. Raro cogitatur in mēte: quod exteriores ſenſus nō nutriūt. Hee enim ſunt feneſtre. Hec hoſtia que ſi nō clauſa fuerint morti patet introitus ⁊ nil niſi funeſte ingreditur. In ſilentio autem ⁊ clauſura ac quiete cogitationes peruerſe vitātur. Seruauit ſemꝑ illud quod idem Hierony. eidem Euſto. ſcribit dicēs. Caue ne domū exeas. ſ. ſine magna neceſſitate vel vtilitate. ⁊ ne velis videre filias regionis aliene: ꝗuis fratres habeas patriarchas ⁊ iſrael parēte leteris. Nā dina domum egreſſa corrūpitur. Nolo igitur te ſpōſum querere ꝑ plateas. nolo te circūire angulos ciuitat̄. Spōſus em̄ in plateis inueniri nō poteſt. hec ille. Ipſa nāqꝫ virgo bn̄dicta a tertio anno etatis ſue vſqꝫ ad tēpus quo nupta fuit ſemper in tēplo ſtetit ⁊ inde non diſcedebat. Unde Ambroſius ſuper Lucā exhortatur dicēs. Diſce virginē moribus, diſce virginē verecūdia. diſce virginē oraculo ſolam in penetralibus. quam nemo virorum viderat angelus reperit ſolam ſine comite ſolam ſine teſte ⁊c̄. Que omnia faciebat inter alias cauſas vt ſuā perpetuā virginitatē illibatam ꝑ omnia cōſeruaret. Qr̄ aūt hoc timorationis ornamentū excellēter fuerit in beata v̄gine patet Lu. j. vbi dr̄ ꝙ cū eſſet ab angelo ſalutata: turbata eſt. turbatione quidē nō furoris ſed pauoris. Et ratio fuit: qr̄ vt dicunt doctores in. iij. di. iij. apparuit ei in ſpecie humana. virginū aūt eſt tripudare. Et ad oēs viri ingreſſus pauere. oēſqꝫ virorū affatus vereri. vt dicit glo. ſuꝑ ꝑdicto Lu. c. De hoc aūt ornamento ſpōſe celeſtis inquit Ambro. ſuper Lucam. Diſcite v̄gines ſacre non circūcurſare per alienas edes. nō demorari in plateis. nō aliquos in publico miſcere ſermones. Maria in domo ſera feſtinat in publico manſit apud cognatā ſuam etiam tribus menſibus. Non ꝙ domus eam delectaret aliena. ſed quia frequētius videri in publico diſplicebat.

De nona ꝯditione ſponſe celeſtis que dicitur pudoroſitatis.

Onum ornamētum qđ habere
n dȝ ſpōſa dicitur pudoroſitatis.
nō enim dȝ eſſe de illis de quibꝰ
Juuenalis inquit. Hic nullus ver
bis pudor aut reuerētia mēſe. ſed dȝ eſſe ve
recunda. Unde apoſtolus. j. ad Thi. ij. ait.
mulieres ſint cū verecundia ⁊ ſobrietate ſe
ornantes. Debēt enīȝ verecūdari facere ali
quid inhoneſti tā in ſecreto ꝙ in publico.
Unde Hiero. ad Demetriadē de virginita
te ſeruāda inquit. Quicquid pudet dicere
pudeat etiā cogitare. licȝ autē dicat Pam
philus poeta. Nam venit a ſola ruſticitate
pudor. hoc eſt falſum de pudore verecūdie
que eſt virtus. De qua Ualerius maximus
lib. iiij. inquit. Uerecūdia parēs eſt omnis
honeſti. magiſtra inocētie. chara ꝓximis.
accepta alienis. omni loco omni tēpore fa
uorabilē proferēs vultum. hec ille. Maxi
me autē hec virtus cōuenit iuuenibus. Ait
enim Seneca ad Lucillum epiſtola. xj. Ue
recūdia in adoleſcēte bonum ſignuȝ eſt. Et
idem epiſtola. xxvj. dicit. nutriēdus igitur
pudor. qui ꝙdiu in animo durauerit: ali
quis bone ſpei locꝰ erit. Diuus quoqȝ Am
broſius in. j. de officijs inquit. Jn adoleſcē
tibus verecūdia velut quedam nature dos
commēdatur: ⁊ eſt prima diſciplina. hec in
ipſo corporis motu. geſtu. ⁊ inceſſu tenen
da eſt. habitus enim mētis cernitur in ſta
tu corporis. ⁊ vox quedam eſt animi corpo
ris geſtus vel motus. Jn ipſo quoqȝ corpo
ris decore verecūdia plus eminet. hec ille.
qui etiam ibidem ait. Uerecūdia eſt verba
feda ſuperfluaqȝ reprimere. Et Quintilia
nus lib. viij. de oratoria inſti. dicit. Nihil
eſt ad cōciliandum animos gratius verecū
dia. Et ideo Seneca in. ij. declamationum
inquit. Efferat matrona oculos iacētes in
terram ⁊c. Quod quidē faciebat matrona
noſtra virgo benedicta omni verecūdia et
pudore ſancto repleta. Unde fuit illa muli
er de qua Eccleſiaſtici. xxvj. dicitur. gratia
ſuper gratiam mulier ſancta ⁊ pudorata.
Jpſa enim adeo pudorata ⁊ ſancta fuit ꝙ
nūqȝ aliquid vel minimū quod ſancto pu
dori nō cōueniret peregit. immo nec vnqꝫ
cogitauit aut dixit. Seruauit nanqȝ illud
Ambroſij. in. j. de officijs dicētis. Pulchra
virtus eſt verecundia: ⁊ gratia ſuauis: que
nō ſolum in factis: ſed etiam in ipſis ſpe
ctat ſermonibus. vt nec modum ꝓgredia
ris in loquēdo. nec quicꝙ indecorū reſonet
in ſermone. ſpeculū nāqȝ mētis plerūqȝ in
ꝟbis refulget. hec ille. O igiť verecūdiſſi
ma dei ſpōſa: tu nō feciſti ſicut multe noſtri
tēporis ꝟgines nūcupate q̄ in portis manē
tes vel ꝑ terras vagātes: vultus hominum
inuerecūde aſpiciunt. iuuenes libēter allo
quūtur cuȝ eis ridēt: triumphātur: ⁊ ludūt
ac tactibꝰ ⁊ geſtis diſſolutis multa inhone
ſta faciūt. Un̄ poſtea nocte cogitāt que in
die viderūt vel egerūt. Sed tu ꝟgo hone
ſtiſſima demiſſis in terrā oculis incedebas
⁊ adeo eras verecūda vt nō ſolū in viſione
hominū ſed etiā angelorū: erubeſcēs qn̄ ti
bi in humana ſpecie apparebant. Seruaſti
quoqȝ illud Hiero. ad Euſtochiuȝ dicētis.
ꝓpterea chariſſime hoc hortor. h̄ moneo. h̄
mādo vobis vt que xp̄i deſpōſate eſtis cō
iugio. cui oēm caſtitatis veſtre fidem voui
ſtis. cui nullum p̄ter ip̄m amatorē cogno
ſcere ſub iureiurādo eſtis pollicite. Uiri cu
iuſcūqȝ ſtatꝰ ⁊ ſi eū ſanctitas exornet. etiā
ſi Johāni baptiſte equareť in meritꝭ. que
ratis effugere faciē. nec liceat ſecū dilectio
ne feruēti aſtringi. Credatis experto. Nihil
omnino eſt piculoſius viro ꝙ mulier. ⁊ mu
lieri ꝙ vir. Uterqȝ palea. vterqȝ ignis. Di
cā audacter. prochdolor dei tēpla. ſpūſſan
cti vaſa ⁊ deo dicata edificia niſi diligētiſſi
ma ſeruētur cuſtodia: ꝓſtibula fiūt. ⁊ au
fertur tam nobile depoſitū. taȝ p̄cioſus the
ſaurus. irrecupabile decus caſtitatꝭ. Omni
igitur cuſtodia ſerueť cor. Sup muros hie
ruſalē ponanť cuſtodes. tota die ac nocte
nō dormiāt ne fur introeat ne ſpolia aufe
rat q̄ penitꝰ recupari nō poſſunt. hec ille.

De decima cōditione ſpōſe celeſtis q̄ dȝ
honeſtatis.

B Ecimū ornamentum qđ in ſponſa
d ſua requirūt magni principes diciť
⁊ honeſtatis. ſ. interioris ⁊ exterio
ris. Nō em̄ ſufficit ꝙ aliqua ſit honeſta in
animo quātum ad volūtatē: ſed etiā requi
ritur honeſtas quātū ad euidentiā exterio Honeſtas exterior
rem. honeſtas autē extrinſeca hominis cō
ſiſtit in cuſtodia ſenſuum. ⁊ circūſpectione
⁊ grauitate geſtuum ⁊ actuum exteriorū. ꝑ
quā exteriorē grauitatē ⁊ honeſtatē poteſt
fieri cōiectura de honeſtate interiori. quia
habitus cognoſcūtur per actus. ij. de ani
ma. ⁊. ij. poliť. Unde Ariſto. inquit in. iiij.
metaphi. Opus bonū ⁊ malū ab extra in
dicat quale ſit in anima. ⁊. j. de anima ideȝ
phs ait. Anima ſimplex ⁊ itellectualis co



gnoſciť ꝑ motū ac ſenſum. ⁊ ꝑ opatōeȝ ſui
corpis. ⁊ ibidē. Accidētia magnā ptē con
ferunt ad cognoſcendū qđ quid eſt. et. xij.
Metaph. Actus ſpecificāt habitus. gloſa
quoqȝ in. c. nec aliqua. xxvij. q. j. dicit. per
exteriora interior volūtas dinoſciť. Facit
ad hoc illa vulgaris ſentētia iuris que ait
per exteriora cognoſcunť interiora. §. cer
uos. Inſti. de rerū diui. l. naturalē. §. i his
Interiora cognoſcunť ꝑ exteriora ff. de acquirē. re. do. l. fulcimus. § illud ſci
enduȝ. ff. ex q̄bus cau. in poſ. ea. Ariſto. q̄ȝ
in. ij. priorū ait. Per ſigna corpis nobis no
ta ſillogizamur diſpoſitiōes anime nobis
ignotas. Et Ambroſius in libro. de offi.
di. habitus mētis per ſtatuȝ corpis cogno
ſcitur. Proſper etiā in lib. epi. epigrāma
te. xxij. inq̄t. Ex operū ſpecie clareſcūt inti
ma cordis. De actibus em̄ exterioribꝰ hn̄t
hoīes iudicare. clemen. exiui de paradiſo.
§. cupiētes. de verbo. ſigni. Et ideo quādo
quis hincinde reſpicit mulieres. ⁊ quando
mulier nutibus oculorū aliqua ſigna facit
viris. vel eos reſpicit impudice. ſignum eſt
ꝙ eius animꝰ eſt impudicus. ⁊ hoc crimē
habebat paris qui ſcribēs helene. vt ponit
Ouidius in epiſtolis dicebat. Et tibi per
nutū ſigna tegēda dabā. de quo vitio Au
guſtinꝰ in. c. Nec ſolo. xxxij. q. v. ait. non
dicatꝭ vos animos habere pudicos ſi habe
atis oclꝰos impudicos. q: impudicꝰ oculus
impudici cordis eſt nūcius. Hoc aūt orna
mentū honeſtatꝭ habuit excellētiſſima ꝟgo
benedicta q̄ in oībus actibus ⁊ geſtibꝰ ſuis
circūſpectiſſima ⁊ hōeſtiſſima fuit. Unde
Amb. in. ij. de ꝟginibus ait. Nihil toruuȝ
in oculis marie. nihil in ꝟbis pcax. nihilqȝ
in actu verecūdum fuit. Jp̄a em̄ perfectiſ
ſime adimpleuit illud conſiliū Goffredi ī
poetria dicētis. Seruemꝰ honeſta ⁊ mala
vitemꝰ. Un̄ de ip̄a poteſt dici illud Sap̄.
vij. ⁊ innumerabilis honeſtas per manus
D illius. Et illa de ſe dicere poteſt illud Eccī
xxiiij. Fructus mei: fructꝰ honoris et ho
neſtatis. Quia aūt extrinſeca honeſtas
ſine intrinſeca parū valet: immo h̄uantes
honeſtatē exteriorē: ⁊ habētes inhoneſtā
mentē ſunt ſimiles ſepulchris dealbatis ⁊
ab extra depictis: que intus plena ſunt ca
daueribus mortuorū: ⁊ omi ſpurcitia lȝ a
foris appareāt hoībus ſpecioſa. vt inquit
ſaluator Math. xxiij. de phariſeis. Jdeo
oportet ꝙ mulier nō ſolū ſit honeſta ⁊ in
taminata in opibus: verbis et omnibus
actibus exterioribꝰ. ſed etiā in cogitatiōibꝰ
et deſiderijs intrinſecus. Sciendum eſt
Maior ſit hōeſtas mulieris ꝙ viri aūt ꝙ ſm leges ciuiles maior honeſtas re
quiriť in mulieribꝰ ꝙ in maſculis. et ideo
ex inhoneſtate puniť quādoqȝ mulier ⁊ nō
vir. vt notat glo. in. l. palam. §. q̄ in adul
terio. ff. de ritu nup. Hanc aūt intrinſecā ⁊
extrinſecā honeſtatē habuiſſe ꝟginē bene
dictā patet ꝑ reſpōſionē eius factā ange
lo quādo ei dixit Lu. j. Quō fiet iſtud: qm̄
virū nō cognoſco. quod gloſa exponit. ſ. in
ꝟginitate manere diſpoſui: ⁊ virū non co
gnoſcē ꝓpoſui. et ibidē ait gl. Uide quāta
eſt Marie cōſtantia. que lȝ ſalutata. lȝ cō
fortata. lȝ cōmendata. potius tamē videť
nolle habere prolē ꝙ perdere ꝟginitatem.
⁊ ideo d̄ modo querit: dicētis. Quomodo
fiet iſtud? Bern. quoqȝ in quodā ſermone
inquit. O virgo prudēs. O ꝟgo deuota.
q̄s te docuit deo placere ꝟgitate? Que lex
que iuſticia. que pagina veteris teſtamēti
hoc p̄cipit. Nos legimus apl'm dicentem.
De ꝟginibus p̄ceptū dn̄i nō habeo: conſi
lium aūt do. Tu ꝟo nec p̄ceptū. nec ꝯſiliū.
nec exemplū habuiſti. Hec ille. Tāta auteȝ
fuit honeſtas beate ꝟginis ꝙ nunꝙ mo
tū aliquē vel rebellionē carnis habuit: nec
modicā incōtinentie cogitationē: imo eiꝰ
honeſtas ab oībus in eā aſpicientibus exti
guebat. vt. s. diximus omnē libidinē: quia
vſqȝ ad medullas cordis ip̄orū penetrabat

I Pro ꝯcluſione ꝟo noſtri ſmonis dico
Maria ſpeculū oīs honeſtatꝭ ꝙ beata ꝟgo in hoc ſeculo poſt xp̄um fuit
exemplū ⁊ ſpeculū oīs honeſtatꝭ ⁊ bene vi
uendi. Unde illud Geneſ. j. Fecit deꝰ duo
luminaria magna. luminare maius. ſ. ſolē
⁊ lumiare minus. ſ. lunā. exponi poteſt de
chriſto q̄ eſt ſol iuſticie. ⁊ de ꝟgine bn̄dicta
que diciť luna. quia ſicut luna a ſole reci
pit lumen. ita beata ꝟgo ſplendorē lucis ⁊
gratie. ac normam recte viuēdi ſuſcepit a
xp̄o. Et maxime in illo tempe quo cum eo
cōuerſata eſt. Unde doctor quidā grecus
ſup illud Luce. ij. mř eius cōſeruabat oīa
verba hec cōferens in corde ſuo ait. Conſi
dera prudentiſſimā mulierū Mariā vere
ſapientie matrē qualiť ſcholaris ſit pueri.
Non em̄ vt puero neqȝ vt viro: ſed vt deo
vacabat. ⁊ illius voces et opa reputabat.
⁊ iccirco nihil ex dictis aut factis ab eo in
caſſum illi patebat: ſed ſicut ip̄m verbum
p̄us in viſceribus. ita nūc eiuſdē modos ⁊
dicta cōcipiebat. ⁊ in corde ſuo fouebat et
hec in p̄ſenti cōtemplabať quod expecta
bat in futuro clariꝰ reuelandū. Et hac q̄dē

tanꝙ̄ regula et lege ꝑ totā vitam vtebat͛.
Hec ille. Erat autē virgo maria exemplar
oīuz v̄tutū. Unde ďr in ſmone oīuz ſcōꝝ.
Uirgo maria dei populū faciēdo monebat
ſpernere ꝑituri lux⁹ ſeculi. a lenocinio mor
talis vite declinare: carnis pudicitiā cum
v̄ginitatꝭ honore intra cordis hoſpicia ob-
ſeruare eamqꝫ oīuz v̄tutū reginā fructū ſa
lutis ꝑpetue ſociā eſſe angeloꝝ ſuis affir-
mabat exēplis. Sicut aūt v̄ginitatꝭ et pu
dicitie. ita et oīuz aliaꝝ v̄tutū norma fuit.
Unde Amb. in lib. de v̄gi. inq̄t. Talis fuit
maria vt ei⁹ vn⁹ vita oīum ſit diſciplia. Et
Hiero. in ſmone ad Paulā ⁊ Euſtoc. ait.
Si placeat vobis chariſſime talis ac tāta
v̄go: placeat ⁊ opus v̄tutis eius cui⁹ vita
oīuz diſciplina eſt. cui⁹ mores inſtituta ſūt
eccl'iarū. que ꝑcellit cūctis ⁊ ſupereminet vni-
uerſis. ⁊ infra. Tanta erat claritas v̄tutis
ei⁹ vt alioꝝ vita quodāmodo obſcuraret.
Et hoc eſt veriſſimū. Nam ſi btūs Jobēs
baptiſta tāte fuit ſanctitatꝭ ſic̄ dic̄ Chryſ.
vt ꝯīum alioꝝ vitā redderet culpabilē q̄d
ſentiēdū eſt de mr̄e altiſſimi? Et iō Hiero.
inq̄t. Sicut in cōparatione dei nemo bon⁹
ita ⁊ in cōparatione mr̄is dn̄i nulla inue-
nitur ꝑfecta creatura ꝙuis v̄tutibus exi-
mia comprobet͛. Unus eſt em̄ pr̄ nr̄ qui eſt
in celis: ⁊ vna ē mr̄ noſtra. Una ⁊ ē forma
virtutum Maria. Et iccirco hanc imitemini
moribus ſeq̄mini caſtitatē eius ⁊ iplorate
*Exēplū* auxiliū. Hec ille. ⁊ merito. Nā cū Terēti⁹
dicat in adelphis. Inſpicere tanꝙ̄ in ſpe-
culo vitā hoīuz iubeo. atqꝫ ex alijs ſumere
ſibi exemplū. Et Seneca ad Lucilluz ſcri-
bens conſulat dicēs. Elige tibi cui⁹ tibi pla
ceat vita. Opus eſt em̄ aliquo ad quē mo-
res noſtri ſe erigāt. Niſi em̄ alicui⁹ regulā
preuiā aſpicias: mores eligere nō valebis
Et Catho in ſuis documētis. Multorum
exemplo diſce q̄ facta ſeq̄ris. Que fugias
nobis vita eſt aliena magiſtra. Profecto
oēs xp̄iani debēt ſibi ꝑponere ante oculos
mētis vitā hui⁹ ſacratiſſime ſpōſe celeſtis
tanꝙ̄ irrephēnſibile exemplar oīs ꝑfectio
nis. quod deus fecit in humana ſpecie vt
ipa cū filio ſuo eſſet metrū ⁊ mēſura oīuz
alioꝝ. ſicut fecit ⁊ in oībus alijs generum
ſpēbus ſm ſniam ph̄i. x. Metaph. Ideo
Amb. vbi. ſ. ait. Sic nobis tanꝙ̄ in imagi
ne deſcripta v̄ginitas vitaqꝫ marie in qua
velut e ſpeculo refulget ſpēs caſtitatis et
forma v̄tutis. Hic ſumatis lꝫ exempla vi
uendi. vbi tanꝙ̄ in exēplari magiſteria ſūt
expꝛ̄ſſa ꝓbitatis. q̄ quid corrigere. quid fu-
gere. q̄d tenere debeatis oſ̄ndunt. Hec ille.
Et ideo oēs debemus obſuare illud quod
inq̄t deus Exodi. xxv. dicēs. Inſpice ⁊ fac
ſm exemplar qd̄ tibi in mōte mōſtratuz ē
i. in altitudine vite gl'ioſe v̄ginis quā ego
ab eterno ordinaui ⁊ ꝑ̄paraui vt eēt mihi
ſpōſa. filijqꝫ mei mr̄ ⁊ ſpūs vtriuſqꝫ habi-
tatio digna angeloꝝ regina. atqꝫ omniuz
hoīuz regula ⁊ magiſtra. Cui eſt honor ⁊
gl'ia in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Pars tertia hui⁹ ſmonarij qd̄ mariale
appellat͛. In qua tractat͛ de gl'ioſe matris
dei noiatione. Hec aūt pars ꝓprio ac par-
ticulari nomine mare magnuz btē v̄ginis
nuncupatur.

Sermo primus.

N Omē virginis

A Maria. Luce. j. Licꝫ ꝓp̄a *Nomia*
nomina ponant͛ ⁊ mutent͛ *ꝓpria*
pro libito ꝓprie volūtatis
C. de muta. nomi. l. j. et iō
de his nō curat͛. l. ſi quis in fundo vocabu-
lo. ff. de lega. primo. vnde dicit͛ ꝙ diſpu-
tatio de ꝓprio noie eſt relinquēda ꝑtinacī
bus. vt inquit glo. in. l. recepticia. in verbo
vocabula. C. de conſti. pecu. nā de nomine
ꝓprio q2 facti eſt nō poteſt reddi rō. vt ait
Bar. in. l. fi. §. penul. ff. ad muni. Tn̄ alibi
dicit͛ ꝙ expreſſio ꝓprij nois multū operat͛
l. ſi ſuus cōis. ff. de ſtipu. ſuo. l. fi. C. ꝑ q̄s
ꝑſonas no. acqui. ⁊. l. ſi cui balneū. ff. qui.
mo. vſuffruc. amit. Itē ſolꝫ dici ꝙ magnū
eſt ꝑuilegiū vocari bono noie. l. j. iuncta gl.
in verbo hāc. C. de ſumma trini. ⁊ fi. ca. ⁊
nihil mali eſt honeſti hois nomē aſſume-
re. l. facta. §. ſi mādata. ff. ad trebel. Dicit͛
etiā ꝙ ex qualitate nois ꝓprij oſtenditur ⁊
arguit͛ qualitas ꝑſone. vt ait glo. in rubri.
ff. veteris. in v̄bo Juſtinianus. ⁊ gloſa in
ꝓemio ſexti. vbi ex noie Bonifacij arguit͛
ꝙ erat bona facies. ꝓpter hoc etiā Accur
ſius florētinus gloſator exími⁹ multū glo-
riatur de noie ſuo in. d. l. facta. §. ſi i dada.
ff. ad tre. in verbo cōditio. dicēs ſe habere
honeſtū ⁊ pulchꝛū nomē. ⁊ ꝙ vocat͛ Accur
ſius. quia occurrit ⁊ ſuccurrit contra tene-
bras iuris ciuilis. Capꝛopter beatiſſima
virgo Maria merito gloriari poteſt de ſuo
excellētiſſimo noie. Pro cui⁹ declaratio *Nomia*
ne eſt ſciendū ꝙ vt inq̄t beatus Thomas *ſūt reb⁹*
in. iij. parte ſumme. q. xxxvij. ar. ij. nomia *cōſona.*



debent ꝓprietatibus rerū correſpōdere. vt
patet in noibus generū ⁊ ſpecierū. iiij. me-
taphiſice. Ideo dicit͛ cōmuniter ꝙ nomia
debēt reb⁹ eē ꝯſona. xxj. diſtin. c. cleros. xij.
q. j. c. clericus. xvj. q. j. c. ſi cupis. xxiiij. q. j.
c. pudēda. de preben. ⁊ digni. c. cū ſm apo
ſtolum. ⁊ inſti. de dona. §. eſt ⁊ aliud. et in
aut. de conſu. §. ſed ſi quis. ⁊. C. de epiſc. et
cleric. l. decernim⁹. ⁊ de offi. p̄. vr. l. j. ⁊ de
defen. ciui. l. defenſores. ⁊. ff. de tutel. l. j. et
in auten. de defen. ciui. in ꝑ̄ncipio. coll. ij.
facit. c. penitētia. el ſecūdo. ⁊ ibi glo. de pe.
diſti. iij. ⁊. l. a nullo. C. de feri. ⁊. l. ita vul-
neratus. in ꝑ̄ncipio. ff. ad legeꝫ aquil. ꝙ ſi
hec regl'a locū haber in noibus quarūcūqꝫ
rerū. multo magis ſortiet͛ effectū in noib⁹
a deo impoſitꝭ que ſignificāt aliquod gra-
tuitum donū: tali noiato diuinitus datuz
ſicut Geneſ. xvij. dixit deus Abrae: voca-
beris Abraā. quia patrē multarū gētium
cōſtitui te. Ante quippe vocabat͛ Abram
per vnū a. tm̄. ⁊ Matth. xvj. inq̄t chriſtus
Symoni. Tu es Petrus: ⁊ ſuꝑ hāc petraꝫ
edificabo eccl'iam meā. Dixit quoqꝫ ange-
lus Joſeph ſponſo v̄ginis de noie filij dei.
Matth. j. Uocabis nomē eius ieſum: ipē
em̄ ſaluū faciet populū ſuū a pctis eoruꝫ.
Jeſus quippe ſaluator interpretat͛. Quia
ꝰ nomen mr̄is xp̄i impoſituꝫ eſt a deo. vt
inq̄t Hieronym⁹ ſuꝑ Matth. ⁊ Amb. in
ſermone de natiuitate v̄ginis. ⁊ Berū. ſu-
per miſſus eſt. ⁊ Anſelm⁹ in lib. de ꝯceptu
virginali. c. ij. ⁊ Bartholome⁹ de piſis in
lib. beate v̄ginis fructu. viij. ita ꝙ dici po
terat virgini naſcēti illud Eſa. lxij. vocabi
tur tibi nomē nouū quod os dn̄i nomina-
uit. ⁊ Eſa. lxiij. A ſeculo nomē tuuꝫ. Dixit
quoqꝫ illi de⁹ illud Eſa. xlv. Ego dn̄s qui
voco nomen tuū. Nomen etiā ſuuꝫ expꝛ̄ſſit
angelus dum dixit illi Luce. j. Ne timeas
Maria ⁊c̄. Unde dicere poterat ipē ange
lus illud Eſa. xliij. vocaui te nomie tuo. qd̄
os dn̄i nominauit. Profecto nō eſt dubitā-
dum maximā eſſe nois eius excellentiaꝫ ⁊
ꝓprietateꝫ: quia emanauit ab illo qui op⁹
impfectionis nō nouit. c. maiores. ver. lꝫ
adhuc. extra de baptiſ. Item q2 nomen ďr
excellens ⁊ elegās quādo eſt verificabile ī
quacūqꝫ eius parte. vt dicit glo. in. l. iuriſ-
gentiū. in ꝑ̄ncipio. in gl. magna. ff. de pact.
⁊ glo. in rubrica. C. de rerum ꝑmutatione.
*Nomē* Non immerito beate v̄ginis nomē quod
in qualibꝫ littera verificabile eſt ac mīras
denotat prerogatiuas excellentiſſimū dici
debet. Unde ipſi v̄gini dicere poſſumus
illud p̄s. viij. Admirabile eſt nomē tuuꝫ in
vniuerſa terra. Ipſa quoqꝫ dicere poteſt il
lud Malachie. j. Ab ortu ſolis vſqꝫ ad oc-
caſum magnū eſt nomen meū in gentibus
⁊ in omni loco. Nos ergo de noie eius di-
camus illud p̄s. lxxj. Sit nomē eius bn̄di-
ctum in ſecula. ante ſolē ꝑmanet nomē ei⁹
ſcꝫ in dei ꝑ̄deſtinatione. Ipſi quoqꝫ v̄gini
dicere poſſumus illud Uirgilij in. j. Eney.
Semꝑ honos nomenqꝫ tuū laudeſqꝫ ma-
nebūt. De quo noie mr̄is dei qd̄ vt refert
euāgeliſta in verbis ꝓpoſitis dicit͛ maria.
loqui volētes: quia diuiſio animū incitat. *Diuiſio*
mētem intelligētis preparat. ⁊ memoriaꝫ
artificioſe reformat. vt ꝓbatur. ff. de doli
excep. l. ꝑ̄ma. in ꝑ̄ncipio. vbi Albric⁹ de ro
ſate. ⁊ in proemio inſtitu. §. igit͛ poſt qui-
quaginta annos. et ibi glo. ⁊ per Senecaꝫ
in lib. epiſtolarum. xvj. epiſtola. j. que eſt
lxxxix. quo ad totū librum. Ideo diuiden-
do hunc ſermonem tres conſiderationes
ac emus
Prima appellabit͛ appropriationis.
Scd̄a figurationis.
Tertia v̄o ſignificationis.

Prima pars huius ſmonis que dicit͛
appropriationis.

B Eata dei mat͛ appellat͛ maria.
quia in ſe habet ꝑfectionē ⁊ ꝓ- *B*
prietatē quīqꝫ lapidū ꝑ̄cioſoꝝ.
quorū nomina incipiūt ab vna
illarū q̄nqꝫ litterarū ex q̄b⁹ nomē v̄ginis
cōponit͛. Per M. aūt denotat͛ ꝙ ipa dici
poteſt margarita q̄ eſt lapis ꝑ̄cioſus. pul- *Mar-*
cher. cādidus. ⁊ clarus. qui vt ďr in lib. de *garita.*
ꝓprietatibus rerū habet v̄tutē abſterſiuā
q2 mēbra a ſuꝑfluis humorib⁹ abſtergit. ⁊
v̄tutē reſtrictiuā: q2 fluxū ſanguis et ven-
tris reſtringit. ⁊ virtutē confortatiuaꝫ. q̄a
cor debile confortat ⁊ fortificat: maxie in
ꝑiculis. Beata enim v̄go maria per gr̄am
quā nobis infundit habet virtutē abſterſi
uam inquātū abſtergit pctā ꝑ̄terita. habꝫ
virtutē reſtrictiuā inquātū aimū reſtrīgit
ne fluat ad peccata futura. habet quoqꝫ vir
tutem cōfortatiuā inquātū ꝯfortat ⁊ for-
tificat cor ꝯtra mala ꝑn̄tia. Iſta nāqꝫ tria
a deo ⁊ ab ipa petere debemus. Un̄ ſuper
illud Matth. xxvj. Orauit tertio eundem
ſermonē dicens. dicit glo. tribus vicib⁹ ora
uit vt nobis ⁊ a ꝑ̄teritis peccatis veniam

et a ꝑſentibus malis tutelã ⁊ a futuris pe
riculis cautelã impetraret. Non ſolũ autẽ
per M. denotatur ꝙ beata ꝟgo fuit marga
rita, ſed etiã ꝙ ip̃a ꝑcioſaꝫ gñauit marga
ritam. Unde ſciẽdũ eſt ꝙ vt inq̃t Iſid. in
lib. ethymol. xvj. Margarita generatur in
ꝯculis marinis, ⁊ ideo appellatur magarita
a mari. Certo em̃ tempe anni ip̃e concule
ad littus maris ſe trãſferũt ⁊ ibi ſe apiũt
⁊ rorẽ celeſtẽ inter ſua viſcera recipiunt: ex
cuiꝰ coagulatiõe margarita generatur. Iſta
coclea ſiue concula fuit ꝟgo maria que ſe
aperuit vt rorẽ celeſtẽ reciperet. ⁊ margari⸗
tam. i. xp̃m inter ſua viſcera cõciperet. naꝫ
ſe aperuit qñ ãgelico nũcio ꝯſenſuꝫ ꝓbuit.
vt ſup eã ros ſpũſſancti deſcẽderet ac illã
fecũdaret. cũ dixit Luce. j. Ecce ancilla dñi
⁊c. ⁊ tũc generata eſt ꝑcioſa margarita. ſ.
filius dei. De hac aũt ſpũſſancti roratõe ⁊
b. ꝟginis aptione ꝑdictũ fuerat Eſa. xlv.
vbi dr̃. rorate celi deſup: ⁊ nubes pluãt iu⸗
ſtum: aperiatur terra ⁊ germinet ſaluatorẽ.
O igitur deuoti xp̃iani cũ margarita nõ ſit
mittẽda ante porcos. i. immũdos. c. nolite
x. q. iij. ⁊ c. in mãdat. xliij. di. ⁊ c. nõnulli.
de peni. diſ. j. fugite peccati immũditiã et
ꝑ innocentiã mũdi eſtote. ſicut ille bonus
negociator: de quo inq̃t ſaluator Matth.
xiij. dicẽs. ꝙ inuẽta vna ꝑcioſa margarita
vẽdidit vniũſa q̃ habuit ⁊ emit eã. Debe⸗
mus ergo oĩa q̃ habemus deo vendere: vt
poſſimus iſtã ꝑcioſam margaritaꝫ nobis
emere. Uẽdamus itaqꝫ corpꝰ noſtrum per
macerationẽ. aĩam noſtrã ꝑ purificatõeꝫ:
⁊ res mũdiales ꝑ elemoſynarũ largitiõeꝫ.
⁊ temꝑaliũ ꝯtemptionẽ. Ip̃a etem̃ marga
rita inq̃t Prouer. viij. Qui me inuenerit:
inueniet vitã: ⁊ hauriet ſaluteꝫ a domino. E

Adamas Scḋa lr̃a huius bñdicti nõis Maria ẽ
A. ⁊ denotat ꝙ ip̃a eſt adamas. q̃ vt dr̃ in
ꝑdicto libro de ꝓꝓetatibus rerũ dr̃ gẽma
recõciliationis ⁊ amoris. ſm̃ Diaſcori. q̃
inter alias ꝓꝓetates habet ꝟtutẽ reconci
liatiuam ⁊ ad amorẽ inductiuã. Ipſa eniꝫ
beata ꝟgo recõcilliauit humanũ genꝰ cum
deo ⁊ amicitiã inter eos induxit. vnde ip̃a
inquit Eccĩ. xxiiij. Ego mater pulchre dile
ctionis ⁊c. De hoc aũt lapide precioſo qui
adamas appellatur ⁊ de alijs lapibibus pre
cioſis tractatur in. l. ſi. §. ſpẽs. ff. de publica.

Rubinꝰ Tertia littera eſt R. per quã denotatur
ꝙ ipſa eſt rubinus ſiue carbũculus qui eſt
valde ſplẽdidus ⁊ habꝫ ꝟtutẽ letificatiuã.
vt dicitur in lib. de ꝓꝓrietatibꝰ rerꝫ. Ipſa em̃
gratioſa virgo letos facit viuere deuotos
ſuos. vnde illi dicere poſſumꝰ illud Cant.
j. Exultabimus et letabimur in te. vel põt
dici ſm̃ quoſdã doctores. ꝙ per R. deno⸗
tatur ꝙ ip̃a generauit rubinũ ſiue carbun
culum qui naſcitur in viſceribus ſaphyri ha
bentis ſplendorẽ ⁊ colorẽ celeſtẽ. vt dicitur ĩ
ꝑdicto li. de ꝓꝓe. rerũ. Iſte ei ſaphirꝰ figu⸗
rat beatã ꝟginẽ in cuius viſceribꝰ opatõe
Qualr̃ aũt iſta cõceptio fuit mirabilis oñdit Bern. in ſmone de natiuitate dñi di. In illa aſſumptiõe noſtre carnis fecit deus mixturas tres mirabiles. cõiũcta quidẽ ſunt tria ad inuicẽ. deꝰ ⁊ homo. mater ⁊ ṽgo. fides ⁊ cor humanũ. In prima cõmixtione trinitas eſt in ſubſtantijs et vnitas in ꝑſona: ſicut in diuinitate ſumma trinitas eſt in ꝑſonis ⁊ vnitas in ſuba ⁊ ſicut ibi ꝑſone nõ ſcindũt vnitatẽ. ⁊ vnitas nõ minuit trinitatẽ, ita in hac nec ꝑſona ꝯfũdit ſbãs. nec ipẽ ſube ꝑſõe diſſipãt vnitatẽ. Scõa eſt mr̃ ⁊ ṽgo. A ſeculo õppx nõ eſt auditũ ꝙ ṽgo pepit. ⁊ ꝙ mať ṽgo ꝑmãſit. Tertia eſt fides ⁊ cor humanum. Mirũ eſt em̃ ꝙ humanũ cor his duobus fidẽ accõmodauit. ſ. ꝙ deus homo eſſet. ⁊ ꝙ ṽgo pepiſſet. Sicut em̃ ferrũ ⁊ teſta nõ põt cõiungi, ſic ⁊ hec duo nequeũt miſceri ſi nõ miſceanť glutino ſpũſcti. Quia igiť ꝯceptõ xp̃i ſic fuit mirabil'. iõ fuit iueſtigabilis. Propter quod dicit Joh. baptiſta, vt habeť Joh. j. Cuius nõ ſum dignus vt ſoluam corrigiã calciamẽti eius. Per pedem ſignificať diuinitas. ꝑ calciamentũ caro. ꝑ corrigiã aũt anima. Sicut em̃ pes mediante corrigia calciamẽto iungiť. ſic diuinitas mediãte anima carni vniť. qui aũt neſcit mediũ: ignorat extrema. Et qꝛ Johes dixit ſe nõ eẽ ſufficiẽtẽ itelligere vel alij exponere xp̃i corrigiã. i. eius aĩam. ꝑ ꝯſeqñs relinquiť ꝙ nõ ſit ſufficiẽs cognoſcere eiꝰ pedẽ. i. diuinitatẽ. nec eius calciamentũ. i. eius corpus de ſpũſancto genitũ. de quo ĩ quodã ſmone dicit Petrus rauẽñ. Hodie eſt ineffabile ſacřm ꝯceptionis dñice. credere magis cõuenit q̃ referre. Naz qd̃ natura nõ habet. vſus neſcit. ignorat ratio. mẽs nõ capit humana, celum pauet, terra ſtupet, creatura mirať, qualr̃ humanꝰ ſermo enarrabit? Quis em̃ attinget arcanũ diuinitatꝭ. partũ ṽginis. cauſam rerũ. ſeculorum negociũ. diuinitatꝭ ⁊ carnis cõmerciũ. at hoiem deuz. Hiero. quoqꝫ in ſmone ad Euſto. ait. Fuit igiť mirabilis. quia fuit ſupra naturam. ex eo ꝙ manens ṽgo ꝯcepit. Fuit ſupra rõnẽ. ex eo ꝙ deũ genuit. Cõtra hũanã ꝯditionẽ. ex eo ꝙ ſine dolore pepit. Cõtra ꝯſuetudinem. ex eo ꝙ ſine pctõ de ſpũſctõ ꝯcepit. Hec ille.

Pars ſecũda huius ſmonis que diciť congruitatis.

M

Xp̃s debuit ꝯcipi ⁊ naſci ex femina.

C Ongruũ fuit xp̃m concipi ⁊ naſci de femina ⁊ carnẽ de muliere aſſumere: ⁊ non de viro vel alia materia ꝓbat magiſter in iij. di. xij. ⁊ ſacri doctores ibidẽ. ⁊ b. Tho. in tertia pte ſumme. q. xxxj. ar. iiij. Et hͦ veritas multis põt rõnibꝰ corroborari. Prima dͬ nobilitatis ſic. Sicut em̃ ſi rex nobilitare vellet vnã domũ totã, nceſſariũ eſſz ꝙ ⁊ maſculos ⁊ feminas oẽs ꝑuilegiaret, ſic deus volens totã naturã humanã nobilitare: voluit ipſe maſculꝰ eſſe ⁊ de femina naſci. vt vtrũqꝫ ſexũ nobilitaret. Et hec rõ tangiť a magr̃o. ⁊ fundať ĩ dictꝭ Aug. in li. lxxxiij. queſtionũ. di. Deus cũ liberat non partẽ aliquã tm̃ ſed totuz liberat. Qd̃ etiã habeť de peni. diſt. j. c. quẽ penitet. ſequiť Augu. Sapia aũt eſt verbũ dei. quĩ diciť filius vnigenitꝰ. qui hoĩe ſuſcepto liberationẽ hoĩs indicauit. Hec ille. Ex qbꝰ ſic arguit magiſter dicẽs. Hoĩs aũt liberatio in vtroqꝫ ſexu debuit apparere. Ergo quia virũ oportebat ſuſcipe qui ſexus honorabilior eſt, l. j. ff. de ſena. ⁊ l. in multis. ff. de ſta. ho. cõſequẽs erat vt feminei ſexꝰ liberatio appareret. ꝙ ille vir de femia naſceretur. Hec ille. Si em̃ ita peccauit ſexus maſculinꝰ ſicut femininꝰ, ergo pari paſſu fuit ambulandũ vt in ſil'i dͬ in. l. maximũ vitium. C. de libe. pte. ⁊ in. §. maſculos. inſti. de exhe. libe. Preterea etiã fuit cõgruũ vt in feminis ſpem ipẽ dñs confirmaret.

Xp̃s cõceptus erexit ſpez femĩnis

Si em̃ ſexum virilẽ aſſumens ab hoc myſterio femias excluſiſſet. q̃ ſpes mulieribꝰ in xp̃o fuiſſet? Nam in penã peccati ſatis fuit ſubiectus feminęꝰ ſexus. cũ eue dictũ



fuit. ſub viri ptãte eris: ⁊ ipẽ dñabitur tui Geñ. iij. Unde vt habeť ibidẽ. ſicut Adam dixit deo. Mulier quã dediſti mihi: dedit mihi ⁊ comedi. ſicut eius poſteri dicebant illud Eccĩ. xv. A muliere initiũ factum eſt peccati ⁊ ꝑ eã oẽs morimur. Quocirca vt mulier quoqꝫ cõgnoſceret ſe fore redẽptã. ⁊ aliquantulũ recuparet dignitatẽ ꝑditã. congruũ fuit vt homo a deo aſſumẽdus de femina conciperet. Unde Bern. ſup Cañ. inquit. O admirandã ⁊ om̃i laude digniſſimã ṽginẽ. o feminã ſup oẽs feminas ſingulariter venerandã. atqꝫ mirabilẽ parentũ reparatricẽ ⁊ poſterorum viuificatricem. ⁊ infra. Letare pater Adam. ſed tu magiſ exulta mater eua. de qua ortũ eſt malum ꝑus cuius opprobriũ in oẽs trãſit mulieres: Inſtat nãqꝫ tẽpus quo iam tollať opprobriũ, nec habet vir qd̃ amplius cauſeť aduerſus mulierez, quia ecce ſi vir decidit ꝑ feminã iam nõ erigiť niſi ꝑ feminã. hec ille. Et Aug. in ſmone de natiuitate ṽgĩs ait. Eua occidẽdo obfuit. maria viuificando ꝓfuit. ꝑcuſſit illa, ſanauit iſta. vñ ⁊ merito maledictio eue in bñdictõe mutať marie. hec ille. Qd̃ bene ip̃m aue ſignificat. in quo quidẽ ſunt eedẽ lr̃e q̃ in hoc noĩe Eua ſunt ſed ꝑpoſtere. vt pꝫ intuẽti. ⁊ ſic patet ꝑma ratio quare fuit congruũ xp̃m aſſumere carnẽ de femina.

N

Per cõtraria chriſtꝰ nos redemit

Scõa rõ dͬ contrarietatis. ꝓpoſuit em̃ deus noſtrã ĩfirmitatẽ curare ꝯtrarijs. Quia vt ait Greg. in quadã omel'. cõtraria ꝯtrarijs curanť. vt calida frigidis ⁊ frigida calidis. Nõ em̃ vt ait Augꝰ. in quodã ſmone. moriť frigꝰ niſi in calore. nec moriť amaritudo niſi in dulcedĩe. ⁊ nõ eſt mortua mors niſi ĩ vita. Peccauit em̃ Adã in dulcedine ligni vetiti. ſatiſfecit xp̃us in amaritudine crucis et fellis. vnde valde congruũ fuit vt ſicut per mulierẽ ſuperbã factũ fuit initiũ ruine noſtre. ita ꝑ mulierẽ humilẽ ſumeret initiuz noſtra redẽptio. vt ait Beda ſup Luc. Qꝛ nihil tam naturale q̃ vnũquodqꝫ diſſolui eo vinculo quo ligatũ eſt. l. nihil. ff. de reg. iu. ⁊ c. j. extra. eo. ritu. Et ad hoc applicari poſſet illud Ouid. in. j. de remedio amo. Una manus vobis vulnus opemqꝫ ferat. Manus em̃ femine nos vulnerauit. ⁊ manus femine nos ſanauit.

O

Tertia rõ diciť oſtẽdende veritatis. nã ſi xp̃us natus non fuiſſet de femina: nullus vnq̃ verũ hoiem ip̃m fuiſſe crediſſet. cũ multi heretici euz fuiſſe verũ hoiem negauerint. ⁊ ſi de ṽgĩe natus ſit. qm̃ ergo neceſſariũ eſt humanitatem xp̃i credere. qꝛ vt Leo papa inqͭ in ſmone natiuitatꝭ dñi. Paris ꝑiculi res eſt cũ in xp̃o dño aut paterne gl'ie negať equalitas, aut nr̃e nature ṽitas. Neceſſariũ fuit ad oſtenſionẽ iſtius veritatꝭ vt xp̃us ex femina naſcereť. Hinc Amb. in li. de incarnatione ṽbi ait. Multa ſm naturã veniẽs multa ſupra naturã fecit. Scdm̃ ꝯditionẽ em̃ nature in vtero formatũ eſt corpus ſed ſupra naturã ṽgo ꝯcepit virgo peperit vt crederes qꝛ deus erat q̃ innouabat naturã ⁊ homo erat qui ſm naturã naſcebatur ex hoĩe. i. humana carne. hec ille. ⁊ ꝓpter ꝑdicta inqͭ Sco. in. iij. di. iiij. ꝙ. b. ṽgo poteſt dici mr̃ xp̃i naturalis ⁊ miraculoſa. Predictã quoqꝫ rõnem approbãs Aug. ĩ epl'a ad voluſianũ inqͭ. Si oĩpotens deꝰ vndecũqꝫ formatũ hoiem nõ ex matͥno vtero ſꝫ repẽte afferret aſpectibꝰ hoĩm. nõne opinionez ꝯfirmaret erroris vt nõ verum hoiez aſſumpſiſſe crederet. ⁊ dũ oia mirabiliter faceret: deſtrueret qd̃ miſicordiť fecit. nũc ṽo ita inter deũ ⁊ hoiez mediator appuit vt in vna ꝑſona copulãs vtrãqꝫ naturã. ⁊ ſolita ſublimaret inſolitis ⁊ inſolita ſolitꝭ temparet. hec ille.

Xp̃ſ cõgruẽtiꝰ carnem aſſũpſit de femina ⁊ ṽgine

Licꝫ aũt vt ait ſctũs Bona. in. iij. di. xij. ar. ij. q. iij. xp̃s potuiſſz aſſumere carnẽ de viro ⁊ muliere ſic aſſumpſit de muliere tm̃ ⁊ ṽgine. qꝛ ſic opatione ſpũſſancti purificauit vterũ ṽginis. ſic purificare ⁊ ſctificare potuit ſi voluiſſet vim generatiuã in viro ⁊ muliere. vt ex eis ſanctus naſcereť abſqꝫ vlla feditate. vñ potuit abſqꝫ incõgruẽtia ſi voluiſſet carnẽ aſſumere ſm legẽ nature iſtitute de viro ⁊ muliere. cõgruentius tñ fuit vt carnẽ aſſumeret de muliere tm̃ ⁊ ṽgine. qd̃ ꝓbať multꝭ rõnibus ſm Bonauẽ. vbi. ſ. ⁊ Tho. in. iij. parte ſum. q. xxviij. ar. j. ij. et. iij.

P

Et ꝑmo rõne cõſeruationis. ſ. honoris patͥni. decet em̃ filiũ honorare parẽtes. ſicut ꝑceptum eſt Exo. xx. ⁊ l. veluti. ff. de iuſti. ⁊ iu. ⁊ l. liberto. ff. de op. li. Chriſtus igiť qui non venit ſoluere legẽ ſed adimplere. Mat. v. Honorauit prẽm ſuuz in vita ⁊ in morte. In vita ipius honorẽ querẽdo. Uñ dicebat Joh. viij. Ego honorifico prẽm meuz. In morte ṽo ꝓpter obedientiã eius moriendo, vt habeť ad Epheſ. ij. Congruum itaqꝫ fuit. vt etiã in ꝯceptione ſua ſuaret honorẽ paternũ. qd̃ vtiqꝫ nõ feciſſet ſi aliũ

ſibi patrē ab ipſo deo in terra q̄ſiſſet. Et h̄
eſt rō b. Bona. vbi. ſ. Qui etiā ibidē arguit
ſic. Filiꝰ oꝫ honorare matrē ſuā ſicut ⁊ pa-
trē iuxta poſſibilitatē ſuam. quia ſm̄ pħm
viij. ethi. Parētibꝰ nō pōt equiualēs red-
di. ſed xp̄s potuit hūc honorē ſeruare ma-
tri ſi eyt ꝟgo ꝑmaneret. ergo cōgruebat vt
faceret. q꞉ filiꝰ nō honorās matrē impiꝰ eſt
vt ait Bal. in. l. cōgruētiꝰ. in fi. C. de pa. po.
Nequaq̄ aūt decuiſſet vt filius dei qui om
nia reſtaurare ⁊ ꝑficere venerat: matrē pe-
iorem nobis reddere q̄ accepiſſet. Si eniꝫ
Joſeph ampliora dona dedit beniamin q꞉
frater eius vterinus erat. Gen̄. xliij. quāto
magis filius dei p̄cioſiſſimū donū fecundi
tatis ꝟginalis que excedebat fecunditateꝫ
cōiugalē ⁊ cōtinentiā vidualē debuit dare
matri ſue. Et hāc rationē tangit Augꝰ. in
ſermone de natiuitate xp̄i dicēs. Fas non
erat vt per eius aduentum violaretur inte
gritas: q̄ veniebat ſaluare corrupta. ⁊ iteꝝ.
Electa eſt ꝟgo integra cui fecūditas m̄ris
daretur. ⁊ facta eſt fecūda mater in q̄ ꝟgi-
nis integritas ſeruaret. Scd̄a rō d̄r deco-
rationis. ſ. ſapiētie eterne. Nā Sap. vij. d̄r.
ꝙ ſapiā eſt cādor lucis eterne ⁊ ſpeculum
ſine macula. ⁊ Heb. xj. d̄r. ꝙ eſt ſplēdor pa
terne gl'ie ⁊ figura ſubſtātie eius. Sed ſi-
cut dicit Aug. in quodā ſermōe. ⁊ Amb. in
li. de ꝟginitate. Nihil eſt puriꝰ matre inta-
cta. ergo decebat vt ex matre icorrupta na
ſceret ipſa dei ſapiētia. Et hāc rationē tan
git Ber. in quodam ſermōe di. Nō decebat
deū aliā matrē q̄ ꝟginē. nec virginē aliuꝫ
filiū habere q̄ deū. q꞉ nec maior inter ma-
tres. nec maior inter filios naſci potuit. O
igitur dn̄a mater ꝑ quā talē habemus fra
trē: quid gratiaꝝ. quid laudis tibi retribue
mus? h̄ ille. qui etiā ait. Deū decebat hmōi
natiuitas qua nō niſi de ꝟgine naſceretur.
Talis cōgruebat ⁊ ꝟgini partꝰ vt nō pare
ret niſi deū: voluit itaqꝫ deus illā eſſe virgi
nē de qua immaculata immaculatꝰ ꝓcede-
ret omniū maculas purgaturus. Et beatꝰ
Ambro. inq̄t. Ut corpus eius verū oſtēdere
tur naſcit ex femina. ſed vt oſtēderet eiꝰ di
uinitas naſcitur ex ꝟgine. Tertia rō d̄r ꝑ-
fectionis vniuerſe nature. Scd̄m enim An
ſel. quattuor modis pōt deus ꝓducere ho-
minē ad eſſe. Aut ſine viro et femina ſicut
eduxit Adam Gen̄. j. aut de viro ſine femi-
na ſicut Euaꝫ. Gen̄. ij. aut de femina ⁊ viro
vt oēs cōiter generant. aut de femina ſine
viro. ⁊ hoc decuit fieri in incarnatiōe filij
dei. rōne ſingulariſſime puritatis. Et hāc
rōnem tāgit dn̄s Bonauē. vbi. ſ. ⁊ Tho. i
iij. pte ſumme. q. xxxj. ar. iiij. que poteſt ſic
ꝯfirmari. Sic em̄ vt dixit. b. ādreas apl's
Egee ꝓconſuli. Primus Adam fuit forma
tus ex terra ꝟgine q̄ ante nō fuerat labo-
rata: ſed ſolū paradiſi fluminibꝰ rigabat.
Gen̄. ij. ſic congruū fuit vt ſcd̄s adā fieret
ex intacta ꝟgine que laborata nō eēt viri
cōplexibus: ſed ſolū rigata celeſti grā tāq̄
paradiſi fluminibus. Et hec eſt terra de q̄
p̄s. lxxxiiij. ait ꝓpheta. Dn̄s dabit beīgni
tatē. ⁊ terra noſtra dabit fructum ſuum.

Quarta rō d̄r cōpletionis ſcꝫ grē diue
in ip̄a ꝟgine. Nam Lu. j. dictū eſt ei ꝑ an-
gelū. Aue grā plena. Non fuiſſet aūt plēa
gratia ſi ꝟginitatis ꝟtutē ⁊ aureolā non
habuiſſet. Quintā rōnē ponit Alex. lō-
bardus in. iij. diſt. xij. q. vl. di. ꝙ ſic lapſus
humani generis factus eſt in vtroqꝫ ſexu
⁊ inchoatus eſt in muliere. ac ꝯſummatꝰ
in viro. ſic etiā congruū fuit in reparatōe
vt ſexus vterqꝫ interueniret. ⁊ ſicut eua ꝟgo
pctm̄ inchoauit. ſic maria ꝟgo ſalutē gene
raret. ⁊ ſic ꝑ mulierē inchoaret reparatio
⁊ cōſummaret ꝑ viruꝫ. ſ. xp̄m dn̄m. ⁊ hec
ratio dici pōt repationis. Sexta aūt dicit
cōmēdatiōis. ſ. ip̄ius ꝟginitatis. nā vſqꝫ
ad aduentū xp̄i hec ꝟtus neſciebat. cū tn̄
ſit p̄cipua ⁊ ſingularis. Quā ſemꝑ impe-
rator. i. xp̄s duxit eſſe colendā ⁊ venerādā
l. ſi qua. C. ad ſena. conſul. or. Sed oēs illi
p̄cepto ſe obligatos ſentiebāt. Geneſ. j. c.
Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊c̄. ⁊ ad hoc in
tendebāt: hocqꝫ affectabāt. Cōgruū ergo
fuit vt hec ꝟtus nob oſtēderet: ⁊ i vtroqꝫ
ſexu vt viri haberēt quē imitarent. ſ. xp̄ꝫ
ꝟginē. ⁊ mulieres quā ſeq̄rent. ſ. eiꝰ m̄reꝫ
ꝟginitas em̄ eſt illa q̄ replet paradiſum. c.
nuptie. xxxij. q. j. Ipſa em̄ eſt potēs deo cū
fiducia hoīm aīas p̄ſentare. §. ſancimꝰ. in
aut. de leno. ⁊ ꝑ glo. in. l. ij. ff. de origi. iu.
⁊ in aut. de mōa. §. penl'. coll'. j. Septia
ratio d̄r cōditionis ſiue ꝓprietatis ipſius
verbi generati. Uerbū em̄ abſqꝫ corruptio
ne cordis concipit. q̄nimmo cordis corru
ptio ꝑfecti ꝟbi conceptionē nō patitur. q꞉
ḡ caro xp̄i ſic fuit a ꝟbo dei aſſūpta vt eſſꝫ
ipſius caro ꝓpria. cōueniens fuit ꝙ etiam
ip̄a ſine corruptione conciperet. Unde in
quodā ſmone epheſini cōcilij dicit. Neqꝫ
verbū noſtrū cum parit corrūpit mentem



neqꝫ deus ꝟbū ſubſtātiale partū eligēs ꝑe
R mit ꝟginitatē. Octauā rōnē ponit Au-
gu. in lib. de ſctā ꝟginitate di. Oportebat
caput noſtrū inſigni miraculo ſm̄ corpꝰ na
ſci de virgine: vt ſignificaret mēbra ſua de
ꝟgine eccl'ia ſm̄ ſpm̄ eſſe naſcitura. h̄ ille.
Et hec rō pōt dici ſignificatiōis. Hāc etiā
ꝟitatē ꝓbare poſſumꝰ tali rōne. Si enim
ſummus ſacerdos nullā corruptā poterat
ducere in vxorē. vt hr̄ Leui. xxj. quāto ma
gis ſpōſa dei patris debuit eſſe incorrupta
⁊ omni mūdicia pleniſſima.

Pars tertia huiꝰ ſermōis de bn̄dicte an
S nūciationis iocūditate.

Conce- q Uā iocūda fuerit annūciatio hec
ptio xp̄i hodierna die facta: hūanis non va
fuit io let ꝟbis enarrari. Fuit em̄ p̄mo io
cundiſſi cūdiſſima deo. Sicut em̄ q̄libet rex ſolēni-
ma zat ⁊ leticiā facit ac ferias fieri precipit. vt
in glo. in rubrica. C. de ferijs. qn̄ eius filiꝰ
ꝯtrahit m̄rimoniū. Sic deꝰ pater ineffabi-
lē ſolēnitatē fecit qn̄ eiꝰ filiꝰ cū hūana natu
ra ꝑ incarnationē ſe copulauit. Jō dicitur
Mat. xxij. Sil'e eſt regnū celoꝝ homini re
gi q̄ fecit nuptias filio ſuo. Si em̄ letatꝰ eſt
abraā in ortu ⁊ ablactatiōe filij. Gen̄. xxj.
Quāto magis deꝰ pater de filij ſui ꝯceptu
⁊ incarnatiōe? Scd̄o fuit iocūdiſſima ange
lis oibus q̄ ineffabilit letati ſunt de filij dei
incarnatiōe. q꞉ a ſua creatiōe nūq̄ fuerunt
ita honorati. Sicut em̄ ſerui exaltant qn̄
ſoror eoꝝ germana ꝯhit cū dn̄o ſuo. vt ha
betur in li. Heſter de iudeoꝝ ꝑpl'o exaltato
ex heſter cū aſſuero rege cōtrahēte: ſic an-
geli qn̄ aīa xp̄i fuit vnita ⁊ deſpōſata ꝟbo
honorati ſunt. Eſt em̄ aīa ſoror germana
angeloꝝ. q꞉ ab eodē patre eis ſil'is eſt ꝓdu
cta ⁊ de eadē matre. i. de ſpūali natura. De
hac aūt iocūditate inquit Aug. in ſermone
annūciationis. Egerūt in celo feſtum dum
gabriel rediit ⁊ ꝟgo cōcepit. agamus ⁊ nos
in terris gaudia noua. q꞉ ꝟgo cōcepit ⁊ pe
V perit. Tertio iocūdiſſima fuit toti huma
no generi qd̄ cū deo pacificauit. fuerat em̄
in maxima diſcordia cū ſuo creatore deo q̄
cōtra eū iratus ſteterat ꝑ quinqꝫ milia an
noꝝ ſed in iſta die xp̄s ſe fecit mediatoreꝫ ⁊
recōciliatorē. ⁊ fuit cōuenientiſſimus media
tor. quia erat de ꝓgenie vtriuſqꝫ partꝫ. Jō
d̄r lapis angularis. quia vtrūqꝫ parietē cō
iunxit. Un̄ canit eccleſia. Pacē deꝰ reddi-
dit in ſe recōcilians ima ſummis. ⁊ h̄ in hac
bn̄dicta annūciatione inceptū eſt. quod po
ſtea i paſſiōe cōpletū fuit. Quarto fuit x
iocūdiſſima ſanctꝭ patribꝰ in limbo exiſtēti
bus. fuerūt em̄ certificati ꝑ diuinā reuela-
tionē de incarnatione meſſie quā totis de-
ſiderijs efflagitabāt ⁊ expectabāt. Jtē cre-
dendū eſt ꝙ gabriel angelus multis alijs
angelis ſociatꝰ ſtatim facta annūciatione
beate ꝟgini ꝑrexerit ad ſinū abrae in quo
erāt illi ſancti patres. atqꝫ cū maxia exul-
tatione notificauerit eis coceptū eſſe dei fi
liū ex ꝟgine. dixitqꝫ illis. Gaudete patres
ſancti. q꞉ hodie puella illa ſanctiſſima de q̄
ꝓphetaſtis ⁊ in figuris p̄nūciaſtis: humili
tate ſua deū de celo ad terra traxit. ⁊ in ſuo
ꝟginali vtero cōcepit. O igitur pater no-
ſter Adā. O eua mater generis humani.
O abraam. o iſaac. o iacob. o iſaia. o hiere-
mia. o alij patriarche ⁊ ꝓphete: dicite mi-
hi quantū exultaſtis quantūqꝫ gauiſi eſtis
hodierna die. ꝑfecto maximā leticiā ⁊ ine-
narrabilē iocunditatē habuiſtis. vn̄ ⁊ annū
ciāti āgelo r̄ndere potuiſtis illud iiij. Reg.
vij. hec dies boni nūcij eſt. Cū ei dicat Sa-
lomon Prouer. xiij. ꝙ deſideria cū cōple-
ta fuerint delectationē pariūt. nō eſt ambi
gendum vos mirū in modū delectatos fu-
iſſe audiēdo ſummū oium deſderioꝝ vr̄oꝝ
eſſe adimpletū. Credo etiā ꝙ vobis in illis
obſcuriſſimis tenebris caligātibꝰ. in quibꝰ
per tot milia annoꝝ nō videratis lumē. ho
dierna die ad cōſolationē veſtrā ⁊ tāti gau
dij certificationē miranda ⁊ clariſſima lux
apparuerit cuiꝰ viſione cōfortati in dei lau
des ⁊ gratiaꝝ actiones ꝓrupiſtis. et
tūc verificatū fuit illud qd̄ ſaluator iudeis
dixit Joh. viij. Abraam pater veſter exulta
uit vt videret diē meū. vidit ⁊ gauiſus eſt.

Quinto fuit hec annūciatio ⁊ incarna- y
tio filij dei iocūdiſſima ipſi ꝟgini. licꝫ hanc
iocūditatē ei p̄mo factā preꝰponere debu-
iſſet. ſed in fine dimiſi. q꞉ que in fine dicun
tur: meliꝰ memorie imprimunt. vt ait Gre
go. in quadā omel' ⁊ ꝓbatur ꝑ. c. liq̄do. de
cōſe. di. ij. Cōtēplari aūt poſſumꝰ quantuꝫ
b. ꝟgo exultauerit que ſeruā ſe facere cupie
bat illius ꝟginis q̄ cōciperet ⁊ parere debe-
bat ſaluatorē. cū ei apparēs angelꝰ gabriel
dixit. Aue gratia plena dn̄s tecuꝫ. q. d. O
Maria ꝟgo ſuꝑ oēs p̄electa tu nō eris ſer
ua. nō ancilla. nō pediſſequa. ſed dn̄a dn̄a-
rū ⁊ m̄r dei ab eterno p̄ordinata. Tu es il-
la ꝟgo de q̄ locuti ſunt oēs ꝓph̄e. tu es re-
gina celoꝝ ⁊ imperatrix oium hoīum ⁊ ange

X lox ⁊ oīum grāx dei receptaculū. Quā⸗
tā ꝟo dulcedinē in cōceptiōe sui bñdicti fi⸗
lij senserit cū in vētre suo oīs paradisi dul⸗
cedo intrauit, q̄s explicet ſmonibꝰ: q̄s hoc
excogitare poterit? O maria nōne pre sua⸗
uitate cōmota sunt oīa viscera tua? Nonne
pre mellifluitate iubilauit aīa tua: nonne ꝑ
altitudine mysterij in extasi facta est mens
tua. ꝑfecto si q̄s dixisset tibi illud Judicū
xiiij. q̄d dulciꝰ melle: tu rn̄dere potuisses, est
ꝟbū dei incarnatū in vtero meo. si em̄ dul⸗
cedinē magnā ꝓstat deꝰ timentibꝰ se. vt ait
ꝓpheta ps. xxx. ꝑfecto supra oēm intelli⸗
gentiā humanā fuit dulcedo quā dedit deꝰ
sibi cōcipienti se.

Pars. v. huiꝰ ſmōis q̄ d̄r tp̄alitatis.

A

Irca tp̄alitatem incarnatiōis filij
C dei ex ꝟgine q̄ri p̄nt tria. Primum
d̄r expectatiōis, scd̄m determinatio
nis, tertiū ꝟo attributiōis. Quātum ad
primū qd̄ d̄r expectatiōis, mirāt q̄dā ⁊ cu
riose inquirūt. Cur deus q̄ est clemētissimꝰ.
⁊ cui ꝓpriū est miſeri sp̄ ⁊ parcere tādiu cō
tinuit in iras miscōias suas. Videt ei eis
ꝙ statim post lapsum hūani generis incarna
ri debuisset. Amor em̄ facit accelerare do⸗
nū. Cū g̃ bñficium incarnatiōis fuerit puri
amoris ⁊ eximie charitat, iuxta illud Joh.
iij. Sic deꝰ dilexit mūdū vt filiū suū vnige
nitū daret. Et ad Ephe. ij. Propter nimiam
charitatē suā qua dilexit nos deꝰ misit fili
um suū in sīlitudinē carnis pctī. videtur ꝙ
citius debuisset illū mittere. nam charitas
nō tardat amico subuenire. ſm illud Pro⸗
uer. iij. Ne dicas amico tuo. vade ⁊ cras da
bo tibi, cū statim possis dare. Cōfirmat q̄z
hec rō. q: vt ait Cassio. li. iij. epistolax. xl.
ep̄la. Nō possumꝰ existimare iocūdū qd̄ ni⸗
mis fuerit dilatiōe suspēsum. Spes ei que
differt affligit aīam Prou. xiij. Vn̄ Mat⸗
theꝰ poeta in poetria pte. j. c. j. canit. Polli
citū languet vlteriore mora. ⁊ Statiꝰ in. ij.
thebaidos inq̄t. Nō grauior miseris mor⸗
talibꝰ addita cura. Spes vbi lōga venit. Et
Henricus samariēn. li. ij. ait. Nā mora deni
grat donū meritūq̧ minorat. Sz cita grā
dificat munera parua manus. Jō Jacobꝰ
beneuētanus sui li. c. xx. dicit. Cū spondes
aliq̄d manus illico ꝟba sequat. Auget enim
meritū qui cito soluit idē. Dicit etiā in cōi
ꝓūbio. Qui dat cito bis dat nescit dare q̄
dare tardat. ⁊ Cassio. li. vj. ep̄lax. ep̄la. ix.
inq̄t. Omne siq̄dē iustū cū celeritat cōmo⸗
do trāsit ad bñficiū. Ex q̄bꝰ oībꝰ videt ꝙ deꝰ
iustissimꝰ debuerit accelerare bñficiū incar
natiōis sue. ⁊ maxie q: vt dicūt q̄dā, si priꝰ
in mūdū venisset: multi forte fuissent salui
q̄ nō sunt. Sed ad hāc curiosam disputa⸗
tionē rn̄det Alex. de ales in. iij. pte sum. in
tract. de cōueniētia incarnationis. ⁊ beatꝰ
Bon. in. iij. di. j. ar. ij. q. iiij. ⁊ Ric. ibidem
ꝑ oīa. ⁊ Alex. lōbardus in eadē di. ⁊ Tho.
in. iij. pte sum. q. j. dicēs. ꝙ valde cōgruum
fuit xp̄m differre incarnationē suā. Prio
rōne punitiōis ⁊ curatiōis. Scd̄o rōne cō⸗
mēdatiōis. Tertio rōne cōseruatiōis. Pri
mo nāq̧ fuit cōgruū h̄ bñficiū differre ꝓ⸗
pter puniēdū hoīs pctm̄. nā facilitas venie
incētiuū tribuit delinquēdi. c. quia sunt. xx
viij. di. ⁊. l. ita vulneratꝰ. ff. ad. l. aq̄. Unde
mōtanarius in luna celeri inq̄t. Omne fre
quētari facit impunitio crimē. Accēdit cul
pā facilis dimissio pene. Eadē etiā snīa hr̄
in. c. sed illud. di. xlv. ⁊. c. q̄ lapis. l. di. ⁊ di.
xciij. c. penul. ⁊ extra de vi. ⁊ ho. cle. c. vt cle
ricox. cū ibi no. ⁊. j. q. vlt. c. exigūt. xxj. q. ij.
c. placuit. ⁊. xxiij. q. iiij. c. est iniusta. ⁊. xxv.
q. iiij. c. loci. Quia igitur Adam putauit se
pctm̄ leue ⁊ veniale cōmisisse, vt ait. s. Bo⸗
na. in. ij. di. xxij. ar. j. q. ij. vt deꝰ sibi ⁊ poste
ris suis ostēderet ꝙ graue fuit eiꝰ pctm̄: cō
ueniēs fuit bñficiū redēptiōis differre. ne
si statim cōcessum fuisset quodāmō ex pctō
suo hō cōmodū reportaret ⁊ peccare in deū
parū formidaret. licz aūt h̄ bñficiū dici pos
set liberaliꝰ si statim cōcessum fuisset nō tn̄
humano generi fuisset vtiliꝰ. cui ex tardita
te incarnatiōis ostēsa fuit grauitas pecca⸗
ti. Preterea cū extūc hoīes proni facti sint
ad malum. vt hr̄ Gen̄. viij. ⁊ in. c. oīs etas.
xij. q. j. ⁊. §. si quis igitur. in aut. de mona.
col. j. ⁊. §. sancimꝰ. in aut. de leno. col. iij. ⁊
§. charitas aūt. de peni. di. ij. ⁊ di. iij. c. ad⸗
huc instāt. ꝟ. scimus. ⁊ melius in. c. ꝓcliuꝰ.
xx. q. iij. cōgruū fuit vt in p̄mo pctō deus se
ueritatē ostēderet. vt sic timore humanam
audaciā coerceret. Ostēdit aūt diuine vlti
onis seueritas, maxie in h̄ ꝙ tātos clamo
res ⁊ luctus sanctox patrū tanto tp̄e susti⸗
nuit anteq̄ descēdere vellet. ⁊ ipse adam cū
tota posteritate sua etiam iusta exul fuit a
paradiso. ⁊ detētꝰ in limbo: penituit enim eū
in hoc mūdo. dccccxxx. ānis. ⁊ tn̄ oportuit
eū expectare ī carcere q̄si q̄ttuor milibꝰ ānis.
Et ideo dicas ad argumētū in 𝔷riū, ꝙ ꝓ⸗
cedit q̄n exhibitio doni celeriter dati ꝑficit

quot annos penitujt adā in hoc mundo // et quot annos expectavjt in carcere // ]]

Xp̄s nō debuit stati pꝰ lapsum īcarna⸗ ri.

B

Deꝰ distulit incarnari ꝓpter tria.

Rn̄. ad argumētum



ei cui datur ⁊ nō aliter. Nā ⁊ pater nō dat
subām suo filio q̄uis eū amet nisi q̄n scit il
li posse ꝓdesse. Medicꝰ q̄z q̄uis egrū dili⸗
gat, nō tn̄ statim: s; oportuno tp̄e illi tribu⸗
it medicinā. Vera est em̄ snīa Ouidij in. j.
de reme. amo. dicentis. Tp̄ibus medicina
valet: data tp̄e ꝓsunt. Et data nō apto tē⸗
pore vina nocēt. Quia igitur oīa tp̄s hn̄t
Eccēs. iij. ⁊ omni negocio est tp̄is oportuni
tas, vt d̄r eiusdē li. c. viij. Unde autor li. de
morbꝰ medicox. c. xv. inq̄t. Omnia fructifi⸗
cāt cū venit apta dies. Et Bellinus in spe
culo vite pte. j. ait. Tp̄e cūcta suo q̄sq̧ pitꝰ
agit. Jdeo deꝰ pitissimꝰ medicus q̄ cūcta fe
cit bona in tp̄e suo, vt inq̄t Salomō Eccl̄s
iij. expectauit oportunitatē tp̄is ad incar⸗
nationē suā. Et maxime cū ipe sit iudex iu
stus, vt d̄r ps. vij. Fecit qd̄ ad boni iudicis
officium spectat. De q̄ Ouid. inq̄t in. vj. de
tristibꝰ. Judicis officiū est vt res: ita tēpo⸗
ra rerū. Querere. Jpse em̄ iudex vniuersox
deꝰ nō regit ſm imperium amoris: s; ſm re
gulā sapietie ⁊ rōnis. Et iō dona eius non
E accelerātur nisi ſuato debito ordie. Pre
terea sapiēs artifex ad nihil trahit inuitum
cui dedit semel arbitrij libertatē. Sic ergo
debuit humanum genus reparare deus: vt
salutē inueniret q̄ vellet. ⁊ qui nollet quere
re in sua malicia dānaretur. Nullus autem
querit medicū nisi se cognoscat egrotū. Cō
gruū ergo fuit sic curare hoiem vt suā in⸗
firmitatē agnosceret ⁊ medico gratꝰ existe
ret: cognoscēs se ꝓpria ꝟtute nō posse cura
ri. Vn̄ sup epistolā ad Gal. inquit. glo. Au
gu. Magno consilio factū est vt post hoīs
casum nō illico dei filiꝰ mitteret. Reliq̄t em̄
deus hoiem prius in libertate arbitrij vt vi
res nature sue cognosceret. ⁊ ita infirmita
te sua cognita damaret ad remediū ⁊ gra⸗
tie imploraret auxiliū. Ad illud etiā qd̄ d̄r
ꝙ multi fuissent saluati si citius venisset?
Rn̄detur ꝙ bonū cōe p̄ponitur singulari
⁊ bonū vniuersi bono priuato. j. ethi. ⁊. iij.
pol. ⁊. c. licet q̄busdā. de regula. c. dilectissi⸗
mi. viij. q. ij. ⁊. c. bone memorie. el. j. de post.
ꝑ. ⁊. c. scias. vij. q. j. ⁊. c. vbi pꝛiculū. §. ceterū.
de elec. in. vj. ⁊. l. fi. C. cōia. de le. ⁊. l. j. ff. de
solu. Et iō cū p̄dicti ordinis cōgruētia req̄⸗
reret ꝙ incarnaret in fine tempox ꝓ cōi ⁊
vniuersali vtilitate: nō debuit ꝓpter singu
D lares ꝑsonas accelerari. Scd̄o decuit h̄
bñficiū ꝓtrahi ꝓpter ipsiꝰ bñficij cōmenda
tionē, nam tale ac tantū bñficiū quale est
incarnatiōis filij dei merito exigebat vt cre
deret fidei firmissima ⁊ charitate feruētissi
ma diligeret tanq̄ remediū altissimū atq̧
saluberrimū. Jō cōgruētissimū fuit vt an⸗
te xp̄i aduētū preirēt multa testimonia ꝓ⸗
phetax tā explicita in ꝟbis q̄ implicita in
figuris. vt multis firmissimis testimonijs
qd̄ erat secretū ⁊ altū certissimū fieret ⁊ in⸗
dubitabile ad credendū, p̄irēt etiā multipli
cia ꝓmissa ⁊ ardētissima desideria: vt sic ꝓ
missum expectaret. expectatūq̧ differret.
ac dilatum ampliori feruore desideraret. ⁊
sic desideratū tandē gratissime exhibitum
amātissime susciperet: maximaq̧ sollicitu
dine custodiret. Ait em̄ Cassiod. li. ix. ep̄la
rū. ep̄la. xxiiij. Vz h̄ humana cōditio vt ce⸗
leriter adepta fastidio sint, dū omne p̄cio⸗
sum vilescit oblatū. dulcius aūt accipit qd̄
sub aliqua dilatiōe ꝓstatur. Et Prosper in
li. epigrā. canit. Gratior est fructꝰ quē spes
ꝓductior edit. Ex quibꝰ omnibꝰ pz quanta
sit ingratitudo immo stulticia nr̄i tp̄is: q̄
redēptorē incarnatū ⁊ ꝓ nobis mortuum
nō tātū diligimꝰ quātū sancti patres affe
ctabāt ⁊ amabāt ꝓmissum ⁊ venturū. Vn̄
Ber. sermōe. ij. sup Cān. dicit. Ardorē desi
derij patrū suspirātiū xp̄i in carne p̄ntiam
frequētissime cogitās, cōpūgor ⁊ cōfundor
in memetipso. ⁊ vix cōtineo lachrymas cō
sideratiōe miserabiliū tēpox hox: ꝙ nūq̄
nobis tantū ingerat gaudiū gratie huiꝰ ex
hibitio quātū sctīs veteribꝰ ꝓstabat desíde
rium promissorum. hec ille. De hac autem
causa dilationis aduētus christi loquitur
Augustinus qui super epistolam pauli ad
Gal. inquit. Multi dicent: quare non an
te venit christus? Quibus respōdendū est.
Quia nōdum venit plenitudo tēporis mo
derante eo qui fecit tēpora. Sciebat enim
quādo venire debebat. ⁊ etiam pati ⁊ cete⸗
ra facere. Ante tamē per longa tēpora se⸗
ries preconū premittēda erat. diu em̄ predi
cēdus erat qui semper erat tenēdus. quā⸗
toq̧ maior iudex veniebat tanto preconum
series longior precedere debebat. hec ille.
Et quod factum est ad declarandam excel⸗
lentiam iudicis: etiam fieri debuit pro de⸗
monstranda eminentia sue matris. Ter
tio decuit hoc propter ordinis conseruatio
nem. Requirebat enim maxima dei sapi⸗
entia vt omnia ordinata essent ſm loca et
tempora. faciunt ea que notantur in. c. non
debet. de consangui. ⁊ affini. Inter omnia

Omnia suo tp̄e sunt faciēda.

Sic debuit redimere vt libertas arbitrij maneret

Vt commēdaretur bñficium distulit incarnari

E

Vt ordo tempox seruaretur distulit incarnari.

aūt opa diuina hoc eſt pfectiſſimū per qḋ
facta ſunt oia. Ois aūt pceſſus ab impfe
cto dꝫ eſſe ad pfectū, ⁊ nō ecōtra, j. ad Cor.
xiij. Cū venerit qḋ pfectū eſt: tūc euacuabi
tur qḋ ex pte eſt. Fuit ergo cōgruū vt illud
opus fieret in fine tēpoꝝ. vt ſicut primus
hō fact⁹ eſt ſexta die: ſic ſcḋs fieret in ſexta
etate. Nā illa etas eſt apta ad exercitiū ſa-
piētie pꝑter .ſ. multā experientiā. Dr̄ enim
Eccl. xxxiij. Uir in multis expertus multa
cogitabit. Et qm̄ cōiter antiqui multoꝝ ha
bēt experientiā. Ideo dr̄ Job. xij. In anti-
quis eſt ſapiētia ⁊ in multo tpe prudentia.
Et iō pferūtur iunioribus. l. ij. ff. de fide in-
ſtru. Minus eꝗ̄ cōcupiſcētie carnalis hn̄t
ſenes ꝙ̄ iuuenes. Un̄ Tuli⁹ in li. de ſenectu
te ait. O pclarū opus ſenectutꝭ. aufert enim
nobis qḋ in adoleſcētia eſt vitioſiſſimū. ſ.
libidinē corpis. Sic in ſexta mūdi etate vi
gebat ſapiētia pꝑter multas pphetias q̄
precefferāt. ⁊ minor cōcupiſcētia carnis p
pter multa iudicia dei terribilia q̄ hoīes ex
perti fuerāt quibus pcedentes etates non
ſic abūdauerāt. Que oia cōfirmat Aug. in
li. Cur q̄ ⁊ quō de⁹ .c. vij. di. Qm̄ redēptor
hō fieri dignatus ſit: put ipſe nobis dona
uit aliquātulū intimemus. Patet ſatꝭ tūc
aliquē multo ampliori auxilio indigere qm̄
grauiori neceſſitate vrgetur. ⁊ tāto digni⁹
ſubſidiū pmereri q̄nto diuti⁹ atꝗ obnixi⁹
id operando queſierit. Diabolus nāꝗ qui
numū deceptiōis hominib⁹ accōmodaue-
rat, cū maximis ⁊ intolerabilib⁹ vſuris illū
inſtanter exigebat. ⁊ tādiu hoc facere ꝯſue
uerat ꝙ iam hereditario iure ſe oēm carnē
poſſidere putabat. Un̄ .b. Job dicit. Abſor
bebit fluuiū ⁊ nō mirabitur ⁊ hꝫ fiduciam
ꝙ influat iordanis in os eius. Hinc aperte
īſinuās ꝙ hoſtis antiqu⁹ oēs ante ſalua
toris aduentū ita ſuos eſſe arbitrabat̄. ꝙ
ei parum de illis erat. vn̄ etiā credebat ſe
obtinere poſſe oēs in xp̄o credituros. i. ba
ptizādos quos p iordanē intelligimus. in
quo fuerūt ſacrate baptiſmi primitie. Sci
mus equidē quia deus ſex diebus operat⁹ eſt
⁊ in .vij. requieuit. ſiīr qꝫ mundū iſtū per
ſex etates diſtinxit. quē nō amplius fluctu
are pſciuit vt in etate ſeptima oia ceſſarēt
⁊ a ſuis actib⁹ quieſcerēt. hoc vtiꝗ diabol⁹
ſciēs: cū iam per .v. etates valde effrenate
ſup hoīes dn̄iū ſuū exercuiſſet. tūc tāto ef-
frenatius ſe ad debellādos hoīes prepara
bat. quāto intelligebat nō niſi ſextā etatem

ſibi ſupeſſe. qm̄ ergo diuina pietas cōgruen
tius hominib⁹ ſuccurreret: ꝙ cū illorum ne
ceſſitatē vndeꝗꝗ ingraueſcere conſpiceret
⁊ cū mūdi finē iā nūc imminere ſciret: Sꝫ
nimirū fortaſſe iō tādiu venire diſtulerat
vt magnū remediū merito magnū pcurre-
ret deſideriū. vel etiā vt hoīem quē die .vj.
cōdiderat. vj. etate redimeret. Inſup vt hu
manū gen⁹ qḋ iā fere ad occaſum deuenerat
⁊ p pctō ſuo totū ad ima tendebat. cui ne-
mo ali⁹ ſuccurrere poterat niſi deſurſum ve
niret q̄ hō fact⁹ illud erigeret. ⁊ de ſe velut
podiū faceret vt quicūꝗ illi podio tenacit̄
adhereret ab imis reſurgeret. cū illo dn̄ico
podio celos aſcēderet. ibiꝗ eternalit̄ p il-
lud ſubſiſteret. h̄ ille. Quātū ad ſcḋm in
hac pte qḋ dr̄ determinatiōis q̄rit̄. q̄re nō
expectauit vſꝗ ad vltimū finē tēpoꝝ: ſꝫ in
carnat⁹ eſt in h̄ tpe determinato: Et r̄ndet̄
ſm̄ pdictos doc. ꝙ h̄ fuit valde ꝯgruū mul
tiplici rōne. ⁊ omiſſa pma rōne q̄ dr̄ capitꝭ
ſ. ꝙ xp̄s ſit caput eccl'ie. vt dr̄ Col. j. Sicut
habuit aliq̄ mēbra pcedētia. ita hr̄e debuit
aliq̄ ſeq̄ntia. ne caput fieret in cauda ⁊ dice
ret̄ mōſtrū. Scḋam rōnē ponem⁹ q̄ dr̄ tepi
ditatꝭ. hūana em̄ natura pcliua eſt magis
ad malū ꝙ̄ ad bonū. ⁊ iō ſi diuti⁹ ptraxiſſꝫ
incarnationē: ⁊ fidē ⁊ ſpē pdidiſſet. Prius
ergo venire ipm̄ in carne nō decuit rōnib⁹
pdictis. Si aūt diutius tardaſſet: tepuiſſet
feruor in corde hūano q̄tidie. vn̄ orabat p
pheta di. Exurge, dn̄e ⁊ ne repellas i finē.
Tertio fuit h̄ cōueniēs rōne oportunitatꝭ.
Decebat em̄ ductorē pfectū tūc ſe viā oſtē
dere cū eēt oportunitas currēdi ad brauiū
h̄ eſt in fine tēpoꝝ. nec tm̄ añ terminū vt p
timorē iudicij ſtimulati. ac p ſpē pmij at-
tracti. ⁊ p exēpli informationē aīati ſequi
poſſem⁹ efficacit̄ ducē noſtrum. Glo. vo in
cle. j. de ſum. tri. ⁊ fi. ca. circa pn̄. in vbo. ex
tpe. pdicta cōfirmās ſic ait. Dubitari poſſꝫ
de tpe incarnatiōis q̄re tūc ⁊ nō prius vel
tardi⁹: Canoniſte dicūt ſatꝭ eē dicē cū pau-
lo. O altitudo diuitiaꝝ ⁊c. Ro. xj. ⁊ de pe.
di. iiij. c. ſi ex bono. Nā in ptāte miſerentis
eſt qm̄ ⁊ quātū miſereri velit. facit de pe. di.
ij. c. ſi em̄ hn̄q̄t. vltra mediū. vo. ſicut. ⁊ qḋ
no. ex q̄ cle. vel vo. c. ij. Dicunt tm̄ theologi:
ꝙ certū eſt nō fuiſſe cōueniēs añ pctm̄ deū
incarnari: cū opus incarnatiōis pncipalr̄
ordinet̄ ad abolitionē peccati. ⁊ vt dr̄ Lu.
v. Nō ſanis ſed infirmis opus eſt medico.
Nec venit vocare iuſtos ſed pctōres. ij. q.

Ut magnū deſiderium piret diſtulit incarnari

F

Ne feruor tepeſceret i hoīe nō decuit ad vltimū incarnari



j. c. multi. ⁊ de pe. di. j. c. libēter. Itē nec fu-
it cōueniēs ſtatim poſt pctm̄ deū incarna
ri. Cū em̄ ex ſupbia pctm̄ pueniſſet. ſic libe
rādus erat hō vt humiliat⁹ recognoſceret
ſe liberatore indigere. qḋ magno cōſilio di
latum fuit vt cognita ſui infirmitate hō cla
maret ad medicū ⁊ gr̄e poſceret auxilium.
Ad finē vo ſeculi non debuit differri vt de
impfectione humane nature p incarnatio
nē pueniretur gradatim ad pfectionē gl'ie
in fine ſeculi. Itē fuit equū poſt datā le-
gem moiſaycā ⁊ pphetica quā multi ſper-
nebāt: iuſtificari deo genus humanū p in-
carnationē ⁊ tpe gratie. Nā ſi dilatū fuiſſet
ad finē ſeculi: forſan reuerētia ⁊ noticia dei
⁊ moꝝ honeſtas in terris fuiſſet abolita.
Fuit etiā hoc cōueniēs ad manifeſtandam
diuinā virtutē ſaluantē per fidē pteriti. pn̄
tis ⁊ futuri. vt no. Ber. in rubrica hui⁹ titu-
li. hec glo. vbi. ſ. Quantū ad tertium qḋ
dr̄ attributiōis querit̄. quare xp̄i incarna-
tionis dn̄ice attribuitur plenitudo, iuxta il
lud ad Gal. iiij. At vbi venit plenitudo tē-
poris miſit deus filiū ſuū natū ex muliere
⁊c. Ad qḋ r̄ndetur ſm̄ quandā glo. ſup pdi
cta vba apl'i. ꝙ eſt tp̄s vacuū. tp̄s ſemiple-
num. ⁊ tp̄s plenū. Tēpus vacuū fuit ante
legē. qm̄ hoīes dei cognitione vacui erāt. et
ideo creaturas ⁊ multa aīalia adorabant.
iuxta illud ad Ephe. iiij. c. Tenebris obſcu
ratum habētes intellectum. alienati a via
dei per ignorantiā que eſt in illis. Tp̄s ſe-
miplenū fuit ſub lege. qm̄ data eſt cognitio
vnius dei. ſed nō dabatur gratia per quam
poſſent perfecte implere mādata dei. Tem
pus autē plenū eſt modernum. quia modo
datur gr̄a per quā implere poſſumus diui-
na mādata. Et hoc p incarnationē vbi cō
ſecuti ſumus. Sed predicti doctores vbi
ſ. diffuſius aſſignāt cāſ hui⁹ attributiōis.
Prima dr̄ cōparationis ſiue reſpectus ad
deū ⁊ ad angelū ac ad hominē. Ad deū di
co. quia tūc facta eſt plena vnio ⁊ participa
tio deitatis a creatura. quia diuinitas fuit
vnita humanitati xp̄i. qḋ prius factum nō
fuerat: nec fiet in eternū. Ad angelū vo. qr
ruina angelica reparat̄ ex electis homini-
bus p redēptionē. iuxta illud pſ. cix. Iudi-
cabit in nationib⁹ implebit ruinas. ſ. ange-
loꝝ. Ad hoīem aūt multiplr̄. tm̄ pꝑter ple
nā liberationē a culpa. ſm̄ illud ad Col. j.
In ipſo cōplacuit oēm plenitudinē deitatꝭ
inhabitare: ⁊ p eū recōciliari oia. tm̄ pꝑter

G

Incarnatio dr̄ plenitudo tēporis

H

cōſecutionē oīum bonoꝝ neceſſarioꝝ ad ſa
lutē. nā quātū ad intellectū reuelata eſt ve
ritas. q̄ntū vo ad effectum donata eſt gr̄a ⁊
charitas. iuxta illud Joh. j. Gr̄a ⁊ vitas p
Jeſum xp̄m facta eſt. Fuit etiā h̄ cōueniēter
dictū p cōparationē ad oēm creaturā q̄ ex
incarnatiōe filij dei pfecta eſt. Cū enim oīs
creatura ordinata ſit ad hoīem. ⁊ humana
natura vnita ſit diuine p incarnationē vbi
cōpleta ⁊ pfecta p h̄ fuit oīs creatura. Et h̄
eſt qḋ ait apl's Epheſ. j. Scḋm bn̄placitum
ei⁹ qḋ pꝑpoſuit in diſpoſitiōe tēpoꝝ inſtau-
rare oia in xp̄o. Et h̄ eſt rō Alexan. de ales
vbi. ſ. Scḋo dr̄ tp̄s plenitudinis rōne pfe
ctionis. tm̄ qr oia erāt parata. qr ſicut venit
dare nobis pacē pectoris: ita voluit repire
pacē tpis. tm̄ qr oia pmiſſa patrib⁹ tūc ſunt
impleta, vt dicit glo. ſm̄. ſ. Bon̄. in. iij. diſ. j.
iuxta illud Eccl. iiij. Da mercedem dn̄e ſuſti-
nētib⁹ te: vt pphete tui fideles inueniant̄.
Tertio dr̄ tp̄s plenitudinis etiā ſm̄ Alex.
vbi. ſ. rōne terminatiōis. tm̄ qr nullū aliud
tp̄s expectat̄ poſt tp̄us xp̄i. Quia vt dr̄. j.
ad Cor. x. Nos ſumus in q̄s fines ſeculorū
deuenerūt. Un̄ ait dn̄s Mat. xxiiij. Nō p-
teribit gn̄atio hec donec oia fiant. tm̄ quia
in iſto tpe implebitur numerus electoꝝ. iu
xta illud Apoc. vj. Suſtinete adhuc modi-
cū tp̄s donec impleatur numer⁹ fratrū ve-
ſtroꝝ. tm̄ qr oia que ſcripta ſunt a pphetis:
hoc tpe impleri debebāt. Nā nō ſolū de p-
teritis: ſꝫ etiā de futuris pphete pdixerūt.
Que oia i iſta ſexta etate mūdi ipleta erāt.
ꝯcurrēte ſeptima in qua mūdo terminato
electi oēs glorificādi ſunt: pſtante ipō q̄ in
ipſa tpis plenitudine carnem aſſumpſit de
intemerata vgine: vt illi p amorē adheren
tes in hac vita: cū ipſo poſtmodū gaudea-
mus in alia: per infinita ſecula ſeculorum.
Amen.

De eadem annūciatione ⁊ incarnatione
filij dei. Sermo. iij.

# Quod naſcetur

ex te ſcm̄ vocabit̄ fili⁹ dei.
Lu. j. Beata vgo Maria
in ꝯceptiōe filij ſui pmo fu
it pfectiſſime ſctificata. ſic
pdictū fuerat pſ. xlv. San
ctificauit tabernaculū ſuū altiſſim⁹. Scḋo
gr̄a plene fecūdata. Lu. j. Tertio in pleni-
tudine cōſummata. vt dicit Hiero. in ſmo
ne ad Euſto. ⁊ Ric. de ſcō victore i expoſi-

I

Priuilegia marie ꝯceſſa in cōceptiōe filij dei.

ſione. Ecce ꝟgo cõcipiet. Lu. j. Tantã enim
tũc plenitudinẽ grẽ deus anime btẽ marie
dedit quantã eã ꝓ futuro ꝓmereri debere
cõſpexit. Quarto donis ſpũſſancti repleta.
qꝛ ſpũſſanctus venit ſuꝑ eã excellẽtiori mõ
ꝙ vnꝗ̃ fecerit ſuꝑ aliquã purã creaturã. ſ.
cõcipiẽdo. Lu. j. Quinto fuit in grã confir
mata. ſicut aſſerit Ric. vbi. ſ. ⁊ Ber. in epi
ſtola ad lugdunẽſes. Nõ em̃ habuit poten
tiã ad peccãdũ poſt cõceptionẽ filij dei. vt
ait. ſ. Bona. in. iij. di. iij. ar. j. q. vj. ⁊ beatus
Tho. in. iij. par. ſum. q. xxvij. ar. v. in rñſio
ne ad ſcõm ar. ⁊ Alex. de ales in. iij. parte
ſum. q. ix. mẽbro. iij. ar. ij. §. ij. ⁊ Ric. de me
dia villa. in. iij. di. iij. ar. j. q. iiij. Sexto fuit
de pſeuerãtia in grã ⁊ ſtabilitate finali cer
tificata. Nam cũ ſciuerit Maria magdale
na de parte optima electa que nõ auferet
ab ea. Lu. x. ⁊ aplĩ de ꝑmanſione ſpũſſan-
cti in eis in eternũ. Joh. xiiij. ⁊ Paulus de
inſeparatione ſua a charitate xp̃i. ad Ro.
viij. Nõ dꝫ hoc beatiſſime ꝟgini defuiſſe. q̃
omnia priuilegia alijs cõceſſa obtinuit ſm
Ber. Et hãc certitudinẽ habuit vel habere
potuit diuina inſpiratiõe vel reuelatione.
Septimo fuit ſpũ ꝓphetico radiata. ſicut
pꝫ in ſuo cantico Lu. j. in quo triplici lumi
ne ꝓphetico ſe illuminatã oſtẽdit. ſ. pñtis.
p̃teriti ⁊ futuri. Octauo ſacre ſcripture my
ſteria ei fuerũt reuelata. ſicut pꝫ in eodẽ cã
tico ibi. ſicut locutus eſt ⁊c̃. Nono fuit ei dei
facies vt pie creditur reuelata. vt ait magi
ſter Bartho. piſanus in li. d ꝟginis. Chri-
ſto ſm ꝙ poſſibile eſt in pñti vita fuit re-
creata. ⁊ hoc ſequitur ad p̃dictũ. Si em̃ pe
trus viſa glĩa trãſfigurato ieſu dixit. Dñe
bonũ eſt nos hic eſſe ⁊c̃. Mat. xvij. quid fa
cere debuit ꝟgo beatiſſima deguſtata eius
deitate. Decimo mr̃ dei eſt facta ⁊ vocata q̃
nihil põt dici maius ad eius laudẽ. ⁊ h̃ eſt
qd̃ p̃dixit ei angelꝰ in ꝟbis ꝓpoſitis. ſ. Qd̃
naſcetur ⁊c̃. Undecimo ſuꝑ oẽs puras crea
turas meritis ⁊ glĩa eſt exaltata. atꝫ oĩbꝰ
bñdictionibus repleta. ſicut ipſa inquit in
ſuo cantico di. Lu. j. Quia reſpexit humili
tatẽ an. ſue: ecce em̃ ex hoc bea. me di. oĩes
ge. de qua cõceptiõe ſacratiſſima tres pul-
chras cõſideratiões faciemus.

Prima dicetur miſſionis

Scḋa actionis

Tertia ꝟo collocutionis.

Pars prima huius ſermonis que dicit̃
miſſionis.

K

i Inquit. b. Ber. ſuꝑ miſſus eſt. Ho-
die ꝟgo regia gẽmis ornata virtu
tũ: geminoꝗ mẽtis ⁊ corꝑis parit̃
decore p̃fulgida: ſpẽ ſua ⁊ pulchritudine ce
li ciuiũ in ſe ꝓuocauit aſpectũ: ita vt regis
animũ in ſuã cõcupiſcẽtiã inclinaret. ⁊ cele
ſtẽ ad ſe nũciũ de ſuꝑnis educeret. h̃ ille. Ad
quoꝝ declaratiõẽ querunt̃ plura ⁊ p̃mo.

Utrũ cõueniẽs fuerit incarnationẽ filij
dei annũciari. b. ꝟgini ꝑ angelũ: Ad qd̃ rñ
det Ric. nr̃ in. iij. di. iij. ar. ij. q. iiij. ꝙ ſic. ⁊ h̃
põt ꝓbari multiplici rõne. Primo rõne or
dinatiõis. vt. ſ. ſeruaret̃ ordo quẽ deꝰ ſtatu
it quo mediãtibꝰ angelis diuina hominibꝰ
miniſtrant̃. Ait em̃ Diony. iiij. c. celeſt̃ hie
rarchie. Diuinũ ieſu benignitatꝭ myſteriũ
angeli p̃mũ edocti ſunt. poſtea ꝑ ipſos ad
nos cognitiõis grã trãſiunt. Et in eodẽ lib.
etiam inquit. Diuinas viſiões glorioſi pa-
tres nr̃i adepti ſunt ꝑ medias celeſtes ꝟtu
tes. h̃ ille. Scḋm em̃ Iſido. vij. ethico. an-
geli grece latine nũcij interp̃tant̃. ab eo ꝙ
dñi volũtatẽ ꝑplis nũciarũt. Merito er-
go angelus ad annũciandã filij dei incar-
nationẽ miſſus eſt: vt antiquꝰ ordo ſuaret̃
ꝙ ſi ꝯ q̃s arguat dicẽs ſm ſniam Diony.
vij. c. celeſt̃ hierar. ꝙ ſuꝑmis angelis fit re
uelatio imediate a deo ꝓpter eoꝝ dignita-
tẽ. ſed mr̃ dei eſt ſuꝑ oẽs angelos dignifica
ta. ꝗ immediate a deo debebat ſibi annũcia
ri h̃ myſteriũ: Rñdet̃ ſm Tho. in. iij. parte
ſum. q. xxx. ꝙ mr̃ dei ſuꝑior erat q̃ntũ ad
dignitatẽ ad quã diuinitꝰ eligebat̃. ſ; q̃ntũ
ad ſtatũ pñtis vite inferior erat angelis. qꝛ
⁊ ipẽ xp̃s rõne paſſibilis vite modico ab an
gelis minoratꝰ eſt. vt dꝛ Heb. ij. verũtñ qꝛ
xp̃s fuit ſimul viator ⁊ cõprehẽſor q̃ntũ ad
cognitionẽ diuinoꝝ. nõ indigebat ab ange
lis inſtrui. ſ; mr̃ dei non erat in ſtatu cõpre
hẽſoꝝ. iõ de diuino cõceptu ꝑ ãgelos inſtru
enda erat. Et ſi ad h̃ obijciat̃: ꝙ. b. ꝟgo ex
lumine grẽ ⁊ fidei cognoſcebat dei filiũ in-
carnãdũ. ⁊ credebat h̃ fideliſſime. qꝛ in vte
ro matris fuerat ſcĩficata. iõ nõ videtur ꝙ
tale myſteriũ deberet ei ꝑ angelũ reuelari:
Rñdetur ꝙ lꝫ ꝟgo fidẽ haberet de media-
tore ante annũciationẽ. tñ ex hũilitate cor
dis ſui nũꝗ̃ cogitauit ſe ad tale myſterium
ſublimãdã. igit̃ de hoc debuit ꝑ angelũ p̃-
moneri. Scḋa rõ dꝛ modificationis. vt.
ſ. modus redẽptiõis correſpõdeat mõ ꝑditio-
nis. vt ſicut Eua a malo angelo edocta oc-
caſio fuit noſtre ꝑditionis. ſic maria ab an-

Conuenie-
bat
xp̃m ꝑ
angelũ
annun-
ciari

Maria
ſuꝑior ⁊
inferior
erat an-
gelis

L



gelo bono inſtructa fieret cã nr̃e ſalutꝭ. Bo
nus ergo modus fuit hoĩem reparandi vt
annũciatio ſaluatoris fieret ab angelo. Si
cut p̃ma ſuggeſtio fuerat a diabolo. ⁊ ſicut
diabolꝰ hoĩs ꝓcurauerat dãnationẽ. ita bo
nus angelus eũ adiuuaret ad ſalutẽ. Et ſi-
cut diabolũ miſerat maledicta turba infer-
nalis ad euã vt ei inferret prauã ꝑſuaſionẽ
⁊ mẽdacẽ aſſertionẽ ac fallacẽ ꝓmiſſionẽ.
Sic angelus mitteretur a collegio bñdicte
trinitatꝭ offerẽs ei reuerẽdã ſalutationem
cũ dixit. Aue ⁊c̃. ⁊ verã aſſertionẽ di. Inue
niſti ⁊c̃. ac vtilẽ ꝓmiſſionẽ di. Cõcipies ⁊c̃.
Et hãc rõnem tangens venerabilis Beda
ſuꝑ Lu. inq̄t. Aptũ ꝑfecto humane reſtau
rationis p̃ncipiũ vt angelus mitteretur ad
ꝟginẽ partu cõſecrãdã diuino. qꝛ p̃ma hu-
mane ꝑditiõis fuit rõ cũ ſerpens mittebat̃
a diabolo ad mulierẽ ſpũ ſuꝑbie decipiẽdã.
immo ipſe diabolus veniebat q̃ genus hu-
manũ deceptis p̃ mis parẽtibꝰ immortali-
tatis glĩa denudauit. Qꝛ igit̃ mors intra-
uit ꝑ feminã: apte redit ⁊ vita ꝑ feminã. il
la a diabolo ſeducta viro guſtũ necis obtu
lit. h̃ edocta ꝑ angelũ mũdo ſalutꝭ autorem
edidit. h̃ ille. Ad h̃ etiã põt adduci illud qd̃
dꝛ in. l. oĩa. ff. de reg. iu. ſ. oĩa que vno iure
cõtrahũtur ꝯtrio iure pereũt. Itẽ ad h̃ poſſꝫ
applicari illud Prou. xviij. Mors ⁊ vita in
manu lingue. In manu em̃ lingue ſerpẽtis
fuit mors peſtifere ſuggeſtionis. In manu
aũt lingue eue fuit mors ſtulte dubitatio-
nis. In manu lingue ade fuit mors ſtulte
excuſatiõis. ſed in manu lingue btẽ ꝟginis
M fuit vita nr̃e ſalutis. Tertia rõ dꝛ refor-
mationis. vt. ſ. inter hoĩes ⁊ angelos pax
reformaret̃. Angelꝰ em̃ odiebat hoĩeꝫ: quia
ipm̃ ſua reſtauratiõe defraudauerat. hõ ꝟo
odiebat angelũ qꝛ ipm̃ deceperat inquãtũ
diabolꝰ eſt angelus ꝑ naturã. ⁊ qꝛ xp̃s car-
nẽ aſſumebat vt vtroſꝗ recõciliaret. iuxta
illud ad Col. j. pacificãs ꝑ ſanguineꝫ cru-
cis que in celis ſunt ⁊ que in terris. Ideo
vtriꝗ debuerũt in h̃ negocio miniſteriũ ex
N hibere. Quarta ratio dꝛ inflãmationis
ſiue eleuationis ipſiꝰ ꝟginis in deũ vt ſic ꝑ
amorẽ in ipm̃ eleuata ⁊ charitate inflãma
ta maiori deuotiõe ad cõceptũ afficeret̃: et
prius eũ conciperet mente ꝙ corꝑe. de quo
Augu. in lib. de ꝟginitate ait. Beatior fuit
Maria cõcipiendo fidem xp̃i ꝙ cõcipiẽdo
carnẽ xp̃i. ⁊ iterũ ideꝫ inquit. Materna ꝓ-
ximitas nihil marie ꝓfuiſſet niſi felicꝰ xp̃ꝫ

corde ꝙ carne geſtaſſet. hec ille. Quinta
rõ dꝛ certificationis. vt. ſ. tanto certior fie-
ret de hoc myſterio quanto pluries ⁊ varijs
modis ſuꝑ eo fuiſſet inſtructa. ſ. mẽtaliter
⁊ vocaliter. ⁊ etiã vt fides nr̃a de incarna-
tiõe ꝟbi pluribꝰ teſtimonijs muniret̃. vt ait
Ric. vbi. ſ. Sexta ratio dꝛ demõſtratio O
nis. ſ. vt eius puritas oſtẽderet̃. vñ h̃ in ſer
mone ad Euſto. inquit. Bñ angelꝰ ad ꝟgi-
nẽ mittit̃: qꝛ ſemꝑ angelis eſt cognata ꝟgi
nitas. ꝑfecto in carne p̃ter carnẽ viuẽ non
humana vita eſt ſed celeſtis. vñ in carne an
gelicã glĩam acq̄rere maioris eſt meriti ꝙ
habere. eſſe quippe angelũ felicitatꝭ eſt. eſſe
ꝟginẽ ꝟtutis du hoc gratia obtinere nitit̃
qd̃ hꝫ angelus ex natura. hec ille. Septi
ma rõ dꝛ reparatiõs. Quia em̃ ꝑ incarna
tionis myſteriũ ruina angelica erat repa-
rãda inquãtum anime ſancte debebãt aſſu
mi ad ordines angelicos a quibꝰ mali an-
geli ceciderũt. ideo cõueniẽs fuit vt angeli-
co fieret interuẽtu. ſm Ric. vbi. ſ. Octa
ua ratio dꝛ minorationis. Pro minoribꝰ
em̃ negocijs deus angelũ mittere ꝯſueuit.
Nã miſit Raphaelẽ ad curationẽ infirmi-
tatũ. vt habet̃ Thob. xij. ⁊ Gabrielẽ ad li
berationẽ captiuoꝝ. Dañ. ix. Miſit q̊ꝫ mi-
chaelẽ ad expugnationẽ inimicoꝝ. vt habe
tur Apoc. xj. Cõgruũ ꝗ̃ fuit vt angelꝰ mit-
teretur ad annũciandũ illũ qui veniebat ad
infirmitatũ curationẽ. ad captiuoꝝ libera-
tionẽ ⁊ ad hoſtiũ expugnationem. iuxta il
lud Eſa. lxj. Spũs dñi ſuꝑ me vt mederer
cõtritos corde. Ecce infirmoꝝ curatio. ⁊ p̃-
dicarem captiuis indulgentiã. Ecce capti-
uoꝝ liberatio. ⁊ diẽ vltionis deo nr̃o. Ecce
inimicoꝝ expugnatio. Nona ratio dꝛ cõ
uerſationis. quia em̃ beata ꝟgo ꝟginita-
tem deuouerat ⁊ eã ꝑfectiſſime obſeruare
volebat ideo hominũ conſortia fugiebat. q̃
ex re angelos videre cõſueuerat. qꝛ ergo ſo
lebat ſepe ab angelo viſitari cõueniẽter de
buit ab eo de tanto myſterio commonere.

Decima rõ dꝛ cõtractionis. debebat em̃
cõtrahi ſpũale matrimoniũ inter naturam
diuinã ⁊ humanã ꝑ incarnationẽ verbi. et
ideo cõueniẽter debebat interuenire aliq̄s
idoneus mediator. ſed nullus potuit eẽ ma
gis idoneus angelo qui oẽs creaturas di-
gnitate excedebat. ergo ipſe angelus debu
it interuenire vt eo medio cõiungeretur cõ
ſenſus ꝟginis cũ diuino ad ꝑfectionẽ ma-
trimonij qd̃ cõtrahitur ex partiũ ꝯſenſu. l.

nuptias.ff.de reg.iu.Et ſine quo nõ põt eẽ
matrimoniũ.c.cũ locũ.⁊.c.tua nos.de ſpõ.
P ⁊.xxvij.q.ij.c.ſufficiat. Et hãc rõnẽ tan
git beatꝰ Aug.in ſmõe de annũciatiõe di.
Secreta cõiugia celebrata ſunt ĩ marie tha
lamo ꝗbus Gabriel paranimphꝰ interfuit
ne admiraret ꝟgo btã dũ ſpũſanctus ꝑ
mittebat eſſe maritꝰ vt naſceret filius ⁊ pu
doꝛ maneret illeſus. Petit ergo Maria ce
leſtibꝰ regnis. Mittit angelꝰ. Rex ipẽ ſtel
lato micãs ſolio mãdata dirigit. Cõcionã
te igit deo mirant ſedes.ſtupẽt throni. ac
diuinus ſilet exercitꝰ. vade inqt Gabriel et
ethereas ſedes rũpe.⁊ cõſiliũ noſtrũ ꝟgini
defer marie. Sĩ incolit parua nazareth me
nia.ſ ſibi patẽt regna celeſtia.huic ḡ vnicũ
filiũ meũ donare volo vt ſit illa mr̄ eiꝰ cuiꝰ
ego ſuz pr̄. Et ſubdit Aug. Statiz igit cũ
cto celi audiẽte ſenatu mãdato gabriel ac
cepto.flãmineos oꝛaq; tonãtia pauens ar
chano paruit tremefactꝰ impio mox igitur
aſtriferũ volatu rabido ſecauit.aerẽ ꝑcuſ
ſit lumine noctẽ.ac flãmeos artꝰ vibrãs ve
lut pauo vniuerſi coloꝛis radijs ſolis obte
ctus:ꝑ medios celi ſinus ferebat donec ex
Q trema marie tecta coꝛuſcãs ingreditur di
A ſolo cẽs.Aue grã plena dñs tecũ.hec ille. Ex
deo mit cuius ꝟbis etiã apparet ꝙ iſte angelus nõ
ti debu eſt miſſus ab alio ꝙ̃ a deo.⁊ h̃ triplici de cã
it ange fieri debuit. Primo rõne negocij pꝛo quo
lus mittebat.qḋ tã graue erat ꝙ ad illũ mitti
nõ debuit aliqͥs ſubdelegatꝰ:ſicut fuiſſz an
gelus q̇ fuiſſet miſſus ab aliq̇ alio angelo.
Scḋa cã eſt rõne ꝟginis.qꝛ ſm Ber.nõ fu
iſſet cõueniẽs ꝙ deus tale ſecretũ diuerſis
angelis ſpecifice reuelaſſet priꝰ ꝙ̃ beate vir
gini. Tertia cã fuit quia debebat mitti a
patre:qꝛ hoc erat opus potẽtie.a filio quia
erat opus ſapiẽtie.⁊ a ſpũſancto quia erat
opus gratie ⁊ mĩe. O igitur admiranda le
gatio.o digniſſima annũciatio ⁊ ex omni
parte venerãda qua nec primã ſimilẽ viſa
eſt nec habere ſequẽtẽ. Scḋo in hac ꝑte
R querit de quo oꝛdine fuerit iſte angelꝰ Ga
Gabri briel.de q̇ loquẽs Frã.de may.ſuꝑ miſſus
el de q̇ eſt dicit.ꝙ hoc nomẽ nõ eſt officij nomẽ ſ
oꝛdine ꝑſone.⁊ ꝙ oĩa noĩa angelica in diuina ſcri
erat ptura expſſa.⁊ ſanctis patribꝰ reuelata ter
minãtur in el.ſicut Michael:de quo habet
Dañ.x.⁊ Raphael:de quo hr̄ Thob.xij.
⁊ Uriel:de quo in.iij.li.Eſdre hr̄.⁊ Gabri
el de quo hr̄ Luc.j.⁊ Dañ.viij.ac.ix.c. Rõ
aũt huiꝰ terminatiõis eſt ſm eundẽ doctoꝛ

rem ibidem. Ut denotetur vltimata cõiun
ctio quã ſancti angeli habẽt cũ deo in vnio
ne beatifica. Iſtud eñ nomen el.in hebꝛeo:
idem ſignificat qḋ deꝰ in latino. Ad que
ſtionẽ aũt ꝓpoſitã: Rñdetur ꝙ ꝗuis q̇dã
dixerint eũ fuiſſe de infimo oꝛdine.ſ.ange
lico.quia Lu.j.dꝛ. Miſſus eſt Gabꝛiel an
gelus a deo ⁊c̃. Itẽ licz alij dixerint eum fu
iſſe archãgelũ.ſicut inqt Albertus ſuꝑ miſ
ſus eſt.c.xvij. Archãgeloꝝ aũt oꝛdo eſt me
dius infime hierarchie.⁊ hoc videt appꝛo
bari ꝑ illud qḋ canit eccl̃ia dicẽs. Gabꝛie
lem archangelũ ſcimus diuinitus te eẽ af
fatũ.⁊ hãc opinionẽ etiã tenet beatꝰ Tho.
in.iij.ſcripto ſen.di.ij.⁊ in.iij.par.ſum.q.
xxx.tñ videtur eſſe tenẽda opinio eoꝝ q̇ di
xerũt ipm fuiſſe de ſupmo oꝛdine ſpirituũ
beatoꝝ.ꝗuis eñ ꝓprie dicant angeli illi
qui ſunt in vltimo choꝛo ⁊ in fine vltie hie
rarchie.tñ large oẽs ſpũs beati de quibuſ
cũq; oꝛdinibꝰ appellãtur angeli ſm Iſi.vij.
ethim:⁊ ſic nõ obſtat dictũ euangelij eũ ap
pellãtis angelũ.quia etiã ſeraphin nuncu
pãtur angeli. Nõ etiã obſtat ꝙ eccleſia euz
appellat archangelũ.quia vt ait Diony. in
li.angelice hierarchie. Angeli ſupꝛemi oꝛdi
nis in ſe cõtinent ꝑfectiones inferioꝝ oꝛdi
num.vñ ⁊ eoꝝ nominibꝰ appellari pñt:ſi
cut ⁊ ſacerdos in ſe hꝫ ꝑfectionẽ oĩum oꝛdi
nũ inferioꝝ.vñ ⁊ ſubdiaconus ⁊ diaconꝰ ap
pellari põt. Q autẽ fuerit iſte angelus de Q Ga
oꝛdine ſeraphico.ꝓbatur ꝑ illud Eſaie.vj. briel fu
vbi dicit ꝓpheta. Uolauit ad me vnus de erit de
ſeraphin. Si ergo de hoc oꝛdine fuit q̇ Eſa oꝛdie ſe
iam ad ꝓphetãdũ incarnationẽ purgauit: raphico
multo magis de ipſo oꝛdine eſſe debuit q̇
ipſaz incarnationẽ nũciauit.pie ergo tenẽ
dũ videtur:ꝙ iſte angelus fuit vnꝰ de ꝑnci
palioꝛibus oꝛdinis ſeraphici.qḋ tenere vi
detur Ber.ſuꝑ miſſus eſt di. Non arbitroꝛ
hoīe cōtemptus fuerat tanq̄ ab aduerſa-
rio ⁊ inimico: ip̄e idem generi hūano vni-
retur in xp̄o in vnitate ſuppoſiti. in hoc eñ
manifeſtatur mira dei cōdeſcenſio qui vo
luit ſibi cōiungere ꝑ indiſſolubile vinculū



humanū genus ſibi inimicū. Juxta illud
ad Romañ. v. Cōmendat aūt deus chari-
tatem ſuã i nobis. quia cū inimici eſſemꝰ
reconciliati ſumus deo ꝑ moꝛtem filij ſui.

Y

Tertia. ratio dr̄ diuine ſapiētie deter-
minatiōis que nullo poteſt infringi vicio.
Decreuerat eñ deus ⁊ oꝛdiauerat vt totū
humanū genus multipliaret ex vno ꝓpt
repꝛeſentationē illius vniuerſalis p̄ncipij
quod eſt deus. Hoc aūt ꝑ peccatū infrigi
nō debuit. ⁊ ideo mediatoꝛ dei ⁊ hominū
xp̄us homo verus nō aliūde: ſed de maſſa
totius generis hūani debuit foꝛmari. vñ
apoſtolꝰ ad Heb. ij. ait. Qui ſanctificat et
qui ſanctificat ex vno oēs. ſed chꝛiſtus eſt
qui ſanctificat. qui ꝟo ſanctificat eſt hu-
manū genus. ergo apparet ꝙ xp̄s debuit
eſſe de genere humano. Notãdū quoq̃

Xp̄s ñ debuit aſſumere p̄mū hoīem.

ꝗ̄ nō fuit congruū ꝙ xp̄s aſſumeret ip̄m
hoīem p̄mū. ſ. Adam. ſm Alexandrum de
ales. vbi. ſ. ⁊ ſanctū Bonauen. iterū vbi
ſ. q. ij. ⁊ hoc triplici reſpectu. Pꝛimo enim
nō cōueniebat reſpectu oīum creatoꝛis. vt
videlꝫ ꝑſona xp̄i hoīem aſſumeret pecca-
toꝛem cū ip̄e in foꝛma aſſumpta deberet
pctōꝛes iudicare. ⁊ nullatenus de peccato
argui poſſe. nec ſm naturã aſſumētē nec
ſm naturã aſſumptã. ſm quas naturas
cōpetit ei iudiciaria poteſtas. Unde ip̄e di
cebat Joh. viij. Quis ex vobis arguet me
de peccato? Sed ſi xp̄s aſſumpſiſſet Adã
ſequeret ꝙ ꝓpꝛietates que cōueniunt ade
cōuenirent chꝛiſto homini. igit eſſet dice-
re de ip̄o ſicut de Adam ꝙ peccauit. Sed
ip̄e eſt deus. ⁊ ꝓpꝛietates que cōueniūt illi
homini aſſumpto: cōueniunt filio dei cui
vnit. ergo diceret filiꝰ dei peccauit. qḋ eſt
Z impiū dicere ⁊ impoſſibile eſſe. Secūdo
non cōueniebat reſpectu p̄mi hoīs: quia
nemo de ſua malicia debet repoꝛtare com
modū. vt dictū eſt in ſmone precedēti. vt
habet etiã in. c. ex l'ris. de dolo ⁊ ꝯtu. Sed
ſi Adam ꝓpter ſatiſfactionē de ſua culpa
cōmiſſa aſſumeret a verbo repoꝛtaret in-
effabilem ſublimitatē ⁊ vtilitatē. quod eſt
abſurdū dicere. vt videlꝫ ille qui tantū ſe
deiecerat ꝑ culpã: tãtū exaltaretur vt eēt
deus. ſufficiebat nãq̃ ſibi nimiū vt ſaltē
ei recōciliaretur. nedum ꝗ̄ ip̄e deus effice
retur. Tertio hoc nō cōueniebat reſpe-
ctu humani generis. quia cū ille homo eēt
pene debitoꝛ: vtpote ille q̄ erat reus oīum
animarū noſtrarū: nō eēt eius paſſio tãtū
deo grata quantū ſi eſſet innocens. et vix
etiã ſufficeret ad ſatiſfaciendū ꝓ ſe: nedum
cum alijs ſatiſfactionē ſuã poſſet cōicare.

Poteſt quoq̃ ꝓbari vltra p̄dicta cōue- A
niens fuiſſe filium dei aſſumere carnē hu
manã alijs rōnibus. Et p̄mo rōne diuine
p̄deſtinationis ſm Alexan. de ales in. iij.
parte ſumme i tractatu de pꝛedeſtinatiōe
chꝛiſti. ⁊ Richar. in. iij. di. vij. ar. ij. q. ij. et
Bonauen. in eadē diſt. ar. vltimo. q. ij. et

Filiꝰ dei fuit pꝛedeſtinatus eſſe homo

Alexan. lumbar. eadē diſt. vbi dicūt ꝙ hec
eſt vera ꝓpoſitio ꝙ filiꝰ dei fuit p̄deſtina-
tus eſſe homo. hoc eſt: fuit p̄uiſus ab et'no
ꝙ aſſumeret humanã naturã. vel ꝙ p̄de-
ſtinatū fuit ab eterno ꝙ filiꝰ dei fieret hō.
et hoc cōcedit magiſter in p̄dicta diſt. vij.
tertij. Nam qui p̄oꝛdinat ad aliquid dicit
p̄deſtinari ad illud. ſed ãteq̄ filiꝰ dei eſſet
homo: pꝛeoꝛdinatum eſt vt fieret homo.
ergo ⁊c. Item hec eſt vera ꝓpoſitio: homo
p̄deſtinatus eſt eſſe filius dei ſm Alexan.
vbi. ſ. ⁊ Richar. ⁊ Bonauen. vbi. ſ. q. iij.
et Alexandrū lombardū eadē diſtinctiōe
exponēdo ſic. Homo p̄deſtinatus eſt eſſe
filius dei. hoc eſt anteq̄ eſſet homo: pꝛeui
ſus eſt eſſe filius dei. Uel ſic. homo pꝛede
ſtinatus eſt eſſe filius dei. i. pꝛedeſtinatus
eſt vt homo ſit filiꝰ dei. ⁊ ita intelligitur
illud apoſtoli ad Romañ. j. dicētis de xp̄o
homine. Qui p̄deſtinatus eſt filius dei in
virtute. vbi ait glo. p̄deſtinatus eſt Jeſus
vt qui futurus erat in carne filius dauid:
eſſet in virtute filius dei. cōueniens ergo
fuit vt ſi Adam nō peccaſſet filius dei hu
manã carnē aſſumeret cū diuina pꝛedeſti
ñatio nō poſſit falli. Scḋo idē ꝓbatur

B — Angeli ſtatim cognouerūt icarnationem filij dei

rōne angelice cognitionis qui ſtatim ex q̄
creati ſunt cognouerūt incarnationē dei
futurã. Unde ſanctus Maximꝰ in q̇dam
ſermone ait. Utrū angeli cognouerint fu
turã icarnationē ãbigi nō oꝫ. Latuit aūt
eos inueſtigabilis dn̄i ꝯceptio atq̃ modꝰ
qual'r totus i genitoꝛe: ⁊ totus manebat
in oībus. necnon ⁊ in ꝟginis cellula clau-
ſus. Vñ ⁊ angelus gabꝛiel cū ꝟgo q̄ſiſſet:
quō fiet iſtud. in generali tm̄ rn̄dit. Spūs
ſanctus ſuꝑueniet in te. Vñ dicit Bern. in
quodã ſmone: ꝙ deus pater ſtatim angel'
creatis oſtēdit filiū ſuū incarnandū: ⁊ eis
oībus obtulit ad honoꝛandū. vnde lucifer
ſuperbia intumeſcēs ⁊ inuidia ꝯtabeſcēs
homini aſſumēdo a filio dei noluit ſubijci
ſed ſeip̄m equalē deo facere appetijt. ⁊ idō

merito corruit vt ſcriptū eſt Eſa. xiiij. Et
tunc factum eſt prelīū magnū in celo iter
luciferū ⁊ ſequaces ex vna parte: ⁊ ange⸗
los bonos ex altera. vt ſcriptū eſt Apocal.
xij. Unde ꝓiecto dracone cū ſeq̄cibus ſuis
cantabāt angeli dicētes. Facta eſt ſalus ⁊
ꝟtus ⁊ regnū dei noſtri ⁊ poteſtas chriſti
eiꝰ. Tertio idem ꝓbatur rōne demōſtra⸗
tionis feſtinate. mox em̄ ade formato de⸗
monſtratū eſt incarnatiōis chriſti myſte⸗
rium quādo miſit deus ſoporē in eo. Gen̄.
ij. quem ſoporē magr̄ vocat extaſim. i. iiij.
di. xxix. tunc em̄ in formatione Eue ex la⸗
tere ipſius Ade: intellexit ⁊ poſtea predi
xit ſpiritu ꝓphetico vnionē dei cum carne
humana quādo dixit de vxore ſua: q̄ figu
rabat eccl'iam ſicut ipē xp̄m. hoc nunc os
ex oſſibus meis: ⁊ caro de carne mea. Un̄
dixit Alex. vbi. ſ. ꝙ ad hoc ſignificandum
facta eſt Eua ex corpe Ade: vt ſicut ipi q̄ſi
vnū corpus carnale erāt: ſic xp̄s ⁊ eccleſia
quaſi vnū corpus ſpūale: q2 eccl'ia de ipſo
formata eſt. Unde ad Epheſ. v. ait apl's.
Mēbra ſumus corpis eius ⁊ de carnibus
eius ⁊ de oſſibꝰ eius. Ex quibꝰ oībꝰ patet
ꝙ etiā ſi adam nō peccaſſet dei filiꝰ huma
nam carnē aſſumpſiſſet. Et poteſt alia rō
dicta nobilitationis ⁊ ꝑfectionis aſſigna⸗
ri. Nam deo cōueniebat nobilitare ⁊ ꝑfi⸗
cere oīa per ſuā incarnationē non obſtāte
peccato. Unde per eā nobilitauit ⁊ ꝑfecit
naturā humanā nobiliſſimo indiuiduo. et
genus corporeum nobiliſſimo corporeo: ⁊
genus ſpūale nobiliſſima anima. que oīa
facta nō fuiſſent xp̄o nō incarnato. Item
oīa elemēta ꝑ xp̄m dedicata ſunt ⁊ ſancti⸗
ficata tam in vnione nature ad naturā ꝙ
etiā per ſingularē eius operationez. nam
terra ſāctificata eſt in grano frumenti in
euchariſtia. ⁊ vinuz ⁊ aqua in eius ꝑcioſo
ſanguine. aq̄ etiā in baptiſmate. in q̄ ſctifi
cauit oēm creaturā. aer in aſſumptōe xp̄i.
ignis in miſſione ſpiritusſancti in linguis
igneis. ⁊ ſic de alijs.

Pars ſecūda huius ſmonis que dicit̄
reparationis.

E

P Ro expeditione huius partis
querit̄ quare deus magꝭ voluit
humanā naturam aſſumere ⁊
eam reparare ꝙ angelicā. Ad
quā dubitationē quia rn̄ſum eſt in quarta
parte huiꝰ operis. ſmone. v. parte. ij. ideo
hic nō multū inſudabo. tamē ad maiorem
declarationē dictoꝝ vbi. ſ. dico ꝙ ꝓut po
teſt colligi ex dictis Alexā. de ales. in. iij.
parte ſum. in tractatu de neceſſitate incar
nationis. ⁊ Rich. in. iij. diſt. ij. ar. j. q. iij. ⁊
beati Bonauē. in eadem diſt. ar. j. q. ij. ⁊ a
theologis in. ij. ſen. di. xxj. Multis ex cau
ſis nō debuit repari angelica natura. Pec
catum em̄ luciferi ⁊ ſocioꝝ eius fuit irre⸗
miſſibile. ⁊ ꝓmo reſpectu arbitrij. Nā libe
rum arbitriū angeli ante electionē ſe habꝫ
mutabil'r. poſt electionē ꝟo ſe habet imu⸗
tabil'r. liberū ꝟo arbitriū hoīs ſe hꝫ mu
tabil'r ante electionē ⁊ poſt electionē vſq3
ad mortē. Unde phs in. iij. de regimie p̄n
cipū ait. Liberi ſumus vſq3 ad finē ad hoc
⁊ ad illud ad bonū ⁊ malū. Angelus ergo
ſic fuit cōditus vt ante electionē poſſet re
uolui tam ad malū ꝙ ad bonū. ſed poſtꝙ
elegiſſet aliquid hoꝝ ſiue malū ſiue bonuz
nō poſſet amplius mutari. ſed haberet li⸗
berum arbitriū confirmatū in illo: ſiue bo
no ſiue malo. ⁊ non poſſet illud deteſtari.
quia angelus cū aliq̄d intelligit non facit
ſicut homo qui cognitiōes ſuas accipit in
tempe. ⁊ nō totū ſimul intelligit: ſed vnuz
poſt aliū: ⁊ vnū ex alio. ſicut ex ꝓmiſſis ac
cipit ꝯcluſionē. angelus em̄ accipit ſtatim
totū nō conferēdo ſed ſine tempe ⁊ ſine di
ſcurſu ⁊ n̄ vnū pꝰ aliū. vel vnū ex alio. Et
ſic ſm ſtatum ſue cōditionis iudicat de re
tota ſimul. ⁊ iudicādo videt eā totā ſiml'.
⁊ ſic certiſſime iudicat ⁊ non poteſt decipi
ſicut homo. ergo ꝯſequenter nec excuſari.
Cum ergo ſemel elegerit lucifer maluz in
quo fuit confirmatū eius liberū arbitriuz.
vt ait ſctūs Bonauen. in. ij. di. vij. ⁊ habet̄
per glo. in. c. qui ep̄us. xxiij. di. non poteſt
amplius penitere ſiue ꝑ penitentiā culpaz
ſuā delere. maxime quia volūtas non pōt
deteſtari peccatū in ſe exiſtēs ſine gratia
gratis data diſponēte ⁊ ꝓueniente. Volū⸗
tas aūt diaboli ſm ſcm̄ Bonauē. ⁊ Rich.
in ꝑdicta di. caret omī gr̄a liberū arbitriū
diſponēte. Cū igit̄ pctm̄ nō poſſit remitti
ſine gratia gratū faciente ⁊ ſanante. ⁊ ad
hanc ꝑtingi nō poſſit ſine ꝑdicta gr̄a ꝓue
niente ⁊ diſponēte: qua diabolus ꝓuatꝰ ē.
patet ꝙ eius pctm̄ eſt irremiſſibile. Sciē
dū ergo ꝙ angelo fuit a deo ꝓfixus ſtatꝰ
merendi vſq3 ad ꝓmā voluntatē bonā vel
malā. Ideo ſicut homo poſtꝙ tp̄s merēdi
ꝑtranſijt. ſ. tp̄s vite quātūcūq3 ſolū vnum
mortale pctm̄ fecerit nō pōt vltra onam

[Margin: Angelica natura non debuit reparari ſed humana]

[Margin: D Angelo fuit ꝓfixus ſtatus merendi.]



voluntatē acquirere ſicut etiā fuit de ange
lis. vn̄ Damaſce. inquit. Hoc eſt in angelis
caſus qđ in hominibꝰ mors. ⁊ Aug. in li. de
fide ad petrum ait. Sic creauit angelos de
us vt qui vellēt: ꝑpetuo boni eſſent: ⁊ q̄ nol
lent: nunꝙ eos diuino munere repararet.
Propter caſum igitur angeli ablata eſt ei
gr̄a merēdi. vn̄ qn̄ angelus cecidit: ſtatim
extra ſtatū merēdi fuit. Hōꝟo qn̄ peccauit
nō exiuit ſtatum merēdi. ideo ſe diſponere
potuit ad obtinēdam m̄iam dei. Un̄ inquit
Rich. in. ij. di. xxj. ar. j. q. iij. ꝙ natura hu⸗
mana nō precipitauit ſe in ꝓfundum ex tā
to conatu ſicut angeli mali qui in malo ob⸗
ſtinati ſunt ⁊ indurati. Scđo fuit irre⸗
miſſibile reſpectu qualitatis peccati. ⁊ hoc
triplici rōne. Primo ratiōe generis pecca⸗
ti. nam tam angelus ꝙ homo peccauit per
ſuperbiā. ſed differēter. homo em̄ peccauit
appetēdo ſciam dei. Gen̄. iij. vbi dixit dia⸗
bolus primis parētibus. Eritis ſicut dij ſci
entes bonum ⁊ malū. ſed angelus peccauit
appetēdo omnipotentiā. vt habetur Eſa.
xiiij. vbi dixit angelus. Ponā ſedem meam
ad aquilonē: ⁊ ero ſimilis altiſſimo. Quaz
quidē omnipotentiā nunꝙ voluit deus cō
municare alicui creature. quia ſm illam eſt
omniū principiū. quia igitur angelus appe
tijt eſſe principiū ⁊ eſſe ſimilis deo. propter
hoc appetijt illud ad qđ nullo modo erat
ordinatus. ⁊ ꝓpter hoc nō habet excuſatio
nem aliquā. ⁊ ſic eius peccatū eſt inexcuſa⸗
bile ⁊ irremiſſibile. Ad ſciam autem eſt ho⸗
mo ordinatus in gloria: nō autem ad om⸗
nipotentiā. peccatū ergo hominis eſt excu⸗
ſabile reſpectu ꝑdicto. ⁊ cōſequēter remedi
abile. nō ſic autem fuit peccatum angeli. q2
illud appetijt qđ proprium erat creatoris.
. Scđo idem ꝓbatur ratione circūſtantie
peccati. Nam in Adam fuit aliqua ignorā
tia. quia mortale credidit eſſe veniale. ſicut
dicit Augꝰ. ſuper Gen̄. Angelus autem nō
habuit ignorantiā in peccādo. ⁊ ideo pecca
tum hominis fuit remiſſibile: nō aūt pecca
tum angeli. Poſſumus etiā dicere ꝙ Adā
peccauit ex quadam infirmitate humana.
Ideo peccauit in patrē. Eua ex quadā igno
rantia feminea. ideo peccauit in filium. dia
bolus aūt peccauit ex ꝓpria ⁊ ex certa ma
licia. ⁊ ideo peccauit in ſpūmſanctuz. quod
peccatū vt ait ſaluator Mat. xij. nō remit⸗
titur in hoc ſeculo nec in alio qđ etiā habe⸗
tur de peni. di. j. c. deꝰ quis ſilis. Tertio
idem ꝓbatur ratione occaſionis peccati. q2
homo alio inſtigante ⁊ eum decipiēte pec⸗
cauerat: ⁊ ideo ignoſcēdum fuit ei qui ꝓuo
catus ita fecit. l. qui maior. §. ſi libertus. ff.
de bo. liber. Deceptis em̄ eſt ſubueniendu3
l. ij. ff. ad tertu. ⁊. l. ij. §. hec verba. ff. ad vel⸗
le. ⁊. c. inter. de dona. ⁊. c. cum vniuerſoꝝ. de
re. permu. ipſe ꝟo ſathanas nulluz inſtiga
torē habuit: ſed ſeipm̄ ad peccatum ex ſua
prauitate reflexit. Quapropter homo qui
per aliū ceciderat etiā ab alio reparari de⸗
buit. Un̄ magiſter in. ij. di. xxj. ait de Adā.
Qui aliquā licet modicā cadendi occaſionē
habuit. iccirco per dei gratiā iuuari debuit
⁊ potuit ad veniā vt qui per aliū ceciderat
per aliū iuuaret̄. qui ergo incitatorē habu
it ad malū: nō iniuſte reparatorem habuit
ad bonū. Diabolus ꝟo qm̄ ſine tentatione
alicuiꝰ peccauit: per aliū vt reſurgeret iuua
ri nō debuit nec ꝑ ſe potuit. Ideo irreme⸗
diabile eius pctm̄ extitit. Peccatū ꝟo hoīs
ſicut per aliū habuit initiū ita per aliuz nō
incōgrue habuit remediū. Hoc etiā aſſerit
apl's ad Ro. v. dicēs. Si em̄ per vnius deli
ctum multi mortui ſunt multo magis gra
tia dei ⁊ donum in gratiā vnius Ieſu xp̄i
in plures abūdauit. Tertio principali⸗
ter ꝓbatur pctm̄ luciferi fuiſſe irremediabi
le rōne ꝓprietatis diuine iuſticie. In ꝓmis
em̄ parentibus erat tota natura humana.
vt ait Aug. xiij. de ciui. dei. c. iiij. que per eos
poſtea erat multiplicāda in alijs. ſed in an
gelo peccāte nō erat tota natura angelica.
immo iam tota erat multiplicata. ⁊ ꝓpter
hoc diuine iuſticie cōgruū fuit vt nō ſtatiz
puniret hominē vel iudicaret ꝙcito pecca⸗
uit donec ſpēs humana multiplicaretur. ⁊
maxime numerus electoꝝ. ⁊ tūc iudicaren
tur ⁊ punirent̄ qui eſſent puniēdi. ſed ſtatiz
debuit punire angelum: quia in eo non ha
buit locum ꝑdicta dilatio. Homo igitur de
buit iudicari in fine vite ſue. ⁊ in die iudicij
⁊ tunc nullū erit remediū ſicut nec mō an⸗
geli. Quarto idem ꝓbatur rōne condi⸗
tionis diuine miſericordie. Cum em̄ vt ſu⸗
pradictū eſt in primo homine eſſet tota hu
mana natura. ipſo perdito tota fuiſſet cor
rupta ⁊ ꝑdita. ſed ꝙuis natura angelica in
aliquibus cecidiſſet: pars tn̄ maior perſti⸗
terat: ſm magiſtrū in. ij. di. xj. ſed vbi ma⸗
ior eſt indigentia: ibi maiori opus eſt miſe
ricordia. l. ſi quis ad declinādam. §. penul.
C. de epiſ. ⁊ cle. ⁊. l. vnica. C. publice leticie.

[Margin: E Pctm̄ angeli fuit irremiſſibile]

[Margin: F]

[Margin: G]

[Margin: H Deꝰ ſtatiz debuit punire angelu3 ⁊ nō hominē]

[Margin: I]

li.xij. Quia igitur angelica natura nō ceci
derat tota: humana aūt ſic: quia in radice
peccauit, ideo nō fuit cōgruum diuine miſe
ricordie ⁊ ſumme pietati vt ita nobilē crea
turā ſicut eſt humana natura ex toto ſine=
ret perire. Unde ad hoc ꝓpoſitū adducit ma
giſter in .ij. di. xxj. c. preterea. Aug. in li. en=
chiridion. c. xxviij. dicētem. Placuit vniuer
ſitatis creatori ⁊ moderatori vt qm̄ nō to=
ta multitudo angeloꝝ deum deſerēdo pe=
rierat: ea que perierat in eterna damnatione
remaneret. que aūt cum deo illa deſerente
perſtiterat. de ſua certiſſime cognita felici=
tate gauderet. at vero creatura rationalis q̄
in hominibꝰ erat: qm̄ peccatis atq̄ ſuppli=
ciis tota perierat. ex parte reparari placuit.
vñ angelice ſocietati ſuppleref quod ruina
illa minuerat. hec ille. Quinto idem pro
batur ratione diuine ſapiētie. Naꝫ quia an
geli ſunt cōditi in ꝓpinqua diſpoſitione ad
gloriam: tuꝫ ratione nature: quia ſpūales:
tum ratiōe loci quia in celo empyreo: iccir=
co a diuina ſapiētia tēpus meriti eſt eis tā
breue p̄fixum in quo mereri potuerūt ⁊ de=
mereri. homini vero quia cōditus eſt in cor=
pore animali. ⁊ ita in diſpoſitiōe remotiori
ad gloriā: quia corpꝰ qd̄ corrūpitur aggra
uat animā. Sap. ix. ⁊ etiā datus eſt ei locꝰ
diſtās ad merēduꝫ. ſ. paradiſus terreſtris.
ideo p̄fixus eſt ei terminus longus. ⁊ eius
peccatū remediabile fuit. angelicū vero irre=
mediabile ⁊ inexcuſabile: qꝛ angelꝰ eſt ſpi=
ritus. ⁊ ideo debebat eſſe fortis ⁊ prōptus.
homo vero habebat carnē que ad bonū ſem=
per eſt infirma. dicēte dño Mat. xxvj. Spi
ritus quidē prōptus eſt: caro aūt infirma.
Infirmitas vero aliqualiter excuſat. l. queſi=
tū. ff. de re iudi. ⁊ etiā fragilitas naturalis
l. ij. §. ſi quid autē. C. de vete. iu. enuc. Aliā
etiā rationeꝫ aſſignat beatus Bona. in. ij.
diſt. xxj. arti. j. q. ij. dicēs. Diuina ſapientia
iuſte voluit iuſticiam ſuā ⁊ ſeueritatē ſui iu
dicij in homine exercere p̄ter eternā dāna=
tionē in hoc ꝙ hominē in carne mortalem
morti tradidit ⁊ hominis innocētis mortē
pro ſatiſfactione ſuſcepit. ſic vt ſpūs inuitꝰ
deſereret corpus: ⁊ mors exigatur in pena
ſicut cōmiſſa fuerat in culpa. angelus autē
in natura immortalis erat: ⁊ ideo nō erat
via ad exercēdum in ipſo ſeueritatē niſi per
mortē damnatiōis eterne. hec ille. Quare
autem natura angelica poſt peccatum nō
fuerit capax penitētie ſicut humana. diffu=

R Breue xp̄s me rēdi fu= it angelꝭ p̄fixuꝫ: lōgum aūt hoi

ſe tractat Alexan. de ales in. iiij. parte ſum
me. q. lv. art. j. cuius dicta breuitatis cauſa
pertranſeo.

Pars tertia huius ſermonis que dicit
operationis.

In hac parte queritur a quo opata ſit
incarnatio filij dei? Et r̄ndetur ꝙ hāc
incarnationē verbi tota trinitas effe
cit. vt habetur extra de ſum. tri. ⁊ fi. ca. c. fir=
miter. opa enī trinitatis ſunt indiuiſa ab
extra. vñ Aug. in. j. de trini. c. iiij. ait. ꝙ ſi=
cut pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſanctꝰ inſeparabiles
ſunt. ita ⁊ inſeparabiliter opantur. ⁊ i. xiij.
li. eiuſdē opis inquit. qd̄ facit pater facit fi
lius ⁊ ſpūſſanctꝰ. ac oīa ſimul ⁊ filiꝰ ac am=
boꝝ ſpūs pariter ⁊ cōcorditer operantur. hec
ille. Quāuis aūt tota trinitas in incar=
natione verbi opata ſit: tñ pſona filij ſola hu
manā carnē aſſumpſit. Unde magiſter in. iij.
di. j. ait. Dicimus ꝙ nihil opatur filius ſi=
ne patre ⁊ ſpūſancto: ſed vna eſt boꝝ opa=
tio indiuiſa ⁊ indiuiſibilis. ⁊ tñ filius nō pa
ter vel ſpūſſanctꝰ carnē aſſumpſit. ipam tñ
carnis aſſumptionē ipſa trinitas opata eſt
ſicut inquit Augu. de fide ad petrū. c. ix. di
cens. Recōciliati ſumus per ſolum filium
ſm̄ carnē: ſed nō ſoli filio ſm̄ deitatē. trini
tas enim nos ſibi recōciliauit p hoc ꝙ ſolū
verbū carnē ipſa trinitas fecit. Sicut enim
inſeparabilis eſt vnitas trinitatis: ita ⁊ ope
ratio. Nō tñ eandem trinitatē natā de virgi
ne. crucifixā ⁊ ſepultā: catholici tractatores
docuerūt: ſed tantūmodo filiū. Nec eandeꝫ
trinitatē in ſpecie columbe deſcēdiſſe ſuper
xp̄m: ſed tm̄ ſpūmſanctū. Lu. iij. nec eandē
dixiſſe de celo. Tu es filius meus dilectus
ſed tm̄ vocē patris factam fuiſſe ad filium.
Lu. iij. ⁊ Matt. xvij. ⁊. ij. Pet. ij. Quis pa=
ter ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctꝰ inſeparabiles ſint:
⁊ ita inſeparabiliter operētur. hec eſt mea
fides: qm̄ eſt hec fides catholica. Licꝫ ergo
ſolus filius carnē aſſumpſerit: ipſaꝫ tamē
incarnationē cum patre ⁊ ſpūſancto opera
tus eſt. hec magiſter vbi. ſ. Hec autem fie=
ri poſſe declarat Auguſtinus in ſermone de
natiuitate dñi per tria exēpla. Primum
eſt de anima. nam in anima eſt ratio. ⁊ vna
eſt anima ⁊ ratio: ſed anima aliud agit: et
aliud ratio. anima enim viuit. ratio vero ſa=
pit. ad animā pertinet vita. ad rationem ſa
pientia. ⁊ tamē nec anima eſt ſine ratione.
nec ratio ſine anima. ⁊ cuꝫ vnū ſint: anima
tamē ſola ſuſcipit vitā. ⁊ ratio ſola ſuſcipit

L Incar= nationē opata ē tota tri nitas.

M Solꝰ fi= liꝰ eſt in carnatꝰ

N Exēplis ꝓbat ſo lū filiuꝫ incarna tum.



ſapientiā. Sic pater ⁊ filius licꝫ vnū ſint:
⁊ vnus deus. ad ſolum tñ xp̄m pertinet ca
ro: ſicut ad ſolam rationē ptinet ſapiētia.
Scōm exēplum eſt de ſole. ex vno enim
ſolis radio ꝓcedit calor ⁊ ſplēdor. ſed calor
exiccat. ſplēdor illuminat. Aliud igitur ſu=
ſcipit calor: aliud ſplēdor. licꝫ calor ⁊ ſplen=
dor ab inuicem nequeāt ſeparari. nā ſplen
dor ſuſcipit illuminationē nō feruorem. ca
lor vero ſuſcipit feruorem nō illuminationē.
aliudq̄ ſimul aliud vero ſingulariter agunt.
⁊ tamen ab inuicē nō ſeparātur. Sic ⁊ fili=
us ſuſcepit carnem ⁊ nō deſeruit patrem:
nec ſe diuiſit ab eo. In diuinitate ergo eſt
equalitas. in carne ſola filij proprietas. et
tamē ab eo patris et ſpiritusſancti nunꝙ
receſſit diuinitas. Tertium exēplum eſt.
Nam vt cythara muſicū melos ſonis dul=
cibus reddat: tria pariter adeſſe videntur.
ſcꝫ ars. manus et chorda. Ars dictat. ma=
nus tangit. chorda reſonat ꝙ auditur. ⁊ ta
men nec ars nec manus ſonum reddūt: ſed
ea cū chorda pariter operātur. Sic nec pa
ter nec ſpiritusſanctus carnē ſuſcipiūt: ⁊ ta
men cū filio pariter operātur. ſola chorda
excutit: ⁊ carnē ſolus filius recipit. opera=
tio tamen in tribus cōſiſtit quomodo ergo
pertinet ad ſolā chordam ſoni redditio: ſic
pertinet ad ſolum filium carnis humane
ſuſceptio. hec ille vbi ſupra. Que exempla
etiā ponit in libro de virginitate beate vir=
ginis. Solet etiam ad hoc dari exemplum
de tribus domicellis ſiue ſororibus que ex
ſeipſis vnā induūt aliqua veſte quādo nu=
bit: omnes enim tres eandem operationeꝫ
faciūt: ⁊ tamē vna illarum ſola induitur ⁊
nubit. Dari quoq̄ poteſt exemplū de igne
in quo eſt ſubſtantia: ſplendor ⁊ calor. ⁊ ta
men quādoq̄ ſplendorē videmus. ſubſtan
tiam autem ⁊ calorē nō percipimus. naꝫ in
candela ſplēdorem quidē percipimus: calo
rem autē minime videmus. Sic in propo=
ſito filius dei ſolus carne veſtitus apparu=
it: cum tamen eius operatio a patre ⁊ ſpiri
tuſancto diuiſa nō ſit. Qm autem vna per
ſona diuina incarnari potuerit ſine alia ꝓ=
bat Petrus de aquila in. iij. diſt. j. q. ij. ⁊ ſan
ctus Bonauentura in eadem diſt. arti. j. q.
ij. ⁊ Richardus ibidē per omnia. ⁊ Alexan
der de ales in. iij. parte ſumme in tractatu
de cōuenientia incarnationis. cuius ratio=
nem cauſa breuitatis omitto. Sed hic
queritur cum incarnationē filij dei tota ſit

O

P

Q

R Quare

trinitas operata. quare toties in ſacra ſcri
ptura et in articulis fidei appropꝛietur hec
operatio ſpirituiſancto: dum dicitur: Qui
cōceptus eſt de ſpiritusancto? Reſpondet
ſanctus Bonauētura in. iij. diſtinctio. iiij.
articulo. j. q. j. ⁊ Alexāder de ales in. iij. par
te ſumme in tractatu de cōceptione chriſti.
⁊ Richardus in. iij. diſtin. iiij. articulo. j. q.
j. ⁊ beatus Thomas in. iij. ſcripto. diſt. viij.
articulo. ij. q. j. ⁊ in. iij. parte ſumme. q. xxx
ij. articulo. iij. ꝙ hoc fit triplici de cauſa.
Primo ratione cauſe mouētis deum ad hu
mane nature ſuſceptionem: que fuit chari=
tas. ex amore eniꝫ maximo venit filius dei
vt carnem ſibi aſſumeret in vtero virginali
vt habetur Johānis. iij. Unde magiſter in
iij. diſtin. iiij. hanc rationem approbās ait.
Non enim ideo operatio incarnatiōis ſpi=
rituiſancto ſepius attribuitur: quia ipſe eā
ſine patre ⁊ filio fecerit. ſed quia ſpūſſan=
ctus eſt charitas ⁊ donum patris et filij ex
ineffabili dei charitate verbum caro factuꝫ
eſt. ⁊ inextimabili dei bono: filius vniuit ſi=
bi formam ſerui. hec ille. Preterea vt oſtē=
datur ꝙ nō ex aliquibus meritis: ſed ex ſo
la liberalitate ⁊ gratia dei carnem aſſum=
pſit: attribuitur chriſti cōceptio ſpirituiſan
cto: qui eſt ipſa gratia. Secundo idem
probatur ratione virtutis preparātis. ſicut
enim charitas dei ad hominem mouit de=
um principaliter: ſic charitas ipſius virgi
nis eam maxime diſpoſuit ad hoc donū ſu
ſcipiendum. vt dicit ſanctus Bonauentura
vbi ſupra. Illud autem quod maxime pre=
parauit virginem fuit amor. Unde quē=
admodum mulier cōcipit per viri dilectio=
nem et ipſius adheſioneꝫ. que eſt cauſa de=
ſideriorum in amore virtutis generatiue.
Sic beata virgo propter amoris ſingulari
tatem: ſingulariter cōcepit deum ex deo. et
ideo cōcepiſſe dicitur de ſpiritusancto. Un
de Hugo de ſancto victore in quodam li=
bello inquit. Concepit virgo Maria de ſpi
rituſancto: nō ꝙ de ſpiritusancto ſemē par
tus ſuſceperit. ſed quia per amorē in opera
tione ſpiritusſancti ex carne virginis diui=
no partui ſubſtantiam miniſtrauit. hec il=
le. Tertio idem probatur ratione repri=
mende ſiue excludende falſitatis. ideo nāq̄
dicitur cōceptus de ſpiritusancto. vt carna
le corpus interueniſſe nō credatur. ⁊ vt om
nis peccati cōtagio excludatur. ⁊ ne creda=
tur ꝙ ſe immiſcuerit feditas ꝯcupiſcētie ac

Appropriatur cōiter ſpirituiſcō opatio incarnationis

S

T

per hanc peccatū originale. vt inq̄t ſanctus Bona. vbi. ſ. Patet ergo vt inq̄t magr̄ vbi ſ. ꝙ frequēs noīatio ſpūſſancti ab illo ope patrē ⁊ filiū nō excludit: ſed potiꝰ vno nominato tres intelliguntur: ſicut fit ſepe in alijs opibus. vñ Augꝰ. ſup h̄ mouēs q̄ſtionē in lib. enchiridion. in hūc modum eā determinat dicēs. Cū illā creaturā quaʒ ꝟgo cōcepit ⁊ pepit: q̄uis ad ſolam perſonā filij pertinētem tota trinitas fecerit. neq̄ꝫ em̄ ſeparabilia ſunt opa trinitatis: cur in ea faciēda ſolus ſpūſſanctꝰ nominatꝰ eſt: An ꝟo q̄ñ vnus triū in aliquo ope nominat̄: vniuerſa opari trinitas intelligit̄. Ita vere eſt ⁊ exēplo doceri pōt. Audiſtis ꝓpoſitā queſtionē eiuſdēq̄ꝫ ſolutionē. Hec magr̄ vbi. ſ.

V Patet ergo ꝙ licꝫ incarnatio xp̄i facta ſit opatiōe totius trinitatis: tñ ſingularit̄ ſpūſſancto attribuit̄ qui in glioſam ꝟginē ſupuenit ſicut ei angelus gabriel predixit Lu. j. dicēs. Spūſſanctus ſupueniet in te. 

Spūſſāctus ſuperueniet in te exponit̄ — qō exponit beatꝰ Tho. in. iij. diſ. iij. Primo ſupueniet in te. i. ſuper poſſibilitatem ⁊ curſum nature dando fecunditatē ⁊ ſeruando virginitatē. Scḋo ſupueniet in te: id eſt ſupra id qō habes de plenitudine eius. quia ſicut olim implebat mentē: ita nunc implebit ventrē. Tertio ſupueniet in te. id eſt ſuper te de celis veniet: quia omne datū optimū deſurſuꝫ eſt. Iaco. j quod notat glo. in l. ij. ff. de legi. Quarto ſupueniet in te. i. ſupra merita tua ⁊ ſupra merita omniū creaturarum. Quinto ſupueniet in te. i. ſupra omnes qui ante te fuerūt. Et ꝟtus altiſſimi. id eſt dei filius qui eſt ſapiētia patris. vt dr̄. j. Cor. vj. obumbrabit tibi. i. ſub vmbra carniſ tue latebit. ſꝫ vmbra ei carniſ tue latuit ꝟtꝰ deitatꝭ.

X Incarnatio facta eſt mediante nuncio — Sed hic ad maiorē p̄dictoꝝ declaratiōeꝫ dicē poſſumꝰ ꝙ īcarnatio filij dei eſt facta celeſti nuncio mediante: ⁊ ſpūſſancto operāte: ac ipſa virgine materiā miniſtrāte. Primo igitur dico ꝙ facta eſt mediante celeſti nūcio. quia miſſus eſt Gabriel angelus a deo ⁊c̄. De tali autem nuncio exponi poteſt illud Prouer. xxv. Aqua frigida eſt anime ſitiēti: ⁊ nūcius bonus de terra longinqua. Aqua frigida ſitim ſedat eſtum tēperat. ⁊ quadā iocūditate in bibēdo delectat. beata autē virgo Maria valde ſitiebat aquā diuine gratie. habebat etiam eſtuꝫ magnū. i. magnū deſideriū de humani generis ſalute. habebat q̄ꝫ magnaꝫ iocunditatē de ꝓmiſſa deo ꝟginitate. ⁊ ió Gabriel angelus fuit ſibi ſicut aqua frigida. quia plenitudinē gratie ſibi predixit dicēs. Aue gratia plena. Salutem quoq̄ꝫ humani generis per eā fiendā aſſeruit dicēs. ⁊ vocabis nomē eius Ieſum. i. ſaluatorem virginitatē etiā illibatā ſibi ſeruādā p̄dixit dicēs. ꝙ cōciperet de ſpūſancto ⁊ nō de ſemine humano: dū ait. Spūſſanctus ſupueniet in te ⁊c̄.

Y Scḋo facta eſt hec incarnatio opatione ſpūſſancti. vñ Beda ſuper Lucam ait. Spūſſanctus in ꝟginē ſupuenit q̄ in eius vtero redēptoris corpus opatione ſua ſine virili ſemine de eius ꝟginea carne creauit. Et Aug. in ſermōe de annūciatiōe ait. Dixit angelus: O Maria ꝟgo dei: filia dei: ſi a me requiris: quō ꝟgo parias ⁊ poſt partū virgo ꝑmaneas. vel quomodo fiat in te qui fecit te. audi me ⁊ nō perturberis in te. Spūſſanctus ſupueniet in te. ita vt nec eſtum patiaris libidinis ⁊ mater ſis creatoris. Et Ber. ſuper miſſus eſt inquit. Ecce cōcipies ⁊ paries filiū. Cōcipies quod caro neſcit. nō habet cōditio: natura nō admittit. O beata ⁊ vere beata ꝟgo maria q̄ preter generādi curas: p̄ter materna faſtidia: ad tantaꝫ gloriam germinis peruenit.

Z Tertio dico ꝙ hec incarnatio facta eſt ipſa ꝟgine materiā miniſtrāte: quam materiā ſpūſſanctus ſic ſctificauit. ꝙ nunq̄ꝫ vlli vſui niſi diuino apta fuit. ſicut dicit Hiero. in ſermone ad Euſto. exēplū lane adducēs vñ ait. Ante quidē aduentū ſpūſſancti in vtero ꝟginis vterus eius q̄uis impollutus ⁊ ſanctꝰ. adhuc tñ vilitate humanitatꝭ erat indutus tāq̄ꝫ lana cādidiſſima. ad quaꝫ cū acceſſit ſpūſſanctꝰ velut eadē lana cū inficitur ſanguine cōchili vel muricis: vertit̄ in purpurā. ꝟſa eſt ⁊ ipſa ſine coitu in matreꝫ dei. vt iam nō ſit qō fuerat ſed purpura mūdiſſima ad indumentū ſummi regis diuinitus aptiſſime dedicata. De hoc etiā ſicut dicit Alchimius in li. de trinitate. Btā Maria lana mūdiſſima fuit: ⁊ per virginitateꝫ clariſſima: que ſola eēt in ſe filij dei recipe dignitatē. Sicut lana conchili ſanguīe intincta vt ex eadē fieret purpura. imperiali maieſtate tantūmodo digna. quā que nullus eſſet dignus induere: niſi auguſta p̄ditus dignitate. hec ille. De cuius ꝟginis immaculate dei filium mirabiliter cōcipiēte ⁊ parturiēte inquit Auguſtinus in ſermone de natiuitate dñi. Virga Aaron. ſubito ꝓduxit flores ⁊ frōdes ac nuces. virga ꝓtu

Virgo materiam miniſtrauit



lit quod ante nō habuit. nō radicata plātatione. nō defoſſa ſarculo. nō animata ſucco. nō fecundata ſemīario. virga ergo potuit cōtra naturā nuces educere. ⁊ virgo non potuit nature iure dei filiū generare? quaſi dicat. immo ⁊ multo magis. hoc autē oſtēdit exēplo ſpeculi ⁊ radij ſolis dicēs. Solis radius ſpecula penetrat: ⁊ ſoliditatē eiꝰ inſenſibili ſoliditate ptrāſit. ⁊ tal̄ videt̄ extrinſecus. qualis exiſtit intrinſecus. Itaq̄ꝫ nec cum ingredit̄ violat. nec cū egreditur diſſipat. Sicut ergo ſpeculum nō rumpit radiꝰ ſolis. ſic integritatē ꝟginis ingreſſus aut aggreſſus vitiare non potuit diuinitatis.

Ad icarnādum filium oportuit virginem cōſentire. — Hec aūt incarnatio fieri nō potuit niſi ip̄a virgine cōſentiēte. Vñ Bern. ſup Miſſus eſt ait. Da ꝟgo reſpōſum. reſpōde verbum ⁊ ſuſcipe ꝟbū. pfer tuū: ⁊ ſuſcipe diuinum. emitte tranſitoriū ⁊ amplectere ſempiternū. Cōſenſum igitur ꝟgo p̄ſtitit q̄ñ dixit. Ecce ancilla dñi ⁊c̄. qō exponit Ber. vbi ſupra dicēs. Verbū qō erat in p̄ncipio apud deum fiat caro de carne mea nolo vt mihi fiat aut declamatorie predicatū. aut ſingulariter ſignificatū aut imaginarie ſomniatum. ſed ſilēter inſpiratuꝫ. perſonaliter incarnatum ⁊ corpaliter inuiſceratum. Hec Ber. in pſona ꝟginis. Cum quo verbo dei incarnato nos icorporari faciat hic ꝑ amoreꝫ ipſa mater eius bñdicta. vt in celeſti palacio poſtmodum illi vniamur per gloriaꝫ in ſecula ſeculoꝝ. Amē.

De eadem mirabiliſſima filij dei incarnatione ex virgine. Sermo. vj.

A ſ

SAnctificauit tabernaculuꝫ ſuū altiſſimus. p̄s. xlv. Precioſis reliquijs ſolet fieri precioſum tabernaculum aureū vel argenteuꝫ: quia locus debꝫ eſſe ꝓportionatus locato. vt ait ph̄s. iiij. phiſico. ⁊. ij. de anima. Cum igitur nullū tam p̄cioſum iocale nullamq̄ꝫ precioſiorē reliquiā mūdus vnq̄ꝫ habere potuerit filio dei. iccirco decuit illaꝫ habere tabernaculum precioſuꝫ vbi reponeretur ſpecioſus forma pre filijs hominuꝫ. hoc auteꝫ tabernaculū fuit beata ꝟgo Maria ſpecioſa inter filios hieruſalē: que figurata fuit Exoḋ. xxv. vbi dñs precepit Moyſi dicens. Fac mihi ſanctuariū ⁊ habitabo ī medio eorum ⁊c̄. Per hoc em̄ ſanctuariū figurata fuit virgo bñdicta que ſup omnes ſanctos ſanctior eſt. Inuētus eſt autem vnus optimꝰ faber. ſ. ſpūſſanctus: qui ipſaꝫ adeo ſubtiliter ornauit per artē ſuaꝫ: vt fieret digna habitatio filij dei. repoſitaq̄ꝫ eſt in hoc ſanctuario arca theſauroꝝ omniuꝫ ſcꝫ ipſe dei filius: in quo ſunt omnes theſauri ſapientie dei abſcōditi. vt dicitur ad Col. ij.

Maria eſt altare exemplorum — In eo etiam eſt altare vbi mactātur beſtie. In hoc em̄ altari. ſ. ꝟgine glorioſa que eſt altare exemplariū ſi quis attēdat reperiat plene qualiter actus brutales ⁊ beſtiales debeat occidere. ⁊ de occiſis facere ſacrificiū deo corde cōtrito ⁊ humiliato. Nā in hoc altari inueniet malleum humilitatis ad cōterendum leonē ſuperbie. aculeū charitatꝭ ad feriendum ſerpentē inuidie. ſtimulum paupertatis ad pcutiēdum lupum auaritie. iaculum ꝟginitatis ad interficiēdum porcuꝫ immūditie. ibiq̄ꝫ omnia arma parata inueniūtur ad effugāda omnia peccata. ibi etiā eſt menſa ꝓpoſitionis. quia in ipſa eſt tam peccatoꝝ ꝙ iuſtoꝝ refectio. in hoc etiā altari eſt cādelabrum reſpiciēs ad aquilonem. naꝫ ab aquilone pandetur omne malum. Hierem. j. Inde enim cōſurgit tenebraruꝫ princeps qui inſultat fidelibꝰ: precipue in hora mortis. Hoc autē candelabrū eſt ipſius virginis adiutoriū ⁊ ſubſidiū cōtra diabolum in exitu vite p̄ſentis.

B In iſto igit̄ tabernaculo ꝟgineo deus habitationē ſuā elegit. Vñ Leo papa in ſermone de natiuitate ꝟginis inquit. Oportebat quippe edificari domū in qua deſcēdens celeſtis rex: habere dignaret̄ hoſpitiū. hāc igitur domū dei ſapiētia edificauit: ⁊ in ea excidit colūnas ſeptem. Septē nāq̄ꝫ hec domus ſuffulta colūnis extitit. quia venerabilis mater dñi: ſeptē ſpūſſancti donis dotata fuit. neceſſe enim fuit prius erigi thalamū: qui venientem ad nuptias ſuſciperet ſpōſum. hec ille. De cuius ſponſi aduētu adꝰ nuptias cū btā ꝟgine angelo mediāte celebratas tres pulchras cōſiderationes faciemus.

Prima dicetur determinabilitatis.
Scḋa ſocietatis.
Tertia ꝟo mirabilitatis.

Pars prima huius ſermonis que dr̄ determinabilitatis.

C Narrat̄ q̄daꝫ legatio facta a ſā

p PRo expeditiōe huius partis poſſumus deuote cōtemplari ꝙ cuꝫ poſt peccatū ade clauſum fuiſſet celum: ita vt nullus intrare poſſet. videns autem Adaꝫ ⁊ ſancti patres ſea ſuo deſiderio fu

ctis ad deū pro incarna tione

iſſe defraudatos atqꝫ in limbo per tot mi-
lia annoꝝ ſtetiſſe incarceratos. ſuper hoc
ſciētes per doctrinā ſacre ſcripture ſe non
poſſe ab illo carcere liberari niſi aduentu
meſſie: cōſilium fecerūt inter ſe quid agen-
dum foret. Inter alios aūt erat dauid rex
ratiōe dignitatis regalis ꝑncipalior. ꝗ hor
tatus eſt eos vt mitterēt legationē ad dn̄m
pro hac gratia impetrādā. Legatus em̄ fi
delis ſanitas eſt. Prouerb. xiij. Et quia vt
ait Caſſiod. lib. ij. epiſtolarum: epiſtola. vj.
Omnis legatio virum ſapientē requirit. et
eoꝝ ſecura ſubſtātia eſt que cōmittitur ap-
probatis. Ideo dixit ipſe dauid alijs ſanctꝭ
patribus illud ps. xlix. Cōgregate illi ſan-
ctos eius qui ordinauerūt teſtamētū eius
ſup ſacrificia. Elegerūt igitur viginti de ſe-
ipſis ſanctis patribus patriarchis ⁊ ꝓphe
tis. qui electi fecerūt illud qđ dr̄. iij. Eney-
dos. ocius oēs. Imperio leti parēt ac iuſſa
faceſcūt. Quoꝝ primus fuit Abel iuſtus:
qui coram deo ꝓcidens dixit. O benigniſſi
me deus: tu ſemel creaſti Adam patrē meū
ad fidez beatitudinis. vt ꝑ theologos in. ij.
di. j. ſed ſi nō facis miſcōiam nūꝗ͂ perueni
et ad finē ad quē cum poſteris eius ipſum
creaſti. Ergo debes illi miſereri ⁊ eum cum
poſteritate ſua ad felicitatē perducere. qđ
em̄ ſemel placuit amplius diſplicere nō dꝫ.
c. qđ ſemel. de reg. iu. li. vj. l. ſi quis te. C. de
teſti. l. ꝑ fundum. ff. de ſeruitu. ruſti. predi.
⁊. l. pōponius. ff. de negocijs geſtis. c. ꝑ tu-
as. de ꝓba. c. quēadmodum. de iureiuran-
do. ⁊. c. horrēdus. xxxij. q. v. Et ideo vt poe
ta inquit. Te facere ecōtra: gloria nulla ti-
D bi. Scđs fuit Noe qui ait. Dn̄e tuum eſt
miſereri ſemper ⁊ parcere. Cui dr̄ in ps. l.
Cor cōtritum ⁊ humiliatū deus non deſpi-
cies. Hoc em̄ eſt ꝓprium magnanimi ani-
mi. iuxta illud Ouid. iij. de triſti. Quo ꝗſqꝫ
eſt maior: magis eſt placabilis ira. Et faci
les motus mens generoſa capit. Corpora
magnanimo ſatis eſt ꝓſtraſſe leoni. Pu-
gna ſuū finē cum iacet hoſtis habet. Cum
igitur Adam magno dolore de peccato ſuo
penituerit ⁊ humiliatus ſit: debes ei clemē
ter indulgere. Tertius fuit abraā dicēs.
Volo ꝓbare ꝙ tibi debitum eſt parcere hu
mano generi. quia ſi in te deficit miſericor
dia que eſt ꝓprietas diuinitatis. c. qr̄ deita
tis. de pen. i. di. j. deficeret etiā deuz eſſe. qđ
eſt impoſſibile. Si ergo vis eſſe deꝰ fac mi
ſericordiā. Quartus fuit iſaac qui dixit.

Dn̄e odia ſunt reſtringēda. fauores ꝟo am
pliādi. c. odia. de reg. iu. li. vj. Licꝫ ergo pec
catū Ade fuerit valde odioſum. ⁊ magnaꝫ
meruerit penā. tn̄ maior dꝫ eſſe tua miſeri-
cordia. Ut em̄ ait quedā glo. ſup illud Ge-
neſ. iiij. Maior eſt iniquitas mea ꝙ vt ve
niā merear. Maior eſt dn̄i miſericordia ꝙ
omniū hominum miſeria. Ergo amplifica
miſcōias tuas ꝗ ſaluos facis ſperātes i te.
E vt dr̄ ps. xvj. Quintꝰ fuit Jacob patriar
cha qui inquit. Scriptū eſt de te Eccl. ij. piꝰ
⁊ miſericors eſt dn̄s. Et ideo nō debes hu-
mano generi miām denegare. Tu enīꝫ es
deus clemēs ⁊ pius. Exod. xxxiij. ⁊ de peni.
di. j. c. quē penitet. Tu es ille de quo dicit.
Magnus eſt deus ⁊ magna miā eius. de cō
ſe. di. ij. c. acceſſerūt. Tu es dn̄s magnus ⁊
ſaluator noſter. in aut. de eccle. titul. § ſi ꝗs
in noīe dei magni. Tu es bonus medicus
animarū. de peni. di. iij. c. adhuc inſtant. xx
iij. q. iiij. c. Nabuchodonoſor. ⁊. xj. q. iij. c.
quō. Tu es iudex miſericors. xxxij. q. j. c.
apud miſericordē. ⁊ ideo debes noſtri miſe
reri ⁊ animabꝰ noſtris medicinā preſtare.
Sextus fuit moyſes qui ait illud qđ ipē
dixerat Exod. iiij. Obſecro dn̄e: mitte quē
miſſurus es. quaſi diceret: Adā peccauit ⁊
grauiter punitus eſt: tp̄s ergo eſt vt oſten-
das miſericordiā tuam. Septimus fuit
Joſue qui dixit. Cuꝫ ſcriptum ſit ps. cxliiij.
Suauis dn̄s vniuerſis: ⁊ miſeratiōes eius
ſup omnia opa eiꝰ. Nō debes cōtra huma
num genus eſſe crudelis. Octauus fuit
Dō ꝗ ait illud ps. lxxxiiij. Oſtēde nob̄ dn̄e
mi. tu. ⁊ ſa. tuū da no. Et illud ps. cxliij. In
clina do. ce. tu. ⁊ deſcē. Nonꝰ fuit Salo. ꝗ
ait. Nō dꝫ quis odio alterius ꝓgrauari. c.
nō dꝫ. de reg. iu. lib. vj. ⁊ dānum qđ ꝗs ſua
culpa ſentit: ſibi ⁊ nō alteri dꝫ imputari. c.
damnū. de reg. iu. lib. vj. ⁊. l. qđ quis ex cul
pa. ff. co. ti. ⁊. c. vlti. de homicidio. ⁊. c. ſepe.
⁊ bi qui ſeptimo. l. di. ⁊ facit. c. nullius. j. q.
iiij. cū ſimilibus. Cū igitur tot ſint patriar
che ⁊ ꝓphete ſancti ⁊ iuſti: nō debēt tanto
tempore ſupportare penaꝫ ꝓ peccato ade.
Miſericordia em̄ digni ſunt qui alieno la-
borāt vitio. l. legem. C. de natu. li. Deci-
mus fuit Eſaias ꝓpheta ꝗ inquit. O dn̄e:
ego libri mei. c. vij. te inſpirāte prophetaui
di. Ego ꝟgo cōcipiet ⁊ pariet filiū. ⁊ voca-
bitur nomen eius emanuel. i. nobiſcū deus.
Nō ergo dꝫ mētiri ſpūs tuus. fac igit̄ iple-
ri illud qđ impecatus ſum eiuſdem libri. c.



xlv. di. Rorate celi deſuper ⁊ nubes pluāt
iuſtū: aꝑiatur terra ⁊ germinet ſaluatorē.
⁊. lxij. c. vtinā diſrūpes celos ⁊ deſcēderes.
iam em̄ tp̄s inſtat de ꝗ tu per os meū locu
tus es: di. libri mei. c. xiiij. Prope eſt vt ve-
niat tp̄s eius. ⁊ dies eius nō elongabūtur.
Miſerebit̄ em̄ deus iacob ⁊ iſrael ſaluabit̄.
Undecimus fuit Hieremias qui dixit.
Ego dixi ex ꝑcepto tuo libri mei. xxxj. c. No
uum faciet dn̄s ſup terrā. Femina circūda
bit virū. Fac ergo hāc puellā ab eterno or-
dinatā ſine vlla dilatiōe filiū tuū in ſacra-
tiſſimo vtero ſuo circūdare. Duodecimꝰ
fuit Malachias ꝓpheta qui ait. Cur me
mēdacē apparere permittis: Nōne a te in-
ſpiratus filios iſrael cōſolatus ſum: dicēs
libri mei. c. iij. Statim veniet ad tēpluꝫ ſan
ctū ſuū dn̄ator quē vos ꝗritis. ⁊ angelꝰ te-
ſtamēti quē vos vultis. Deſcēdat igitur de
celo ille cuius nomē eſt admirabilis cōſilia
rius. deus fortis pater futuri ſeculi: ⁊ prin
ceps pacis. vt dr̄ Eſa. ix. Tredecimus fu
F it Aggeus ꝓpheta qui inquit. Tu ꝓmiſiſti
mittere meſſiā ad ſaluādum mūdum quā-
do dixiſti ꝑ os meum. ij. libri mei. c. Adhuc
vnū modicū: ⁊ ego mouebo celum ⁊ terraꝫ
⁊ veniet deſideratus cūctis gētibus. Cum
ergo nō deceat regē labium mendax. Pro-
uer. xvij. Et cum omne ꝓmiſſum ſit debitū
l. j. ff. de pac. c. qualiter. extra eo. ti. ⁊. l. non
minoreꝫ. C. de trāſac. Cūqꝫ ſit ꝟa illa ſnīa
Jacobi beneuētani dicētꝭ ſui libri. c. xx. Qđ
dare nolueris nulli ſpondebis amico. Dede
cet hoc cūctos precipueqꝫ bonos. graue eſt
em̄ fidem fallere. l. j. ff. de cōſti. pecu. ⁊. l. cū
vēderem. ff. loca. ⁊. l. gn̄aliter. C. de nō nu-
me. pecu. Ideo nō debes meſſie aduentum
ampliꝰ ꝓcraſtinare. Decimuſquartꝰ fuit
Zacharias ꝓpheta qui ait. Ego te inſpirā
te libri mei. c. ix. prenūciaui aduentum meſ
ſie dicēs. Exulta ſatis filia ſyon. iubila filia
hieruſalē. ecce rex tuus venit tibi iuſtꝰ ⁊ ſal
uator. veni ergo dn̄e ⁊ noli tardare. Deci
muſquintus fuit Abacuch ꝓpheta qui in-
quit illud libri ſui. j. c. vſqꝫquo dn̄e clamabo
⁊ non exaudies: vociferabor vim patiēs. et
non ſaluabis. Et illud ps. lxxiij. Ut quid
deus repuliſti nos iratus eſt furor tuus ſu
per oues paſcue tue. Quare faciē tuā auer
tis: obliuiſceris inopie ⁊ tribulationis no-
ſtre. Exurge dn̄e adiuua nos: ⁊ libera nos
ꝓpter nomē tuuꝫ. Decimuſſextꝰ fuit Job
qui dixit illud ps. lxxxiij. Nūquid in eter-

num iraſceris nobis. aut extēdes irām tuā
a generatione in generationē: Tu ergo ex
urgēs miſereberis ſyon quia tēpus miſerē
di eius: qr̄ venit tēpus. ps. cj. Quid em̄ fa-
ciā tibi o cuſtos hominū: quare poſuiſti me
cōtrariū tibi: ⁊ factus ſuꝫ mihimetipſi gra
uis: Cur nō tollis peccatū meū. ⁊ quare nō
aufers iniquitatē meā. Job. vij. Nōne opti
me noſti ꝙ vniuerſa vanitas omnis hō vi
uēs: ps. xxviij. Et ꝙ hō vanitati ſimilis fa
ctus eſt. ps. cxliij. ⁊ de peni. di. ij. §. vlti. in
fi. cū ergo illū fragilē feceris. qr̄ de limo ter
re cuꝫ formaſti. Gen̄. ij. ⁊ Eccl. xvij. c. trāſ-
ſumptiue in. c. hi duo. de cōſe. di. j. debes eiꝰ
fragilitati cōpati. nō eſt em̄ hoīs via eius.
Hiere. x. Fac ergo vt ꝟificet̄ de hoīe quem
ad imaginē tuaꝫ creaſti: illud Eccl. xij. vbi
Salomon ait. Ibit hō in domuꝫ eternitatꝭ
in quā introduci nō pōt niſi ꝑ incarnatum
filiū tuū qui omniū ſaluādoꝝ erit via veri-
tas ⁊ vita Joh. xiiij. ⁊. c. ſi cōſuetudinē. viij.
di. Decimuſſeptimus fuit Ezechiel pro- B
pheta qui ait ps. xxxv. Homines ⁊ iumē
ta ſaluabis dn̄e. quēadmodum magnifica
ſti miſericordiā tuaꝫ deus. ⁊ illud ps. xliij.
Exurge quare obdormis dn̄e: exurge et ne
repellas in finē. Decimuſoctauꝰ fuit Da
niel ꝓpheta qui ait. Tu me appellaſti virū
deſiderioꝝ: libri mei. c. x. Adimple ergo de-
ſideriū meū: ⁊ humanā aſſume naturaꝫ. vt
ꝟificetur illud Baruch. iij. c. qđ de tua futu
ra inter homines cōuerſatione locutus eſt
tanꝗ͂ de ꝑterita dicēs. Hic eſt deus noſter
⁊ nō extimabit̄ alius aduerſus euꝫ. hic ad-
inuenit oēm viam diſcipline. ⁊ tradidit eaꝫ
Jacob filio ſuo ⁊ iſrael dilecto ſuo. poſt hec
ſup terrā viſus eſt ⁊ cū hominibꝰ cōuerſatꝰ
eſt. Decimuſnonꝰ fuit Ezechiel ꝓpheta
ꝗ ait. O fili dei bn̄dicte: tu ꝓmiſiſti eccleſie
tue ꝙ ad eā deſpōſandaꝫ in carne venires.
dicēs illud Oſee. ij. Deſpōſabo te mihi in fi
de. Ecce ergo ꝙ ipſa ſpōſa tua. i. eccleſia fi
delium deſiderat te videre ⁊ amplecti. di-
cens illud Can̄. j. Oſculetur me oſculo oris
ſui. ⁊ ideo ne moreris venire. ſed intra per il
lam ſacratiſſimā portā de qua ego ꝑdixi li
bri mei. c. xl. ꝙ tibi ſoli erit aperta: ⁊ nullus
vnꝗ͂ hominū ingredietur per eā. Viceſi
mus fuit ſapiēs Eccleſiaſticus ꝗ dixit. Cuꝫ
vera ſit illa ſnīa poetica in. ij. de ponto. vbi
Ouid. ait. Regia crede mihi res eſt ſuccur
rere lapſis. Tu ꝗ es rex regum ⁊ dn̄s domi
nantium: humano debes lapſui ſubuenire

τ miſereri. maxime amore amicoꝝ tuorum patriarchaꝝ τ pphetaruȝ quos in diuinis ſcripturis filios tuos. imo deos appellare feciſti, iuxta illud ps. lxxx. Ego dixi dij eſtis: τ filij excelſi omnes. Et iō quilibet eoꝝ ī miſerijs exiſtēs dicere tibi pōt illud Ouid. in epl'is. Turpe erit in miſeris veteri tibi rebꝰ amico. Auxiliū nulla pre tuliſſe tuū. Quanto eñ magis q̄s indiget. tāto ampliꝰ innoteſcit amici eiꝰ charitas. iuxta illud vulgare puerbiū. Albiſogno ſe cognoſce lamico. vñ Eſopus fabula. lxij. inquit. Sors aſpa mōſtrat amicos. Quis amet τ q̄s nō: ſola pcella docet. Et autor li. qui d̄r facetꝰ. c. vj. ait. Fidus in aduerſis cognoſcit oīs amicus. τ Jacobꝰ beneuētanus. c. xxxiiij. Notꝰ in aduerſis oīs amicꝰ erit. Amor igitur quo miſeris patribꝰ ipſis afficeris te dȝ inducere ad ſuccurrēdū eis grad: τ non expectare ab eis pciū vel mercedē quā reddere non poſſent. vt eñ inq̄t Claudianus in maiori volumie. Nō q̄rit pciū vitā qui dȝ amori. Nō ergo facias eos ampliꝰ te expectare: q̄ dicere pōt illud Ouid. in epl'is. Auribꝰ interduȝ voces captamus. τ oēm. Aduētus ſtrepitū credimus eſſe tui. O igit dñe deꝰ pater miſericordiarū τ deꝰ totiꝰ cōſolationis q̄ cōſolaris nos in omni tribulatiōe noſtra. ij. ad Cor. j. cū ſis pater noſter. iuxta illud Deut. xxxij. Ipe eñ eſt pater tuus q̄ poſſedit τ fecit τ creauit te. vñ dicimus tibi. pr̄ noſter q̄ es in celis. Mat. vj. τ. c. de q̄tidianis. de pe ni. di. iij. Si tāq̄ pater oibus p̄eſſe vis τ ſingulos put potes adiuuaτ ſingulos releua qui ſinguloꝝ habes ſollicitudinē. c. clemēs. viij. q. j. pater enim diligit ſuos filios. l. iſti quidē. ff. qō me. cau. τ. l. fi. C. de cura. fu. et theſaurizat filijs ſuis. c. cum apoſtolus. ex. de cenſi. τ iō nobis debes dare theſauros eterne beatitudinis. Nō enim debes facere cōtra naturalē inſtinctū omniū bonoꝝ patrū qui deſiderāt q̄ filij ſintꝰ bonoꝝ ſuoruȝ heredes. l. ſcripto. ff. vñ li. τ. l. de emācipad. C. de legi. here. τ. l. penul. ff. de bo. libe. Hāc aūt hereditatē habere nō poſſumus niſi p filiū tuū qui eſt pignus hereditatis noſtre. ad Ephes. j. Quapropter debes eū mittere ad incarnationē: vt verificet illud ps. cxxvj. Cū dederit dilectis ſuis ſomnū: ecce hereditas domini filij merces fructꝰ ventris.

D Factū eſt aūt cuȝ veniſſent filij dei ante dñm affuit inter eos τ ſathan. Job. ij. c. qui

Diabolus vo- ꝯſutus hoſtis habēs mille nocēdi modos quibus conatur humanū genus reuertere. xvj. q. ij. c. viſis lr̄is. Qui ſemp bonuȝ v̄tit in malū. τ in electis maculaȝ imponit. ij. q. vij. c. j. Qui hȝ ſuggeſtiones callidas τ illaqueantes. c. nerui. τ ibi glo. xiij. di. Qui conatur leges dei deſtruere. c. ſexto die. xxxv. di. Qui eſt hoſtis antiquus. c. ſacerdotes. lxxxj. diſtin. q̄ ſathanas τ draco appellatur Apocal. xij. τ. c. audi. xj. q. j. q̄ ſemp circuit querēs quē deuoret. c. nulli dubiū. iij. q. j. τ vj. q. j. §. verū. Qui eſt leo inſidiās. de peni. di. ij. c. ſi ei inquit. v̄. liberi arbitrij. Ipſe igitur cōſurrexit cōtra iſrael. τ incitauit regē. i. deū. j. Paral. xxj. τ dixit. Abſit a deo impietas: τ ab omnipotēte iniq̄tas. opꝰ eñ hoīs reddet ei. τ iuxta vias ſinguloꝝ reſtituet eis. Job. xxxiiij. Et iterū loq̄ns deo ait. Dñe q̄d eſt hō q̄ memor es eius. aut filius hoīs: q: reputas eū: ps. cxliij. Ipſe eñ doloſe egit vt inueniat iniquitas eiꝰ ad odiū. ps. xxxv. Tu aūt iuſtꝰ es τ oīa iudicia tua vera ſunt. Thob. iij. Da ergo illis ſm̄ opera eoꝝ τ ſm̄ nequitiā adinuentionū ipſoruȝ. ſm̄ opa manuū eoꝝ tribue illis. ps. xxvij. cōuertant itaq̄ peccatores in infernū. ps. xvij. Tu eñ de ipſis dixiſti p pphetā. Deleant de libro viuētiū: τ cū iuſtis nō ſcribātur. ps. lxxxvj. Audiētes aūt humani generis legati illū ꝯ eos aduerſariū inſurrexiſſe de quo d̄r Job. xlj. nō eſt ptās ſup terraȝ q̄ cōparet ei qui factꝰ eſt vt nullū timeret: potentiā aduerſarij phorreſcētes. c. ſtatutuȝ. §. cū v̄o. de reſcrip. li. vj. defecerūt viribus τ timuerūt valde. dixerūtq̄ illud. Eſa. xxxvij. Dies anguſtie dies hec potētioribꝰ eniȝ pares eſſe nō poſſumus. l. j. in princi. ff. de alie. iudi. mu. cau. fac. τ. ff. de rei vēdi. τ. l. officiū.

lens ipe dire incarnationem

Deus hāc ꝯtrouerſiam determinans.

T Tertia rō oſtēdens excellētiā et ſublimitatē huius dr̄ cōcordatiōis. Hoc enim cāticū concordat cū orōne dñica quam fecit ſaluator noſter et docuit. vt habetur Matth. vj. ſ. Pater noſter etc. Et hanc cōcordantiā declarat Jobes dñici vbi. ſ. cuius verba cauſa breuitatis omitto. Poſt orōnem ergo dñicam nulla eſt excellētior. nulla ſublimior. nulla dignior, nulla vtilior ac ſalubrior iſto bñdicto cāntico. Et ideo cuilibet deuoto inquit ꝓpheta Eſa. xxiij. Bene cane. frequēta canticū. Et Ezech. vij. Canite tuba. i. voce ſonora. preparentur oēs. ſ. ad canēdum deuote hoc cānticū. hoc enim eſt illud canticū qd̄ ſuaui ſono canitur Ezech. xxxiij. Hoc etiā eſt illud cānticū de quo pdixit Dauid ps. xxxix. di. Jmmiſit in os meū canticū nouū: carmen deo noſtro. Vn̄ dicebat ps. lxviij. Laudabo nomen dei cū cantico et magnificabo eum in laude. Et ps. xcv. Oēs inuitabat ad canendum di. Cātate dño canticū nouū: cantate dño ois terra. et Eccl. xxxix. dr̄. Collaudate canticū et bñdicite dñm, et Eſa. xlij. Cantate dño canticū nouū: laus eius ab extremis terre. et Michee. ij. ſcriptū eſt. Cātabitur canticum cū ſuauitate. Beata autē virgo dicebat cum ꝓpheta ps. xij. Cantabitur dño qui bona tribuit mihi: et pſallā nomini dei altiſſimi. Et ps. lviij. Vt cantez fortitudinē tuam, qd̄ fecit cum dixit. Fecit potentiam in brachio ſuo etc. Jtem dicebat illud ps. lxxviij. Miſericordias dñi in eternum cantabo. Quod fecit cuz dixit. Et miſericordia eius a ꝓgenie in ꝓgenies etc. Jpſa ergo ſeruauit preceptū ſpiritusſancti dicentis ꝑ os Dauid ps. xcviij. Cantate et exultate et pſallite. Vnde et in eius perſona pdixerat idem ꝓpheta ps. lxx. Exultabūt labia mea cum cantauero tibi. Dicebat quoq; ipſa benedicta virgo illud ps. c. Miſericordiā et iudicium cantabo tibi dñe. Quod fecit quādo cecinit dicens. Depoſuit potentes de ſede: et exaltauit humiles. Jn hoc autem cantu ſuo dedit beata virgo exēplum illis qui ſunt diuino cultui deputati, vt deuote cantarēt cāntica diuina ſm ordinem eccleſiaſticuz. c. in die. de cōſecra. diſt. v. Et cum ipſa exultauit in deo: dedit exēplum cantandi et iubilādi magis corde quam ore. ſicut poſtea ordinauit eccleſia in. c. nō mediocriter. de cōſe. di. v. et. c. ſedulo. xxxviij. diſt. et. c. cantātes. vbi glo. xcij. diſt.

Poſt prīnr magnificat excellit alias orationes

Pars ſcda huius ſermonis que dicitur modalitatis.

Jnquit Nicolaus de lyra ſuper Lucam quod in cantico beate virginis primo ponitur modus cantandi, et hec eſt pars pſens. Secundo ſubditur cauſa cantandi. ibi. Quia reſpexit etc. et hec eſt pars ſequens. Circa primum declaratur laus virginis tanquam magna cum dicitur. Magnificat. Scdo vt deuota. ibi anima mea. nō tm̄ labia mea. Tertio vt debita. cum dr̄. dñm. cui debetur laus et honor. Quarto vt iocunda ibi. Et exultauit ſpūs meus. Quinto vt recta. ibi. Jn deo ſalutari meo. Et dicit in deo ratione creationis, ſalutari ratiōe recreationis. meo ratione aſſumpte humanitatis. quia ſic fuit ipſius virginis et non alterius. hec ille. Dicit autez. Magnificat anima mea dominum. nō tamē addendo aliquid ad eius maieſtatis magnitudinez. quia immēſa eſt. nec augeri poteſt, nec minui. vn̄ Eccleſiaſtici. xviij. dicitur. Quis inueſtigabit magnitudinē eius: nō eſt minuere nec addere nec inuenire magnalia dei. Magnificauit autē eā eius magnificentiā oibus nunciando. ſicut faciebat Dauid dicēs ps. xxxiij. Magnificate dñm mecū. Et hanc expoſitionē approbat Johānes gerſon vbi. ſ. dicens. Dñs a creatura magnificatur. nō in augmentū ſui in ſe. ſed quia magnus eſſe pdicatur. canitur et laudatur. aut certe quia magnificā facit animā cui magna facit qui potens eſt. nā quos iuſtificauit hos et magnificauit. Nūquid parū tibi videtur magnificata beate marie virginis anima. que operationi ſupra modū magnifice fuit auſa pbere cōſenſum. Fiat inquit mihi ſm verbū tuū. i. fiam mater illius filij cuius eſt pater deus. Quid excelſius, quid ſublimius et magnificētius poterit cogitari? quod et vidit cū ꝓphetice ſubiūxit. Ecce enim ex hoc beataz me dicēt oēs generatiōes. hec ille. Jtē Maria magnificauit dñm humiliādo ſe. iuxta illud ps. lxiij. Accedet hō ad cor altū: et exaltabitur deus. Magnificauit dñm: illum omnibus preponēdo: dicēs cum ꝓpheta ps. cxliiij. Exaltabo te deus meus rex etc. Magnificauit dñm eius corpus myſticū augendo. iuxta illud Eſa. xxxiij. Magnificatus eſt

L Lyra exponit magt

Deꝰ quō magnificatur.

Maria deū magnificauit

dñs:qm̄ repleta eſt ſyon iudicio ⁊ iuſticia.
Magnificauit dñm: ipm̄ laudando ac di-
cendo cū ꝓpheta. ps. lxviij. Magnificabo
eū in laude. Magnificauit dñm ipſum bñ
dicēdo. iuxta illud Ecci. xliij. Bñdicentes
dñm exaltate illū quantū poteſtis. quia eſt
maior omni laude. Magnificauit dñm eiꝰ
inimicos expugnādo. iuxta illud Exo. xv.
Cātemus dño glīoſe enī magnificatus eſt
⁊c. Dicebat ergo ꝯtinue ipſa beata ꝟgo ſpō
ſo ſuo celeſti cum ps. lxx. Repleat̄ os meū
laude: vt cantē tota die magnitudinē tuā.
Itē dicebat cum eodem ꝓpheta. Magnifi
cabo eū nimis in ore meo. Oēs q̄z inuita-
bat ad idem faciendum dicēs cum ꝓpheta
ps. lxvj. Oēs gētes magnificate euz. Dice
bat autem deo illud Exo. xv. Quis ſimilis
tui magnificus in ſanctitate? Et illud ps.
viij. Eleuata eſt magnificētia tua ſuper ce-
los. Ex hoc aūt cantico apparet excellētia
⁊ altitudo atq̄z audacia iſtius digniſſime
ꝟginis. que illum magnificare attētauit. de
quo dr̄ Eccli. xliij. Quis magnificabit eum
ſicuti eſt. quaſi dicat nullus. Ipſe nāq̄z eſt
ille de quo. b. Job. xxiij. ſui li. c. dicebat. No
lo multa fortitudine cōtendat mecuz. neq̄z
magnitudinis ſue mole me premat. Et ra-
tionē aſſignabat. xxxix. c. di. Eſt enī magnꝰ
fortitudine ⁊ iudicio ⁊ iuſticia. ⁊ enarrari
nō poteſt. Uera eſt eniz ꝓphete ſnīa dicēs
ps. xlvij. Magnꝰ dñs ⁊ laudabilis nimis:
⁊ magnitudinis eius nō eſt finis. Et tamē
iſta nobiliſſima puella eum magnificauit
id eſt magnū fecit. Quia enī deus magnꝰ
in eius vtero paruulus factus eſt. ⁊ in viſce
ribus eius creuit. ⁊ lacte eius nutritus ma
gnus factus eſt. Ideo merito inq̄t eius ma
ter ſe illuz magnificare. i. maiorem facere:
Sanctus aūt Ber. inq̄t. Nō laudat̄ hic ma
gnus dñs ⁊ laudabilis nimis. ſed paruꝰ do
minꝰ ⁊ amabilis nimis. Dicit ꝟo btā ꝟgo.
Magnificat aīa mea. quia lingua nō ſuffi
cit. Uñ glo. inquit. Quia tāto munere dñs
me ſublimauit. vt nullo lingue officio expli
care poſſim. ideo tm̄ animi interioris affe-
ctū in agēdis gratiarū laudibꝰ offero. Uel
dicit. Aīa mea. q. d. nō ſolum corpus ⁊ lin-
gua: ſed principaliter anima mea magnifi
cauit dñm. Deus enī vt. s. diximus magni
ficādus eſt ⁊ laudādus magis mēte ꝙ vo-
ce. iuxta illud apl̄i Ephe. iiij. Cantantes in
cordibꝰ veſtris deo. vñ dicebat. Pſallaz ſpū
pſallā ⁊ mente. Ex quibꝰ pꝫ ſuauitas cāti-

ci huius ꝟginalis. Licꝫ enī dicat̄ Eccli. xl. | Suaui tas huiꝰ cantici.
Tybia ⁊ pſalteriū dulcē faciūt melodiaz et
ſuper vtrūq̄z ligua ſuauis. tm̄ dulcior eſt cā
tus ſpūalis. ſ. iubilus cordis ⁊ mētalis me
lodia. Scriptū eſt enī Ecci. xxx. Nō eſt oble
ctatio ſupra cordis gaudiū. Quis ergo erit
tante ſufficiētie vt valeat explicare vel pci-
pere quāte melodie eſt cāticū qd̄ inſtrumē
taliter ꝟginis ſancte aīa cantat. Cōſidera
ſi vales q̄lis ſit cythareda. q̄lis cythara. q̄-
lis ⁊ cātici materia. Nā etiā bonus cātor ſi
voce rauca vtatur: male cātat. ⁊ bonus cy-
thareda fracto inſtrumento male cythari-
zat. Nec etiā ſufficit vox pulchra ⁊ inſtru-
mentū nobile ſi autor artis ſit impitus. iu-
xta illud Ouid. in. iij. li. de pōto. c. x. Nō bñ
cātantes labor eſt audire puellas. Itē da-
ta peritia artis ⁊ inſtrumētoꝝ cōpoſitione
ꝑfecta. ſi materia ſit diſplicibilis. de ſuaui-
tate cytharizantiū ⁊ canentiū aliq̄d ſubtra
hit. Ad faciēdam ergo ꝑfectā ⁊ delectabilē
melodiā requirit̄ bonꝰ magiſter. bonuz in-
ſtrumentū: ⁊ materia ſuauis ⁊ delectabilis
que oīa erāt in eo. De quo inq̄t Uirgilꝰ in
j. eney. Cythara crinitus iopas ꝑſonat au-
rata docuit q̄ maximus athlas. In iſto au
tem cantico cythareda eſt ſpūſſanctus. qui | Spiritusſctūs cythareda
etiā in omni inſtrumēto inepto ⁊ vili ſua-
uiter ſonat. Ut enī inquit Greg. in ſermōe
apl̄oꝝ. Tetigit puerū cytharedam Dauid
⁊ pſalmiſtā fecit. Tetigit etiā puerū iunio
rem Danielē. ⁊ iudicē ſenū fecit. Paſtorez
armentariū Amos: ⁊ ꝓphetā cōſtituit. Pi
ſcatorē Petrū: ⁊ pricipē apl̄oꝝ ordinauit.
Thelneariū ⁊ publicanū Mattheum. et
apl̄m ac euangeliſtā creauit. Perſecutorez
fideliū Paulum. ⁊ predicatorē gētiū fecit.
Qualiter ergo cantabit ⁊ armonizabit ſpi
rituſſanctus vbi inſtrumentū eſt aīa virgi
nis ſanctiſſime? Sed adde nobiliſſimo cy-
tharede: ⁊ ſuauiſſimo ac optimo inſtrumē-
to p̄cioſam ac delectabilē materiā. Quia in
hoc digniſſimo cantu cantātur magnalia
diuine laudis. Uñ bene cecinit ꝟgo glorio
ſa dicēs. Magnificat anima mea dñm. q̄ſi
diceret cum ꝓpheta. Cōfitebor dño nimis
in ore meo. ⁊ in medio multoꝝ laudabo eū.
ps. cviij. Nimis inquit nō reſpectu magni
ficati: ſed reſpectu audientiū. qui tā magna
capere nequeūt. Uel melius exponēdo. Cō
fitebor dño nimis in ore meo. i. ſi voluero
magnificare deum ore meo: nimis eſſet et
nimis prolixum. immo impoſſibile. vnde ⁊



Paulus que in paradiſo vidit loqui nō po
tuit. ij. ad Coꝝ. xij. Magnificat ergo ani-
ma mea dñm. que rapta eſt ad videndū eiꝰ
magnificentiā. q̄r ꝟbis hoc bñ fieri nō poſ
ſet. ✠ Et bene notandū eſt ꝙ dicit anima
mea. Nullus enī ꝓprie dicere pōt aīa mea:
niſi q̄ totaliter hꝫ animā liberam ab omni
ſeruitute. vt inquit Archiepūs florētinus in
iiij. ꝑte ſumme. ti. xv. c. xxviij. §. ij. vbi etiaz
dicit ꝙ triplex eſt ſeruitus: a qua opꝫ eſſe li | Triplex ſeruitꝰ q̄ fac̄ aīaz eſſe non ſuam
berā ⁊ immunē vt ſit anima ſua. Prima eſt
ſeruitus criminis ſiue vitioꝝ. de qua dicit̄
Joh. viij. Qui facit peccatū ſeruꝰ eſt pecca-
ti. Sed peccatū ſicut eſt triplex ita ⁊ eiꝰ ſer-
uitus eſt triplex. Eſt ei triplex pctm̄. ſ. mor
tale. qd̄ ꝑfecte facit hoīem ſeruū pcti ⁊ dia
boli. iuxta illud. ij. Pe. ij. A quo q̄s ſupatꝰ
eſt eiꝰ ⁊ ſeruus eſt. Et vt dicit Augꝰ. Quis
eſt ſeruus tot dñoꝝ quot vitioꝝ. ⁊ hoc ma
xime impedit animā ne poſſit deo vacare.
Per originale autē pctm̄ ſenſus hoīs ⁊ cū-
cta cogitatio eiꝰ prona eſt ad malū ab ado-
leſcētia ſua. vt dr̄ Geñ. viij. ⁊. c. oīs etas.
xij. q. j. Nec liberatur anima ab impedimē
to talis ſeruitutis pugne carnis cōtra ſpiri
tum. vñ nō pōt ita libere volare ad deū per
cōtemplationē ⁊ vacare diuinis. Nec aliq̄
ſacramēto circūciſionis vel baptiſmatis vel
alterius liberatur a tali ſeruitute. licꝫ ſuble
uetur plus ⁊ minus. ſed ſemꝑ remanet pu-
gna carnis que animā captiuā ducit ſub le
ge peccati ſm̄ inclinationē. ⁊ ſi nō dominē-
tur omnino. Ueniale autē tepefacit animā
⁊ pigriorem reddit ad aſcēdendum in deū
feruorē tollens ſpūs. Scd̄a ſeruitꝰ eſt ſan-
guinis ſiue ꝓpinquoꝝ. que etiā animā ali-
qualiter tenet captiuā ne in deum totaliter
vadat. Sicut pꝫ de illo qui xp̄m ſequi cupi
ebat. ſed tm̄ retinebatur ne eū ſequeretur di
cens. Permitte me prius ſepelire patrē me
um Mat. viij. Cōtra quē defectuz. ſ. nimie
affectionis ad parentes venit dñs mittere
gladiū ſeparationis dicēs. Ueni ſeparare
filiū aduerſus patrē: ⁊ filiā aduerſus ma-
trē ſuam ⁊c. vt habetur Mat. x. ⁊ Lu. xij.
Et hoc ideo. quia caro ⁊ ſanguis regnū dei
nō poſſidebūt. vt ait apoſtolus. j. ad Coꝝ.
xv. Uñ ⁊ Ambro. inquit: in. c. cui portio. xij.
q. j. Hec eſt vera ſacerdotis fuga. abdicatio
domeſticoꝝ. ⁊ quedā alienatio chariſſimo-
rū. vt ſuis ſe abneget qui deo ſeruire gliſcit.
hec ille. Tertia ſeruitꝰ eſt mundialiū ⁊ ter
renaꝝ rerū: ſpinis ſuis ſollicitudinū aīam

ligatā tenentiū: ne libere deo ſeruire valeat.
vt pꝫ de illo qui dño ſeruire cupiebat perfe
cte. Cui interrogāti dñm de via ꝑfectiōis.
cum ipſe dñs reſpōdiſſet. Si vis ꝑfectꝰ eſſe:
vade. ⁊ vende oīa que habes ⁊ da paupibꝰ
⁊ ſequere me. triſtis retroceſſit diſcedēs ab
eo. quia habebat multas poſſeſſiōes. vt dr̄
Matth. xix. Neceſſe eſt ergo vt anima que
vult intelligere magnalia dei. ⁊ in cōſpectu
eius ſolius ſemper meditari. a iugo cuiuſli
bet harum ſeruitutū ſit libera ⁊ immunis.
In cuius figuram dixit dñs Abrae Geñ.
xij. Egredere de terra tua: id eſt de munda
nis cupiditatibus ⁊ de cognatione tua: id
eſt de amicis ⁊ attinētibus. ⁊ de domo pa-
tris tui. i. de vitijs ⁊ criminibus per que q̄s
efficitur filius diaboli. ⁊ de domo ac fami-
lia eius. iuxta illud Johan. viij. Uos ex pa
tre diabolo eſtis ⁊ deſideria patris veſtri
id eſt diaboli facere vultis. Sequitur in di
cto. c. Geneſ. ⁊ veni in terram quā mōſtra
uero tibi. ſcꝫ cōtemplationis ⁊ ſuauis perfe
ctionis. Talis autē poteſt dici filius dei re
natus nō ex ſanguinibꝰ iniquitatū. neq̄z ex
volūtate carnis neceſſitatum amicoꝝ. neq̄z
ex volūtate viri. ſ. mundi vanitatū. Et con
ſequenter poteſt dicere anima mea. Cū au
tez nullius creature pure anima ſit que nō
fuerit ſubiecta peccato. Quia ſi dixerimus
quia peccatū nō habemus: ipſi nos ſeduci
mus. ⁊ veritas in nobis nō eſt. vt dicit Jo-
hannes in canonica ſua. excepta ſancta vir
gine. vt dicit Auguſtinus. Que etiā paren
tum amorem oblita eſt ſegregata ab eis in
ſua infantia: ⁊ deo totaliter mancipata. vt
hyſtoria natiuitatis eius edocet. ⁊ ab om
ni terrena cupiditate elongata. Reſtat vt
talis ꝟgo ab omni iugo ſeruitutis excuſſa
totā animā ſuā poſſideret. ⁊ dicere ſola po-
tuerit. Magnificat anima mea dñm. ⁊ ita
cecinerit vſq̄z in finē. Poterat ei dicere cū
ps. xviij. Meditatio cordis mei i ꝯſpectu
tuo ſemꝑ. hec Archiepūs florētinus. Cuius
verba aut nō cōcludūt intentum. aut neceſ
ſario eſt dicēdum. ꝙ beata ꝟgo fuit totali
ter libera ⁊ immunis a pctō originali. alit̄
nō ſemꝑ potuiſſet dicere aīa mea. vt ipe p̄-
ſupponit. Nam pro illo tūc vel inſtāti quo
fuiſſet in peccato originali: nō fuiſſet libera
eius aīa. ſed ſerua diaboli ⁊ pcti. vt diffuſe
ꝓbauimus in parte prima huiꝰ opis. Sola
ergo beata ꝟgo inter puras humanas cre
aturas potuit dicere illud Ezech. iiij. Ania

mea non eſt polluta ab infantia mea vſq̃
nũc. Et illud pſ. xxj. Anĩa mea illi viuet. ſ.
ſemp̃ ⁊ nũq̃ diabolo ſeruiet. Et cõſequẽter
y ſemp̃ magnificabit dñm. In q̃bus verbis
apparet v̾tus ⁊ ſanctitas v̾ginis. q̃ nõ egit
ſicut multi alij q̃ carmina vel alia opa edi-
derũt. in quib⁹ deſcripſerunt facta egregia
magnoꝝ viroꝝ. vt ab eis vel ab eoꝝ poſteriſ
diuitias vel honores cõſeq̃renꝭ. Alij v̾o la-
borauerũt tractare materias delectabiles ⁊
obſcenas vt poete. Alij ſubtilia vt phi. Alij
lucratiua vt iuriſte. Alij tẽpoꝝ ſucceſſus vt
hyſtoriographi. Et ſic vt cõiter ad capeſſen
dam vel tp̃alẽ cõmoditatẽ. vel gl'iam ⁊ fa-
mã: vt i ꝑpetuũ duraret eoꝝ memoria. Si
cut Ouid. q̃ inq̃t in vlti. methamor. Iamq̃
opus exegi quod nec Iouis ira nec ignes.
Nec poterit ferrũ nec edax abolẽ vetuſtas.
Vñ de talibus v̾ificaꝭ illud Eccl'ſ vl. ſ. faciẽ
di plures libros nullus eſt finis. Beata au
tẽ virgo h̾ canticũ edidit p̃ciſe ad decãtan-
das dei laudes. ⁊ hic eſt eius oĩs finis ⁊ in-
tentio. Et ideo dicit. Magnificat anĩa mea
Dñm dicit non deũ vel filꝭ aliquid — dñm. Et nota ꝙ nõ dicit deũ. nõ ſpõſuȝ.
nõ filiũ. nõ patrẽ. q̃uis quodlibet hoꝝ dice
re potuerit vere. Sed tm̃ dicit dñm. vt om̃i
via ꝑprias laudes fugeret: ⁊ diuinis tm̃ in
tẽderet. Si em̃ dixiſſet deũ ſuã humilitateȝ
tacuiſſet. q̃d fieri nõ poterat: cuȝ ea vſq̃ ad
redundantiã plena eſſet. ⁊ omni v̾bo. actu
geſtuq̃ ſe humileȝ ⁊ vilẽ p̃dicaret ꝓ poſſe.
Qui em̃ dicit deũ: ſui dicẽtis nullam condi
tionẽ exprimit. cũ deus nõ dicatur relati-
ue. Si aũt dixiſſet ſponſuȝ. patrẽ vel filiũ:
multũ ſe laudaſſet. Et ideo dicit dñȝ. quod
nomen eſt relatiuũ ad ſeruũ ⁊ ancillã. quia
hoc nomen ſeruus ⁊ ancilla eſt nomen vili-
tatis. Et ſic ſicut reſpõdit angelo. Ecce an
cilla dñi. ita nũc cecinit. Magnificat ani-
ma mea dñm. Quia ergo beata virgo non
queſiuit famã vel gloriã ſuam: ſed ſemp̃ di
uinam. Ideo deus reddidit eã glorioſam ⁊
famoſam. Ipſe em̃ inquit. j. Regũ. ij. Qui
me glorificauerit glorificabo euȝ. Et nõ ſo
lum ipſa eſt famoſa: ſed etiã hoc eius can-
ticũ. ē famoſius omnibus alijs cãticis. vñ
omni die cãtatur. ⁊ hora multuȝ apta. ſ. in
veſperis. ⁊ modo multũ grato ⁊ ſolẽni ma
Z gis q̃ om̃ia alia eccleſie cantica. Alia q̃ȝ
Cãticũ magnificat eſt magnũ — ratione dixit benedicta v̾go dñm. vt. ſ. hoc
ſuum canticum diuine laudis redderet ma
gnificum. Nam ad magnã laudem quattu
or requiruntur. ſ. vt ſit a magno laudante,

magno modo, de magnis factis. ⁊ de ma-
gnis perſonis. Ex quib⁹ omnib⁹ hoc canti-
cum redditur magnificũ. Nam laudãs eſt
magna. ſ. anima v̾ginis talis ⁊ tãta. Mo
dus eſt nobiliſſimus. quia exultauit ſpirit⁹
ei⁹ ⁊c. Itẽ de magnis factis que in ipſo cã-
tico narrãtur. Reſtabat ergo vt a q̃rto ma
gna laus diceretur vt eſſet tota magna. Et
hoc fit cum ait dñm. Et prudenter dixit ab
ſolute dñm. nõ illum vel illum quia non lo
quitur de aliquo dño alicuius portionis
mundi. vt fecerũt tragici, comici ⁊ hyſtorio-
graphi. ſed de dño vniuerſali. Cui dicꝭ He
ſter. xiij. Dñs vniuerſoꝝ tu es. ⁊ in ditione
tua cũcta ſunt poſita. De illo loquitur cui
ſoli dicꝭ illud Exo. xxj. Dñs bon⁹ innocẽs.
Qui eſt deus deoꝝ ⁊ dñs dominantiũ Deu
tero. x. Et cui d̾ Iudith. ix. Dñs nomen eſt
tibi ſoli. qui ſolus eſt dñs fortis ⁊ potens:
dñs potens in prelio. pſ. xxiij. Qui ſolus
eſt dñs virtutum. pſ. xlvj. Qui eſt dñs ex-
celſus terribil' ſuper oẽm terrã. ibidẽ. Cui
inquit idem ꝑpheta. pſ. lxxxij. Nomen ti-
bi dñs. tu ſolus altiſſimus ſuper omnẽ ter
ram. Cui etiã dicꝭ Eccleſiaſtici. xliij. Terri
bilis dñs ⁊ magnus vehemẽter. ⁊. ij. Ma-
chab. xiiij. Tu dñe vniuerſoꝝ qui nullius
indiges. Eſt ergo hoc canticum valde ma-
gnificum. quia de tanto domino loquitur.
Et ideo ē excellẽti⁹ omnib⁹ ſcripturis mun
dialibus. Quo v̾o ad diuinas ſcriptu-
ras eſt ſciendum ſm̃ quoſdam catholicos — Tria p̃ferũt ſcripta ſcriptis
doctores. ꝙ tria ſunt que preferũt ſcripta
ſcriptis. ſcȝ tẽpus in quo adinuenta ſunt.
forma tradendi. ⁊ dignitas ꝑſone traden-
tis. Reſpectu primi iſtud canticũ preponi
tur om̃ib⁹ ſcripturis veteris teſtamẽti. Re-
ſpectu ſecũdi preponiꝭ omnibus epiſtolis.
actibus ⁊ ꝑphetijs noui teſtamẽti. Reſpe
ctu tertij p̃ponitur omnib⁹ ſcriptis in euan
gelijs. exceptis his que de ore xp̃i emana-
uerũt. quia nulla perſona poſt xp̃m digni-
or reperitur. Et ideo hoc canticũ eſt frequen
tandum ſm̃ p̃dictos doctores. qui etiã di-
cunt ꝙ alia quoq̃ ratione dixit beata v̾go
dñm. vt ſcȝ mentẽ ad timorẽ ⁊ reuerentiaȝ
dei excitaret. Quia initiũ ſapiẽtie eſt timor
dñi Eccl. j. Iſte em̃ terminus dñs includit
timorẽ filialem qui eſt amoris. iuxta illud — Dñs vñ dicatur
Malach. j. Si ego dñs: vbi eſt amor me⁹.
Itẽ dixit dñm. vt ꝓ̃prietates dei explicaret.
q̃ nõ eſt dñs ſicut tyrãnus tp̃alis. q̃ a depre
datione ſubditoꝝ dicꝭ dñs: q̃ſi do min⁹.



immo nihil: ſ; multũ ⁊ cuncta ſurripio. Sȝ
a largitione beneficioꝝ d̾ dñs q̃ſi do mu-
nus. Et hoc inſinuauit cum eius beneficia
cõmemorauit. Primo data ſibi in particu
lari dicẽs. Fecit mihi magna q̃ potens eſt
⁊ poſtmodũ beneficia data oĩbus dicens.
Et mĩſicordia ei⁹ ⁊c. Secũdo a liberatiõe
oppreſſoꝝ dicꝭ dñs: quaſi do manus. id ē
adiutoriũ. Et hoc inſinuauit cum eũ ſalu-
tarem appellauit. i. ſalutẽ dantẽ. Itẽ cum
dixit. Depoſuit potẽtes de ſede. ſ. opp̃men
tes alios: ⁊ exaltauit humiles. ſ. a potẽti-
bus dep̃ſſos. Tertio a debellatiõe inimi-
coꝝ dicꝭ dñs: quaſi do minas hoſtibus.
Et hoc inſinuauit cũ dixit. Fecit potentiã
A in brachio ſuo diſp̾ſit ſupbos mẽte cordis
Expoſitio greci. Origenis — ſui. Grecus aũt expoſitor ſup Lu. expo
nit hec verba v̾gis. Magnificat aĩa mea
dñm: dicẽs. ꝙ hoc inq̃t btã v̾go. q̃ſi dice-
ret. Mirabilia q̃ deus p̃nunciauit. in meo
corpe exercebit. Sed aĩa mea infructuoſa
apud deũ nõ erit. Cõuenit aũt mihi ⁊ volũ
tatis fructũ afferre. Nã quãto amplo do
ceor miraculo: tãto teneor gl'ificare in me
mirabilia opãtẽ. Origeñ. aũt ſup h̾ paſſu
inq̃t. Si aũt dñs nec augmentũ nec detri
mentũ recipe põt. q̃d eſt ꝙ maria loquiꝭ.
Magnificat aĩa mea dñm. Sȝ ſi ꝯſidereȝ
dñm ſaluatorẽ imaginẽ eẽ inuiſibilis dei.
⁊ aiam factã ad ei⁹ imaginẽ: vt ſit imago
imaginis. tunc videbo q̃m in exẽplo eorũ q̃
ſolẽt imagines pingere: qñ magnificaue-
ro aiam meã ꝯpe: cogitatiõe ⁊ ſmone. tũc
imago dei grãdis efficiꝭ: vt ipe dñs cuius
imago ē in aĩa mea magnificeꝭ. h̾ ille. Et
idẽ dic̃ diu⁹ Amb. ſup Lu. q̃ ait. Magnifi
caꝭ dñs. nõ ꝙ hũana vox ei aliq̃d adiũgat
ſed q̄ magnificaꝭ i nobis dñ aĩa nr̃a que
ad imaginẽ dei eſt creata: per iuſticiam ſe
xp̃o ꝯformat q̃ eſt imago p̃ris. Et ſic dum
ip̃m xp̃m imitãdo magnificat: q̃dã parti-
cipatiõe magnitudis ei⁹ ſublimior fit vt il
lã imaginẽ ſplẽdido bonoꝝ colore factoꝝ
⁊ quadã emulatiõe v̾tut̃ in ſe videaꝭ exp̃-
mere. Magnificaꝭ g̾ dñs nõ in ſe ſ; i nob.
ſicut etiã d̾ ſanctificari. Vñ ei dicim⁹. Sã
ctificeꝭ nomẽ tuũ. Hãc aũt magnificatio-
nẽ diuinã fiendã ab aĩa btẽ v̾ginis p̃dixe-
rat ꝑpha dauid. qui in eiuſdẽ ꝑſona inq̃t.
B pſ. ciij. Bñdic aĩa mea dño: dñe de⁹ me⁹
Anĩa ⁊ ſpiritus idẽ ſũt — magnificatus es vehemẽter. Seq̃ꝭ autẽ
beata v̾go in cãtico ſuo dicẽs. Et exulta-
uit ſpũs meus in deo ſalutari meo. Quod

exponẽs Hugo cardinalis dicit. ꝙ anima
et ſpũs idem ſunt. ſȝ anima dicꝭ inquãtũ
animat ⁊ viuificat corp⁹. vñ h̾ bñ viuendo
magnificat deũ qui fecit eã. Spũs aũt d̾
inquantũ ſupceleſtia cõtemplaꝭ. cui⁹ ꝑpe
eſt exultare in deo. Et hec exultatio m̾tuȝ
diſplicet diabolo. vñ. j. Reg. iiij. Philiſtij
ingemuerũt dicẽtes. Ve nobis. Non em̃
fuit tanta exultatio heri ⁊ nudiuſtertius.
Ve nobis. Quis nos ſuabit de manib⁹
ſublimiũ deoꝝ iſtoꝝ. Bis aũt d̾. Ve no-
bis. q̄ duplex eſt exultatio q̃ diſplicet eis.
Vna ꝯtra triſticiã ſeculi. De qua d̾. ij. ad
Coꝝ. vij. Triſticia ſeculi mortẽ operatur.
Alia ꝯtra triſticiã carnis que ſpm̃ deijcit.
De qua Prouer. xviij. ſcriptũ eſt. In mero
re animi. i. aĩe deijcieꝭ ſpũs. Et propꝭ hoc
d̾ ad Phil. iiij. Gaudete in domĩo ſemper
iterũ dico gaudete. Hec exultatio ſiue hoc
gaudiũ quod eſt in deo: eſt contra gaudiũ
diaboli. contra gaudiũ mũdi. ⁊ cõtra gau-
diũ carnis. Gaudiũ v̾o diaboli eſt impie-
tas contra deũ Prouer. ij. Letanꝭ cũ ma-
lefecerint: ⁊ exultãt in reb⁹ peſſimis. Gau
dium mundi eſt vanitas ꝯtra primũ. Iob
xxj. Gaudent ad ſonitũ organi. ducunt in
bonis dies ſuos: ⁊ in pũcto ad inferna de-
ſcendũt. Gaudiũ carnis eſt voluptas ꝯtra
ſeip̃m. De quo Prouer. xiiij. d̾. Extrema
gaudij luctus occupat. In his aũt nõ gau
debat beata v̾go: ſed in deo. Et ideo inq̃t.
Exultauit ſpũs meus. in q̃ nulla eſt ſimu- — Quõ ſpiritus Marie exultauit
latio. In deo ſalutari meo. i. i filio ſaluato
re. nõ in mũdi honore. nõ in carnis volu-
ptate. nõ i gñis nobilitate. nõ i corpis pul
chritudine: nõ in mũdi ꝓſpitate: ſed in deo
ſalutari meo. iux̃ illõ pſ. lxxxiij. Cor meũ
⁊ caro mea: exultauerũt in deũ viuuȝ. Et. j.
Reg. ij. Exultauit cor meũ in dño: ⁊ exal-
tatũ eſt cornu meũ in deo meo. Dicit autẽ
Aug. in quodã ſmõe. Exultat in dño qui
terrena nõ curat. quẽ ꝓſpitas nõ emollit
quẽ aduerſitas tp̃alis nõ frãgit. queȝ ſola
dei memoria delectat. iux̃ illud Threñ. iij.
Memoria memor ero: ⁊ tabeſcet i me aĩa
mea. Poteſt etiã ſic exponi. Exultauit — C.
ſpũs me⁹ in deo ſalutari meo. i. a me ſm̃
carnẽ cõcepto. Vnde ipa ſola ⁊ ſpecialiter
põt dicere eũ ſuũ. Hec Hugo p̃dict⁹. Sȝ
lȝ hec expoſitio ſit bona. tñ rectius ⁊ meli⁹
dixiſſet exponẽdo in terminis in q̃b⁹ loquiꝭ
btã v̾go eũ appellãs ſalutare ſuũ. ꝙ ſic ſu
it ſuũ ſalutare vt nũq̃ eo mõ fuerit alteri⁹

quia nullũ ſaluauit redimẽdo a pctõ origi
nali ꝑ grãm ꝓſeruationis: niſi ipãm quã
digniſſimo modo redemit. Sicut canit ec
cleſia in officio cõceptionis dĩ. Nullũ rede
mit filius ex omni gẽte dignius. qui te ſua
uit ꝓuide mũdã paterno ſcelere. Et iõ xp̃s
dr̃ ſalutare beatiſſime ꝟginis ꝑticulari et
ſingulari modo. ⁊ ita ꝑ anthonomaſiã ap
pellat̃ ⁊ null⁹ alius põt ſic eum nũcupare.
Vera eſt. eñi illa ſnĩa quã ego metrice ſcri
pſi dicẽs beate ꝟgini. Te crimine ſolã im-
munẽ natus cõtulit eſſe tuus. Nõ potuiſſꝫ
Vñ ſpi aũt bñdicta ꝟgo dicere deũ ſaluatorẽ ſuũ
rit⁹ ma- ſpãlem: niſi ab originalis pcti caſu ⁊ dam
rie exul natione ꝓſuaſſet ⁊ ſaluaſſet. Hãc ꝟo par
tauit ticularẽ ac digniſſimã ſaluationẽ ꝓuidẽs
in ſpũ. Abacuch ꝓpheta dicit i ꝑſona ꝟgi-
nis beatiſſime ſui libri. c. vlti. Ego autẽ in
dño gaudebo: ⁊ exultabo in deo ieſu meo.
Jeſus eñi idem eſt qđ ſaluator. Dauid q̃ꝫ
p̃s. lxij. ait in ꝑſona eiuſdẽ. In velamento
alarũ tuarũ exultabo. Deus eñi alis beni-
gnitatis ⁊ miſcõie ſue velauit aĩam ꝟgis:
ne infici poſſet immũdicia pcti originalis.
De qua velatione ipa tũc: ⁊ etiã in h̃ cãti-
co exultauit: ⁊ nõ ſolũ ipa ꝓpter hoc exul-
tauit: ſed etiaꝫ tota ciuitas celeſtis. ita vt
poſſet dici illud Heſter. viij. Exultauit to-
ta ciuitas. ⁊ de oĩbus ſanctꝭ angelis de ſal
uatione ⁊ ꝓſuatione dñe ſue gratulãtibus
dici poſſet illud. ij. Eſdre. iiij. Exultauerũt
cũ muſicis ⁊ leticia dei. De iſta q̃ꝫ exulta-
tione ꝟginis ꝓpter ꝓſuationẽ a caſu ori-
ginalis peccati ꝓdixit Dauid p̃s. xv. in ꝑ-
ſona eius dicẽs. Prouidebã dñm in ↄſpe-
ctu meo ſemꝑ: qm̃ a dextris eſt mihi ne cõ
mouear. Propter hoc letatũ eſt cor meũ ⁊
exultauit lingua mea ⁊c̃. Exultare aũt de-
buit maria ad grãrũ actionẽ deo redden-
dã: q2 ipe deus exultauit in vtero eius vt
gygas ad currendã viã. ſ. ſue ſalutꝭ ⁊ toti⁹
mundi. p̃s. xviij. Vñ dicebat illud p̃s. lxv.
exultaui ſub lingua mea. In ꝑſona quoqꝫ
eius dixerat Dauid p̃s. lxx. Exultabũt la-
bia mea cũ cãtauero tibi: ⁊ aĩa mea quam
redemiſti. ſ. ab originali pctõ ꝓſuãdo. In-
uitabat etiã alios ad exl'tãdũ illõ p̃s. lxxx.
Exultate deo adiutori nr̃o. Et p̃s. xciiij. di
cebat. Venite exultem⁹ dño: iubilemus deo
D ſalutari noſtro. Ad hãc etiã exultationẽ
exhortabat̃ beatã ꝟginẽ Johel ꝓpha. ij. c.
ſui libri dicẽs. Exulta et letare terra. Per
terrã eñi vt ſepe declarauimus intelligit̃

ſpũaliter ꝟgo benedicta. Nec mirũ ſi ipſa
exultauit. Nã de alijs ſctis ſcriptũ eſt p̃s.
lxxxiij. Exultauerũt in deũ viuum. Et p̃s.
lxxxix. in ꝑſona eoꝝ dr̃. Exultauim⁹ ⁊ de-
lectati ſumus. Et p̃s. cxxxj. etiã canit Da-
uid dño di. ſancti tui exultẽt. Et. cxliiij. et
iuſti tui exultabũt. Ps. q̃ꝫ. xlvj. dicit electꝭ
iubilate deo in voce exultatõis. Et p̃s. cvj.
iterũ de ipſis ait. annũciẽt opa ei⁹ in exul-
tatione. Et p̃s. cxvj. ſcriptũ eſt. Vox exul-
tatiõis i tabernaculis iuſtoꝝ. Et p̃s. cxxv.
in exultatiõe metẽt. Et iterũ. Venient cum
exultatiõe portãtes manipulos ſuos. Et
p̃s. cxxxj. Scti eius exultatõe exultabunt.
Quid ḡ credẽdũ eſt feciſſe iſtã ſctiſſimam
⁊ ſuꝑ oẽs a deo electã ꝟginẽ: ꝑfecto credẽ
dũ eſt ꝙ ſemꝑ exultabat in dño ſicut de ea
ſuꝑdictũ fuerat Eſa. xlj. vbi dr̃. Exultabis
in dño. ⁊ i ſancto iſrl' letaberis. Vnde ipa
dicebat illud Eſa. lx. Exultabit aĩa mea in
deo meo. Ipa ergo faciebat in terris quod
ſcti faciẽt in celis. De q̃b⁹ dr̃ p̃s penul. Ex
ultabũt ſancti in glĩa. Et iteꝝ. Exultatio-
nes dei in gutture eoꝝ. ⁊ Eſa. lxv. ill' inq̃t
deus. Gaudebis ⁊ exultabitꝭ vſꝫ in ſem- E
piternũ. Baſilius ꝟo exponẽs predicta Expoſi
verba cãtici huius. ſ. exultauit ⁊c̃. ait. Pri tio baſi
mus fructus ſpũs eſt pax ⁊ gaudiũ. Quia lij
ergo ꝟgo ſancta totã ſibi hauſerat ſpirit⁹
grãm merito ſubiungit. Et exultauit ſpũs
meus in deo ſalutari meo. Et ideꝫ animã
dicit ⁊ ſpm̃. Cõſueta aũt in ſcripturis ex-
ultationis ꝓlatio: inſinuat alacrẽ quendã
⁊ iocoſum habituꝫ aĩe in his q̃ digni ſunt.
ꝓinde ꝟo exultat in dño ineffabili cordis
tripudio ⁊ reſultatiõe i n ſtrepitu honeſti
effectus. Beda aũt exponẽs illud. In deo
ſalutari meo. ⁊ aſſignãs cãm hui⁹ exulta-
tiõis inq̃t. Or̃ eiuſdẽ ieſu. i. ſaluatoris ſpi
ritus ꝟginis et̃na diuitate letat̃: cui⁹ caro
tempali ↄceptiõe fetat̃. Ambroſi⁹ ꝟo dic̃.
Magnificat ergo aĩa marie dñm. ⁊ exul-
tat ſpũs eius in deo. eo ꝙ aĩa ⁊ ſpũ patri
filioqꝫ deuota vnũ deũ ꝑ quẽ oĩa pio vene
rat̃ affectu. Sit aũt in ſingulis marie aĩa
vt magnificet dñm. Sit in ſingulis marie
ſpũs vt exultet in dño. Theophilus auteꝫ
inquit. Ille deũ magnificat qui digne ſeq̃-
tur chriſtũ. ⁊ dũ chriſtian⁹ vocat̃ xp̃i non
minuit dignitatẽ magna ⁊ celeſtia operã
do. ⁊ tunc ſpũs eius. i. ſpũale chriſma exul
tabit. i. ꝑficiet ⁊ nõ mortificabit̃. Oriģe-
nes ꝟo ait. Prius aũt aĩa magnificat dñꝫ



vt poſtea exultet in deo. niſi. eñi antea cre-
diderimus exultare nõ poſſum⁹. Hec ille.
Exultare aũt ſm Papiã. Huguitioneꝫ et
Catholicon. eſt valde vel extra ſaltare. et
eſt gaudiũ quod nõ ſolũ verbis exprimit̃:
ſed etiã geſtu corꝑis pre nimia leticia oſtẽ
dit̃. ⁊ talis fuit exultatio btĩſſime ꝟginis.
que exultauit. i. extra toti⁹ humane nature
facultatẽ ſaltauit ⁊ exiliuit. ac tota in et̃ne
maieſtatis ↄtẽplationẽ abſorpta. gaudio
ac leticia inexplicabili in aĩa ⁊ in corꝑe re-
Spũs pleta fuit. Quia ꝟo dicit exultaſſe ſpm̃
dr̃ mul- ſuũ ẽ notãdũ ꝙ ſp̃s ml'tipl'r accipit̃. ſ quã
tipl'r tuꝫ ad p̃ns ſpectat dico ꝙ accipit̃ p̃mo ꝓ
flatu hoĩs. Juxta illud Geñ. ij. Inſpirauit
In faciẽ eius. ſ. Ade. ſpiraculuꝫ vite. i. ſpm̃
ſiue flatum. Pro aere etiã quo reſpiram⁹
ſumit̃ ſpũs. Jux illud p̃s. cxviij. Os meuꝫ
aperui ⁊ attraxi ſpm̃. Iſte ergo ſpũs ma-
rie. ſcilꝫ flatus. exultauit in deo. qui totus
ad gloriam dei diffuſus pandit magnalia
ſua. Spũs etiã inquantũ aer dicitur ſuus
dici poteſt inquantũ nõ ſolũ aer: ſed etiaꝫ
totus mũdus factus eſt ſuus cũ dei ſit. et
ꝑ cõſequẽs dña oĩum. Aer ergo iſte ĩgre
diẽs ꝑ os ꝟginis ad ſuũ creatorẽ qui eius
latebat in ventre: modo ſuo exultabat: q̃a
F magis purificat⁹: atqꝫ radijs diuinitatis
impletus dulciſſime reſonabat. Secũd⁹
ſpũs dicit̃ angelus. Juxta illud p̃s. ciij. di.
deo. Qui facis angelos tuos ſpũs. Queli-
bet aũt anima a ꝓncipio creationis ſue hꝫ
Angel⁹ angelum ad ſui cuſtodiã deputatuꝫ. vt ait
datus Hieronym⁹ ſuꝑ Mattheũ. ⁊ ponit magi-
Marie ſter ſententiarũ in. ij. diſtin. xj. Beata igit̃
ad cu- virgo habuit inter alios vnũ ſpiritũ ſupre
ſtodiaꝫ mum. qui fortaſſis nec ante nec poſtea da
exulta- tus eſt alicui ad cuſtodiam. ſed ſoli ꝟgini
uit. huic ab initio reſuatus. Sicut eñi ſola fu-
it mater vnigeniti filij dei. ⁊ in gratuitꝭ vni
uerſis mirabiliter ſingularis. ſic etiaꝫ ſane
dici poteſt cuſtodiam ſibi ſingularem da-
tam fuiſſe. Si eñi habuit ſingulariſſimũ
ſpõſum ad ſuitium. ⁊ electiſſimũ apoſto-
lum ad obſequiũ. quare nõ credat̃ habuiſ
ſe nobiliſſimũ ſpm̃ ad auxiliũ. Hic igit̃ ſpi
ritus angelic⁹ datus ſibi ad cuſtodiã. ꝓus
exultauerat de obediẽtia hũilitate: ⁊ alijs
ꝟtutibus ipſius ꝟginis alme. At vbi ꝟbũ
dei eius eſt carne veſtitũ. exultauit in deo
ſalutari. i. ieſu marie filio. q2 deputabat̃ ad
cuſtodiã. ſiue potius ad obſequiũ domini
dei ſui. Si tenere quis velit. ꝙ ãgel⁹ in r̃is

ſit etiã angel⁹ ꝓlis donec naſcat̃. ſm q̃ſdã
dicẽtes ꝙ qñ filius naſcit̃: accipit angeluꝫ
ꝓpriũ. quia tunc eſt ſicut fruct⁹ ab arbore
matre p̃ciſus. ſed donec eſt in vẽtre matriſ
eſt ſub cuſtodia angeli mat̃ni tãq̃ aliqua
pars matris. Fructus eñi pendẽs dicitur
pars fundi. l. fructus. ia. ij. ff. de rei vendi.
Et hec opinio fuit beati Thome in prima
parte ſumme. q. cxiij. ar. v. Vel vt aliq̃ alle
gãt. cn. cxiij. q. v. Quis ergo explicare po-
terit quãto gaudio exultabat ſpũs ille qui
p̃mo vidit deum incarnatũ: Qui fuit p̃m⁹
ſpũſſancti miſter ad illud ineffabile opus.
Qui p̃mus corpuſculũ illud aut formauit
aut formãti aſtitit: Qui p̃mus inuiſibiles
cunas deo parauit. Qui p̃mus cibum de
matre i os diuinũ exp̃ſſit. Qui ſic aſſiſtit
viſione in celo coraꝫ patre. ſic aſſiſtebat in
terris filio incarnato. Qui p̃mus illud vi
dit deſideratũ cõmertiuꝫ. Angelus quoqꝫ
Gabriel accepto ꝟginis reſponſo ⁊ verbo
dei incarnato. ꝓtinus ad celũ totus iocun
dus ac exultans celeſtẽ curiã letificaturus
aſcendit. Iſte aũt marie ſpũs certus de p̃-
ſenti. ꝓ tota hierarchia celica exultabat.
Exultabat nãqꝫ hic optimus marie ſpũs.
qm̃ videbat ipam dei m̃reꝫ effectã: ⁊ tãto G
filio dignã. Tertio dicit̃ ſpũs anima. iux Aĩa ma
illud Eccl'e. iij. Quis ſcit ſi ſpirit⁹ filiorum rie exul
Adam aſcẽdat ſurſum: Et vltimo eiuſdeꝫ tauit
libri. c. dicit̃. Reuertat̃ puluis. i. corpus. i
terrã ſuam. ⁊ ſpũs. i. anima. ad deum qui
dedit illum. Et iſte ſpũs marie exultauit.
Et eſt ſenſus ꝙ ſpũs. i. anima. que magni
ficauit deũ quo ad alios. etiã exultat quo
ad ſeipam. ita ꝙ ſicut dilatatur deus. id ẽ
magnus oſtendit̃ per os ꝟginis in corda
audiẽtium eius magnificationẽ. ſic etiam
creſcit in ipſo ſpiritu vel anima ſua ꝑ ma-
iorem inherentiã. capacitatẽ ⁊ dilectõem
eius. Vel eſt dicendũ de mẽte quorundam
doctorũ. ꝙ anima Marie cõiuncta corꝑi
magnificauit dñm. ſpiritus ꝟo raptus a
cõiunctione corporis quãtum ad ſenſum
actualis iformatiõis exultauit i domino.
Vnde magiſter Johãnes gerſoñ in tracta
tu ſecũdo ſuper Magnificat. dicit. Beata
virgo fuit in exceſſu ſpiritus vel in extaſi
mentis reſpectu illorũ quorũ non poterãt
ex ſua virtute vel intelligẽtia ꝓpriam co-
gnitionẽ accipe. vt q̃d eſſet deus in ſe ⁊ in
ſua magnificẽtia. Quid ãgeli ꝑ oĩa. Quid
felicitas quam nec oculus vidit. nec auris

audiuit.nec in cor hoīs aſcendit. Hec ille.
Ex qua viſiōe ſupnaturali exultauit ī do
mino ſpūs eius. O igit̄ beata beatoꝝ ꝟgo
piiſſima.ꝑ iſtam ineffabilē exultationem
tuā impetra ⁊ mihi a dn̄o quē tātope ma
gnificaſti: vt ⁊ ego illū digne merear ma
gnificare: ⁊ ſpūs me⁹ exultare poſſit in deo
ſalutari tuo ⁊ meo. O beatiſſime ſpūs vir
ginis glˀioſe: q̄ ſemꝑ in deo exultauit. Nec
mirū: quia in ſe deū habuit qui habitat in
humili ſpū. Eſa. lvij. Ipſa enī ſuauit illud
Eccli. vij. Humilia valde ſpm̄ tuū. Et iō
Deus ſemꝑ habuit curā de ſpū ipi⁹ ꝟgis.
Unde dicere poterat deo illud Job. x. Viſi
tatio tua cuſtodiuit ſpm̄ meū. O bn̄dicte
ſpirit⁹ marie. De qua dici poteſt illud ps.
xxxj. Nec eſt in ſpū eius dolus. Et ideo cō
fidēter dixit in morte illud ps. xxx. In ma
Spūs i. feruor Marie exultauit
nus tuas dn̄e cōmendo ſpm̄ meū. Quar
to accipit̄ ſpūs ꝓ feruore mētis, iux̄ illud
ad Romañ. xij. Spū feruentes: dn̄o ſuiē
tes. Et. j. ad Timoth. v. Spm̄. i. feruorem
nolite extinguere. Et iſte feruor deuotiōis
virginis glorioſe exultauit in dn̄o. i. ip̄am
exultare fecit. Quinto accipit̄ ſpūs ꝓ deo:
quia ſpūs eſt deus. Job. iiij. Uel particula
riter accipit̄ pro ꝑſona ſpūſſancti. Iſtum
autē ſpm̄ ſuum dicit beata virgo exultaſſe
in deo. quia ip̄am exultantē fecit in ſe deo
ſalutari ſuo. Sicut etiaꝫ dicit̄ ad Romañ.
viij. Ipſe ſpūs poſtulat pro nobis gemiti
bus inenarrabilibus: quia nos poſtulan
D tes facit ⁊ gemētes. Exultauit ergo btē
virginis ſpūs afflatus rore ſpirituſſancti.
Sicut etiā dicit̄ de xp̄o Lu. x. In illa hora
exultauit ieſus in ſpūſancto. De hac affla
tione ſpūſſancti in ip̄am dei matrē predi
xerat Dauid dicēs deo patri ps. cxlvij. Fla
bit ſpūs eius ⁊ fluent aque. ſcꝫ diuinarum
laudū ab ore ꝟginis ꝑ hoc mirabile canti
cum. O maria q̄s erat ille ſpūs qui tantū
exultare faciebat ſpm̄ tuū? Profecto erat
ille de quo dicit̄ Sapie. xij. O ꝙ bonus ⁊
ſuauis eſt dn̄e ſpūs tuus. Et Eccli. xxiiij.
inquit ip̄e deus. Spūs meus ſuꝑ mel dul
cis. O beatiſſima virgo tu ſemꝑ habuiſti
iſtum ſpm̄ paraclytū. i. conſolatorē qui te
ſemꝑ in oībus tuis ſanctꝭ opꝭibus direxit.
Vñ dicere poteras deo illud ps. cxlij. Spi
ritus tuus bonus deducet me in terrā re
ctam. De te quoqꝫ dici poterat illud Eſaie
lxiij. Spūs dn̄i ductor eius fuit. ⁊ iō eam
mirabiliter exultare fecit. Tu etiaꝫ dicere
poteras illud Ezech. iij. Eleuauit me ſpi
ritus inter celū et terraꝫ. Et illud Apocal.
xxj. Suſtulit me in ſpū. Adeo enī eleuabat
mentē tuā ſpūſſanctus: vt de ſpū tuo dici
poſſet illud. j. ad Cor. ij. Spūs om̄ia ſcru
tatur etiā profunda dei. Et ideo continue
exultabas tu in deo ſalutari tuo. Sed dic
mihi obſecro o genitrix dei ſctiſſima. Quiſ
eſt iſte deus in quo exultabas? Certe rn̄de
re potes. Iſte eſt ille qui inq̄t Geneſ. xvij.
Ego ſum deus oīpotens. ⁊ ideo fecit mihi
magna qui potēs eſt. Ipſe eſt ille cui dicit̄
Num. xvj. Fortiſſime deus ſpūuꝫ. Et ideo
exultauit in eo ſpūs meus. Iſte eſt ille de q̄
dicit̄ Deut. iiij. ⁊ ad Heb. xij. Deus noſter
ignis cōſumens eſt. Et ideo igne ſui amo
ris accendit ſpm̄ meū ac eum exultare fe
cit. Ipſe enī eſt deus cordis mei: ⁊ ps mea
deus in eternū. ps. lxxij. Ipſe eſt deus ſal
uator meus. Eſa. xij. Ipſe eſt deus abſcon
ditus. ſ. in vētre meo. Eſa. xlv. Ipſe eſt de⁹
domin⁹ fortitudo mea. Abacuch. iij. Ip̄e ē
deus totius ꝯſolationis. ij. ad Corinthios
primo. Iſte eſt ille deus qui locutus eſt in
ſancto ſuo. ps. cvij. id eſt in corde meo. et
fecit me exultātem canere laudes ſuas in
cantico iſto. quod vult ab om̄ibus frequen
tari. ac dici cum iubilo. Unde dixit mihi
Eſa. lix. Spūs meus qui eſt in te. ⁊ verba
mea que poſui in ore tuo nō recedēt de ore
tuo: ⁊ de ore ſemīs tui ām̄odo vſqꝫ in ſem
piternū. Sicut ergo ego exultaui in dn̄o.
ita ⁊ ſemen meū ſuiet ipſi ps. xij. ſ. hoc cā
ticum deuote decātando. ⁊ tunc de ſemine
deuotoꝝ meoꝝ verificabit̄ illud ps. cxvj.
Et ſemē illius in bn̄dictione erit. Quilibet
ergo deuot⁹ me⁹ debet magnificare mecū
in hoc cantico filiū meū: ⁊ exultare ei ac di
cere cū ꝓpheta ps. xlj. Tu es ſalutare vul
tus mei ⁊ deus meus. Exultent ergo oēs
gētes: quia gētib⁹ miſſum eſt hoc ſalutare
Act. xxviij. Ipſe eſt enī ille de quo dicebat
iacob deo Geñ. xlix. Salutare tuū expecta
bo dn̄e: ⁊ erit expectatio gentiū. Ipſe ē ille
de quo dauid rogabat deū ps. l. di. Redde
mihi leticiam ſalutaris tui. Et ps. lxxxiiij.
Oſtende nobis dn̄e miſcdiam tuā: ⁊ ſaluta
re tuū da nobis. Ip̄e eſt ille cui⁹ incarna
tionē vidētes ꝓphete in ſpū exultabāt. vñ
Eſa. lij. ſui lib. ca. dicebat. Uidebūt om̄es
fines terre ſalutare dei nr̄i. Si ergo ſancti
patriarche ⁊ ꝓphe tantū exultauerūt ꝓpt̄
hui⁹ ſalutaris expectationē: q̄re exultare



nō debꝫ ſpūs me⁹ in deo ſalutari meo quē
incarnatū habeo in vtero meo?

Pars ſecūda huius ſmonis que dicit̄
y cauſalitatis.

Auſa huius cātici ꝟginalis vt
c inq̄t Nico. de lyra ſuꝑ Lu. fuit
vt dei bn̄ficia cōnumeraret et
ei grās referret. Unde p̄mo cō
numerat bn̄ficia ſibi collata ſingulariter.
ibi. Quia reſpexit hūilitatē ancille ſue ⁊c.
Scd̄o bn̄ficia collata pplˀo iudeorū ſpālit̄.
ibi. Suſcepit iſrl̄ puerū ſuū. Circa p̄mū
dicit. Quia reſpexit humilitatē ancille ſue
Deus reſpexit hūilitatē marie
q. d. ſm̄ Nico. de lyra vbi. ſ. Vñ debeo ma
gnificare ⁊ laudare dn̄ꝫ. Quia reſpexit hu
militatē ancille ſue. Nam lꝫ ex oīb⁹ ꝟtuti
bus fuerim diſpoſita ad ꝯceptionē filij dei.
ſpecialr̄ tn̄ hoc fuit ex humilitate. Vñ di
uus Hiero. in ſuo trāſitu inquit. Maluit
deus de beata maria incarnari ꝓpter hu
militatem ꝙ ꝓpter aliā quātācūqꝫ ꝟtutē.
Hugo autē cardinalis exponit hec verba.
Reſpexit humilitatē ancille ſue. i. me hu
milē ancillā. Placuit enī ei humilitas an
cille: cui diſplicebat ſuꝑbia Eue: vt ſicut ꝑ
ſuperbiā eue mors intrauit in mūdū. ſic ꝑ
humilitatē ancille vite pandat̄ introitus.
Unde in figurā dixit Lya Geñ. xxix. Ui
dit dn̄s humilitatē meā. nūc amabit me
vir meus. Habuit aūt humilitatē btā ꝟgo
a patre ſuo Dauid. qui dixit. ij. Reguꝫ. vj.
Ludam ⁊ vilior fiam plus ꝙ factus ſuꝫ. ⁊
ero humilis in oculis meis. ⁊ cū ancillis de
quib⁹ locuta es glorioſior apparebo. Iteꝫ
a filio qui dixit. Matth. xj. c. Diſcite a me
De⁹ mlt̄iplr̄ reſpicit̄ hominem
q̄a mitis ſum ⁊ humilis corde. Sed ſ eſt
notandū ꝙ multiplr̄ reſpicit deus hoiem.
Primo pctā dimittēdo. ſicut reſpexit Pe
trum Lu. xxij. Scd̄o reſpicit penā infligē
do. Unde Exod. xiiij. dr̄. Reſpiciens dn̄s
ſuꝑ caſtra egyptioꝝ iterfecit exercitū eoꝝ.
Et Abacuc. j. inquit deo ꝓpheta. Quare n̄
reſpicis iniqua agētes. Tertio reſpicit oc
culta cordiū conſiderādo. iux̄ illud Cant.
ij. En ip̄e ſtat poſt parietē noſtrū: reſpici
ens ꝑ feneſtras ꝓſpiciens per cancellos.
Et hoc modo reſpexit deus ꝟginē benedi
ctam. cui⁹ occulta cordis ſemꝑ tendebant
in deū. Quarto reſpicit aliquē eius opera
acceptādo. Geñ. iiij. Reſpexit de⁹ ad Abel
⁊ ad mūera ei⁹ ⁊c. Trāſſumptiue in. c. ſcri
ptum. xiiij. q. v. ⁊ de pe. di. j. c. nūq̄d. ⁊ diſt.
v. c. conſideret. ⁊. iij. q. vij. c. in grauib⁹. Et
hoc modo reſpexit deus opera ꝟginis glo
rioſe que illi erāt gratiſſima. Quīto reſpi
cit grāꝫ inſpirando. Unde orat ps. dicēs.
Reſpice in me ⁊ miſere mei. Et hoc etiaꝫ
modo ſemꝑ reſpexit eam cui plenitudineꝫ
ſuarū grārum infudit. Sexto reſpicit ap
probando. iuxta illud Abachuc. j. vbi dicit
ei. ꝓpheta. Mundi tui mūdi ſunt. ⁊ nō pote
ris reſpicere ad iniquitatē. i. eā approbare
aliter nō eſſꝫ ſumme bon⁹. Et iſto quoquo
modo reſpexit mr̄eꝫ ſuā: cuius om̄ia opera
approbauit. Septimo reſpicit remunerā
do. iuxta illud Geneſ. xxxj. Laboreꝫ ma
nuum mearū reſpexit deus. Et hoc etiam
modo reſpexit beatiſſimā virgineꝫ. cuius
oꝑationes magnifice remunerauit. Octa
uo reſpicit ab inimicꝭ defendēdo: ⁊ ab om̄i
malo liberādo. iuxta illud Exod. ij. Reſpe
xit deus filios iſrael ⁊ liberauit eos. Hoc
quoqꝫ modo ſingulariter reſpexit de⁹ vir
ginem benedictā: quā ab oībus hoſtibus ⁊
malis liberauit et ꝓſeruauit. Et ideo ipſa
ſola ſemꝑ deū magnificauit. ⁊ exultauit ī
deo ſalutari ſuo. Ipſam nāqꝫ ſolā ſaluauit
ꝓſeruando ab originali pctō. ⁊ ideo deus
ita fuit hoc modo ſalutaris ſuus. ꝙ nūꝙ
fuit nec erit alteri. Rōneꝫ aūt hui⁹ magni
ficatiōis ⁊ exultatiōis aſſignat dicēs. Q
reſpexit. i. ſemꝑ oclˀo amoris ⁊ grē aſpexit.
humilitatē ancille ſue. i. me que ſemꝑ fui
humilis ancilla eius. Non enī vnꝙ ſuiui
diabolo per pctm̄ originale. ſ ſemꝑ fui ei⁹
ſuitijs mācipata ⁊ dedicata. In his ergo
verbis beata ꝟgo oſtēdit ſe ſine originali
pctō fuiſſe conceptā. ⁊ de hac ꝓſeruatione
grās agit deo ſalutari ſuo. Unde notādū
eſt. ꝙ ſicut beata ꝟgo ſi cōcepta eſſet ī pec
cato originali nō ſemꝑ magnificaſſet dn̄ꝫ
nec exultaſſet in deo ſalutari ſuo. Quia in
illo inſtāti quo fuiſſet in pctō magnificaſſꝫ
diabolū: ⁊ exultaſſet i eo. ſicut peccatores
dicunt̄ exultare in reb⁹ peſſimis. Prou. ij.
Ita etiā nō ſemꝑ fuiſſet reſpecta a deo. q̄a
in illo inſtāti fuiſſet ab ipſo deo reprobata
⁊ deſpecta. nec in illo inſtanti potuiſſet ſe
appellare ancillaꝫ dei. q: fuiſſet ancilla ac
ſerua diaboli. O igit̄ glˀioſa ꝟgo ſemꝑ a K.
deo reſpecta. roga eū qui dixit Leui. xxvj.
Reſpiciā vos ⁊ creſcere vos faciā. vt nos
reſpiciēdo ꝑ grām faciat in bonis oꝑibus
et ꝟtutib⁹ ꝓficere. Tu quoqꝫ o bn̄dicte de⁹
ſicut reſpexiſti humilitatē ancille tue ⁊ do
mine mee. ita nūc reſpice de ſāctuario tuo.
Orō ad ꝟgineꝫ vt nos reſpiciat deus

Deut.xxvj.⁊ reſpice ad orōnē ſerui tui.ij.
Reg.viij.Reſpice et exau.me dn̄e.p̄s.xij.
Tu qui reſpexiſti humilē ācillā tuā ꝟginē
Mariam.reſpice ad humilitatē noſtram.
Judith.vj.Reſpice dn̄e in ſuos tuos.p̄s.
lxxxix.Non eſt autē mirandū ſi deus reſpe
xit virginē mariā pauperculā.Nam oculi
eiꝰ in pauperē reſpiciūt.p̄s.x.Et q̄d miruȝ
ſi humilitatē reſpexit ancille ſue q̄ humilia
ſemꝑ reſpicit.p̄s.cxij.⁊.cxxxvij.Jlle ergo
cui humiliū ⁊ manſuetoꝝ ſemꝑ placuit de
precatio.Judith.ix.⁊ qui ſemꝑ reſpexit in
orōnem humiliū.p̄s.cj.ſemꝑ exaudiuit et
gratā habuit orōem huiꝰ humilis ancille
ſue.Unde ip̄a merito dicere poteſt deo il-
lud.p̄s.xxx.Reſpexiſti humilitatem meā.
Jpſe em̄ inquit Eſa.lvj.Ad quem reſpiciā
niſi ad humilē ⁊c̄.Quia etiaȝ hec humilis
ancilla dei fuit in fide ſtabiliſſima.iō eam
reſpexit deus.Cui d̄r Hiere.v.Dn̄e oculi
tui reſpiciūt fidē.O igit̄ ancilla dei.tu es
illa que dicere potes illud Heſter.xiij.vbi
Heſter regina in figurā tui dixit deo.Tu
ſcis ꝙ nunq̄ letata ſit ancilla tua niſi in te
dn̄e deus.Jn tui quoq̄ȝ figurā dixit Aby-
gail.j.Regū.xxv.Famula tua ſit in āciliā
O ancilla digniſſima q̄.ꝓpter humilitateȝ
tuā facta es angeloꝝ regina.Tu bn̄ ſcie-
bas vt ait Amb.ꝙ nulla maior eſt digni-
tas q̄ͣ deo ſuire.cui ſuire regnare eſt.Fac
ergo ⁊ nos ſuos tuos.⁊ ex bēignitate tua
filios tuos.vt vnuſq̄ſq̄ȝ noſtrū poſſit dice-
re deo illud Sap̄.ix.Ego ſum filius ācille
tue.O hūillima dei ancilla.nūc ſuꝑ om̄es
angeloꝝ choros exaltata.ꝑfecto adipleta
eſt ꝓphetia tua in q̄ ꝓnūciaſti di.Ecce em̄
ex h̄ beatā me dicēt oēs gn̄atiōes.Qr em̄
deus ab hūilibꝰ honorat̄.vt d̄r Ecci.iij.Jō
te oīuȝ humillimā voluit ab oībus merito
honorari ⁊ beatificari.Jtem qr vt inq̄t fi-
lius tuus Lu.xviij.Oīs q̄ ſe hūiliat exal
tabit̄.Et deus humiles ponit in ſublime.
Job.v.Et q̄ humiliatꝰ fuerit erit in gloria
Job.xxij.Nō immerito feci te in celeſti cu-
ria ſuꝑ oīum ſanctoꝝ gl'iam exaltari.que
humilitate tua oēs ſuꝑaſti.⁊ cūctos ad ſa
lutē ꝑduxiſti.Un̄ exclamat Aug.in ſmōe
de aſſumptiōe vi.O vera humiltas q̄ deuȝ
hoībus peperit.vitā mortalibus edidit.ce
los innouauit.mūdū purificauit.ꝑadiſuȝ
aperuit.⁊ hoīm aīas liberauit.Facta eſt
marie humilitas ſcala celeſtis:ꝑ quā deus
deſcēdit ad terras.Quid ei eſt dicere.Re-
ſpexit humilitatē ancille ſue.niſi approba
uit.Multi em̄ vident̄ in ꝯſpectu hoīm hu
miles eē:ſ; eoꝝ hūilitas a deo nō reſpicit̄.
Si em̄ veracit̄ hūiles eēnt:ab hoībꝰ nō ſe
laudari vellēt.⁊ nō in mūdo:ſ; in deo ſpūs
eoꝝ exultaret.hec ille.Beda ꝟo ſuꝑ Lucā
de bn̄dicta ꝟgine loquēs ait.Cuiꝰ humili
tas a deo reſpicit̄.recte beata ab oībꝰ col-
laudat̄.Athanaſius aūt dicit.Si em̄ ſm
ꝓphetā beati ſunt qui hn̄t ſemē in ſyon.⁊
ꝓximos in hierl'm quātū d; eē p̄coniū di-
uine ac ſacroſcē ꝟginis marie q̄ ſm carnē
verbi genitrix eſt effecta:Grecꝰ ꝟo ait.Nō
aūt ſe beatā appellat īani vexata gl'ia.Un̄
em̄ locꝰ in ip̄a ſuꝑbie q̄ ſe ancillā dn̄i nūcu
pauit:Sed ſacro tacta ſpū que futura ſūt
p̄ſciuit.Hugo aūt cardinalis exponēs illa
verba.Ecce em̄ ex hoc btām me dicēt oēs
generatiōes.inq̄t.Jd eſt oēs gētes.ſ.iude
oꝝ et gentiliū.viroꝝ ⁊ mulierū.diuitum ⁊
pauperū.angeloꝝ ⁊ hoīm.quia oēs ꝑ ipſaȝ
ſalutare beneficiū acceperūt.Hoīes recon
ciliationē.angeli reparationē.Chriſtꝰ em̄
dei filius oꝑatus eſt ſalutē in medio t̄re.i.
in vtero marie.que quadā mirabili ꝓprie-
tate terre mediū appellat̄.Ad illam enim
reſpiciunt vt Bern̄.inquit.⁊ qui habitant
in celo.⁊ qui habitāt in inferno.i.ī purga-
torio.⁊ qui habitāt in mūdo.Primi vt re-
ſartiant̄.Secūdi vt eripiant̄.Tertij vt re
concilient̄.Ex hoc ergo beatam te dicent
om̄es generationes o beata ꝟgo:qr oībus
generationibꝰ vitā grām ⁊ gl'iam genuiſti
mortuis vitam.pctōribus grām.miſeris
gl'iaȝ.Jdeo dicit̄ Judith.xv.Tu gl'ia hie
ruſalem.tu leticia iſrael.tu honorificentia
populi noſtri.que feciſti viriliter.Primuȝ
eſt vox angeloꝝ quoꝝ ruina per ipſam re-
parata eſt.Scōm eſt vox hoīm.quoꝝ tri-
ſticia ꝑ eā letificata eſt.Tertiū eſt vox mu
lierum.quarū infamia per ip̄am delata ē.
Quartū eſt vox mortuoruȝ.quoꝝ captiui-
tas ꝑ eaȝ reducta eſt.hec ille.Qui etiā vbi
ſ.declarat quō om̄es generationes beati-
ficant gl'ioſam ꝟginem:ſcȝ inſipientium.
ꝓficientium.ꝑfectoꝝ ⁊ beatoꝝ.Et iteruȝ
inquit.ꝙ mūdus illos dicit eſſe btōs qui
diuites ſunt.iux̄ illud p̄s.cxliij.Btm̄ dixe
runt populū cui hec ſunt.Sed ꝓpħa inq̄t.
Beatus ppl's cuius dn̄s deus eius.Et tal'
fuit beata ꝟgo.Jtem ait ꝙ omnes dicunt
beatū illum a quo beneficia receperūt.Et
ideo nos oēs debemus dicere beatā ꝟginē

L
Quō oēs generationes beatam dicūt mariam



Mariā:quia ab ea multa recepimꝰ benefi
cia maxime quattuor.ſ.Preciū noſtre re-
demptionis.j.ad Coꝝ.v.Medicamentuȝ
noſtre egritudis.Eccleſiaſtici.xxviij.Uia-
ticū noſtre ꝑegrinatiōis.Job.vij.⁊ p̄miuȝ
noſtre retributiōis.Gen.xv.et Eſa.lxij.

M
Diuina gn̄atio beataȝ dic̄ mariam

Beatiſſima igit̄ ꝟgo ab oībus gn̄atio-
nibus beatificat̄.Et p̄mo a generatiōe di-
uina.de qua inq̄t pater filio.vt habet̄ p̄s.
cix.Ante luciferuȝ genui te.De qua etiam
Eſa.liij.d̄r.Generatiōeȝ eiꝰ q̄s enarrabit:
ſcȝ eternā.quaſi dicat nullꝰ.Jpſe igit̄ deꝰ
pater poſtq̄ cūcta creauit ꝑ verbū ſuū cuȝ
ſpūſancto.bn̄dixit beate ꝟgini in figuraȝ.
et beatā eam dixit qn̄ bn̄dixit diei ſeptime
in qua reqeuit ab om̄i oꝑere qd̄ patrarat.
Gen̄.j.Eſt aūt iſta bn̄dictio oꝑerū cōſum-
matio.a peccatꝭ vacatio.et eterne requiei
p̄figuratio.que oīa ꝑfecte reperiūt̄ in bea
tiſſima ꝟgine.Fuit em̄ in ea ꝑfecta oꝑeꝝ
cōſummatio:qn̄ oīa creata in vno homine
vniunt̄ cū creatore.⁊ p̄mū fit vltimū ⁊ vlti
mū p̄mū.nō em̄ eſt ꝑfectio motus vel oꝑe-
ris niſi in circulo.Fuit ſcōo in ꝟgine ſan-
cta a peccatꝭ vacatio.in qua nullum vnq̄ȝ
fuit pctm̄ origiale vel actuale.mortale aut
veniale.Tertio hec reqes nō tm̄ fuit futu-
re requiei ſignū ſed etiā cauſa.Si ergo ſe-
ptima dies eſt benedicta ꝓpter ſabbatum
dei.i.ceſſationē ab oꝑibus.⁊ tn̄ excellētior
eſt ſabbatiſmus recreationis.qua.ſ.reqe-
ſcens in ꝟgine mundū recreauit ſabbato
recreatiōis.ergo ⁊ bn̄dictio maior.Jn oī-
bus ei requiē queſiuit:⁊ in ip̄a ſola īuenit
in q̄ inuenit oīa quecūq̄ȝ q̄ſiuit.vn̄ ⁊ in ta
bernaculo eiꝰ reqſiuit.Ecci.xxiiij.Poſtq̄
ꝟo ip̄e dei filius de ꝟgine natus ꝯuerſatꝰ
eſt ī mūdo.ſemel p̄dicās mulieri exclamā-
ti ⁊ dicēti.Btūs vēter qui te portauit ⁊c̄.
Rn̄dit.Quimmo.beati q̄ audiūt verbuȝ
dei:⁊ cuſtodiūt illud.q.d.Nō ſolū illa que
me portauit beata eſt.ſed etiā oēs qui au-
diūt verbū dei.⁊ obſuant.⁊ complēt illud
oꝑe beati ſunt.Et qr ip̄a ꝟgo ꝑfectius au
diuit ⁊ obſuauit oīa mādata dn̄i ⁊ ꝯſilia.
iō beatiſſima et bn̄dicta eſt ſuꝑ oēs.Et ſic
patet.quō diuina generatio btāȝ dicit vir-
ginē gl'ioſam:Scōo eā dicit beatā gene-
ratio āgelica.de qua pōt expōi illud Gen̄.
p̄mo.Jſte ſunt generationes celi ⁊ terre.⁊
d̄r ibi generatio creatio a deo.⁊ generatio
celi eſt creatio angeloꝝ.Sicut Aug.ſuper
Gen̄.ad lr̄am exponit illud.Jn principio

N
Gn̄atō āgelica btāȝ dicit mariam

creauit deus celū ⁊ terrā.i.āgelicā naturā
Hec aūt generatio celi.i.angelorū beatifi
cat laudat ⁊ bn̄dicit multiplicit̄ virginem
gl'ioſam.Unde gabriel ꝓ oībus dixit illi.
Aue grā plena cū ſibi nūciauit ꝯceptū filij
dei.Ad partū ꝟo eius poſtq̄ angelus cuȝ
magna luce apparēs nūciauit paſtoribꝰ cū
magna iocūditate natiuitatē filij ꝟginis.
facta eſt cū ip̄o multitudo militie celeſtis
i.angeloꝝ canentiū.Gl'ia in altiſſimis deo
⁊ in terra pax hoībus bone volūtatꝭ.Luc.
ij.quaſi diceret.Gl'ia parat̄ in celis ꝓpter
deū natū ex ꝟgine maria.Et pax reconci-
liationis cū eo hoībus hn̄tibus bonā volū
tatē.Jn aſſumptiōe ꝟo eius cū aſcēdit ī ce
lum.vt canit eccl'ia.gaudēt angeli ⁊ laudā
tes benedicūt dn̄m.ac admirātes de tam
excellēti gl'ia dicūt.Que eſt iſta q̄ ꝓgredit̄
quaſi aurora cōſurgens ⁊c̄.Can̄.vj.Tēꝑe
quoq̄ȝ magni Gregorij.cū ip̄e Gregorius
in ꝓceſſione ꝓgrediēs ꝑ vrbē Romā cum
omni clero ⁊ populo ad rogandū deū pro
ceſſatione ſeuiſſime peſtis que Romanaȝ
vrbē inuaſerat:deferri faceret q̄ndā tabu
lam vbi depicta erat imago beate ꝟginis
marie ꝓ vexillo an̄ ꝓceſſionē.viſi ſunt an-
geli circa figurā beate ꝟginis canentes in
laudem eius.Regina celi letare alleluia.
Quia queȝ meruiſti portare alleluia.Re-
ſurrexit ſic̄ dixit alleluia.Cui addidit gre
gorius.Ora ꝓ nobis deū alleluia.De hac
autē beatificatione angelica habet̄ Can̄.
vj.vbi d̄r.Surrexerūt filie ſyon ⁊ beatiſſi-
mā predicauerūt eā.Filie em̄ ſyō dicūtur
angeli nō ꝓpter ſexū ſed ꝓpter itelligētiā
et clarā atq̄ȝ ꝯtinuā ſpeculationē diuīoꝝ.
Syon nāq̄ȝ interp̄tat̄ ſpeculatio.Et ad h̄
creati ſunt angeli.Qui oēs ſurrexerūt ad
laudandā ⁊ beatificandā reginā ſuā ꝟgi-
nem benedictā.Tertio beatā dixit eam et
dicit generatio humana.de qua d̄r Eccl's
iij. di. iiij. ⁊ ibi. b. Bona. ⁊ Alexã. lõbardus
art. j. q. vij. Vñ ipſa bñdicta ỽgo reuelauit
beate Birgitte. ꝙ in parturitiõe ſui filij to
ta repleta fuit dulcedine. nõ ſolum quo ad
oĩa mẽbra corporis. ſed etiã quo ad oẽs po
tẽtias aie. Gaudebat etiã qꝛ peperat ſerua
ta ỽginitate cum pudoris lilio. Vñ legitur
in cronicis ordinis noſtri. ꝙ deꝰ ſemel reue
lauit btõ Egidio noſtro. ꝙ ꝑtor ibat ad eũ
vt interrogaret q̃liter virgo parturijt? Cui
frater Egidius perrexit obuiã cũ baculo in
manu. Et cũ ei appropinquaſſet: dixit illi.
Scio q̃d queris. Tũc aũt leuauit baculum
terrã ꝑcutiẽs ⁊ dicens. ỽgo ante partũ. Et
ecce ſtatiz liliũ ortũ eſt. Deinde iterũ dixit:
ỽgo in partu. Et ecce aliud liliũ. Percuſſit
etiã tertio dicẽs. ỽgo poſt partũ. Et ſtatim
aliud liliũ exortũ eſt in ſignũ pudicitie ỽgi
nalis. Iocũdabatur etiã de filio. qꝛ ſibi erat
vnicus ⁊ totus ſuus. in cuiꝰ gñatione nullꝰ
pater habebat partẽ. Et ideo ſicut ſm Sco
tũ in. j. ſen. Tota ỽtus eterni patris eſt in
filio ſm diuinitatẽ. ſic in ipſius xp̃i huma-
nitate erat tota virtus matris. Cõſolabat̃
etiã ſummope cõſiderãs quãtũ bonũ eſſet
ipſam pepiſſe talẽ filiũ. Vñ nõ ſolũ gaude-
bat de ſe: ſed etiã de oĩbꝰ ſaluãdis ꝑ ſuum
partũ. ſ. hominibꝰ ꝑteritis ꝑñtibus ⁊ futu-
ris. Iubilabat inſup. qꝛ vt inquit Petrꝰ Jo
hãnis ſup Lu. Nõ ſoluz cõſiderabat huma
nitatẽ paruuli: ſed etiã diuinitatẽ ỽbi eter
ni. ⁊ clarius q̃ꝫ fecerit Paulus qñ raptus
fuit ad celũ. ij. Cor. xij. Et q̃ꝫ Stephanus vi
dẽs celos apertos: ⁊ Jeſuz ſtantẽ a dextris

M

Quõ Maria de natiuitate filij gaudebat

dei Act.vij.A corpoꝛe etiā filij ſui.maxime
a vultu iocūdiſſimo exibat ſplēdoꝛ mirabi-
lis totū illuminās mūdum.⁊ ſapoꝛ ac ar-
doꝛ indicibilis maternū letificās coꝛpus et
animū. Poſſumus aūt deuote cōtemplari.
ꝙ bn̄dicta ꝟgo ⁊ Joſeph ſciētes natiuitatē
xp̄i in ꝓximo imminere:diligēter ſe ꝑpara
bant ſcḋm ſuā paupertatē ad recipiēdū filiū
dei.virgo parabat panniculos ⁊ alia neceſ-
ſaria.vt faciūt mulieres q̄ ſunt pꝛope par
tū. Joſeph ꝟo emit vituluȝ vt faceret feſtū.
Cum autē audiſſet fieri p̄ceptum impato-
ris:vt oēs ad ciuitates a quibus trahebāt
originē pꝛoficiſcerētur.de quo melius dice
tur in ſequenti ſermone.cepit flere.⁊ ſic la-
chꝛymās perrexit domū.⁊ cuȝ maxima tri
ſticia ⁊ doloꝛe narrauit pꝛeconiū qḋ ſub pe
na moꝛtis ſenſerat fieri ipſi beate ꝟgini:et
dicebat. Heu mihi miſero.quia cuȝ neceſſe
habeā ire ad ciuitatē Bethleē:nō potero vi
dere ſanctā natiuitatē filij dei a ſanctis pa
tribus ita deſideratā.nec potero ſponſam
meā adiuuare.⁊ ſeruire ei ſicut mereṫ. du-
cere aūt illā per tam longam ⁊ laboꝛioſam
viā periculū eſt. Piiſſima aūt ꝟgo cōſola
batur eum di. Ne ploꝛetis.ego em̄ deo ad-
iuuāte incolumis veniā vobiſcū.⁊ ibi pari
am filiū meū ſicut ꝓphete ꝑdixerūt. Me-
lius em̄ ſciebat ⁊ intelligebat ꝓphetias ꝙ̄
ipſi ꝓphete qui eas ſcripſerant. Tūc.ſ.Jo-
ſeph eam reuerēter ponēs ſuꝑ aſinā manu
ducebat vitulum. Ecce quō regina celi va-
dit comitata. Et tūc verificata fuit ꝓphe-
tia Aggei.ij.c.di. Adhuc vnū modicū dicit
dn̄s:⁊ ego mouebo celum ⁊ terraȝ.mare et
aridam.⁊ mouebo oēs gētes.⁊ veniet deſi-
deratus cūctis gētibus. Modicū dixit.qꝛ
paruū tp̄s tranſiuit a ꝓphetia Aggei vſq̄
ad natiuitatē xp̄i. Tūc autem deus mouit
celū.qꝛ angelicos ſp̄us totāq̄ celeſtē curiā
pꝛo natiuitate filij ſui gaudio ⁊ leticia ac tri
pudio repleuit. Itē mouit terrā.i.virgineȝ
Mariam.vt ſicut terra dat nobis fructuȝ
coꝛpoꝛalē.ita ipſa nobis fructū vite pariē-
do ꝓduceret. Mouit q̄ȝ mare ⁊ aridam.qꝛ
oēs gētes tūc ⁊ ꝑ mare ⁊ per terrā ꝓficiſce
bantur ſinguli ad ſuas ciuitates natiuas.
In ciuitate ergo bethleemitica cū tandem
perueniſſent ꝓpter tarditatē hoꝛe: ꝟifica-
tū fuit in ipſis illud cōe ꝓuerbiū. Semꝑ ca
ret bono hoſpitio ⁊ bona cena q̄ ad hoſpi-
tandū vadit tarda hoꝛa. Nā licȝ omnib' in-
differēter debeat fieri hoſpitalitas.c.queſca-

*Quō ioſeph cuȝ Maria ꝑgnāte nō inuenit hoſpitium*

mus.xlij.di.que etiā apud barbaros inuio
labiliter cuſtodiṫ.c.offerat.xxxij.q.vij. Tn̄
ipſos:qꝛ foꝛte ſine pecunijs erat:nullus lȝ
cū magnis ꝑcibus ⁊ amoꝛe dei rogarēt:ho
ſpitare voluit. Unus em̄ hoſpitalarius vi-
dens Joſeph pauperculum ⁊ beatā virginē
grauidā:cogitabat ꝙ ipſa occuparet totaȝ
vnā camerā.vn̄ dixit eis. Si citius veniſſe
tis habuiſſetis hoſpitiū.nūc ꝟo tota dom'
plena eſt hoſpitib'.⁊ iō recedite. Ali' ꝟo co
gitans ꝙ parū cuȝ eis poſſit lucrari dixit.
Ego expecto vnū magnū dn̄m cuȝ magna
comitiua.⁊ ideo nō poſſum vos hoſpitari.
Alter aūt interrogās ſanctū Joſeph vn̄ ve-
niret. Intellecto itinere qḋ fecerāt:dixit ei.
O ſtulte ſenex q̄ȝ magna fuit indiſcretio
tua ducere iſtam puellam ſic delicataȝ per
tam aſperā ⁊ difficilē ac longā viam. nolo
in domo mea hoſpitari gētes indiſcretas.
Ad aliū ergo cum ꝑueniſſet:ille cepit eum
irridere dicēs ſocijs ſuis. Uidete iſtum inſi
pientē ſenē qui eſt zelotipus ſue vxoꝛis.et
ideo ipſam vbiq̄ ſecum ducit. Uade igitur
ſenex fatue.quia nolo ſtultos nec zelotipos
tenere in domo mea. Alius autē dixit ei. O
ſenex demētate.quare circūducis per totā
ciuitatē hanc iuuenculaȝ grauidā? Reduc
eam ad hoſpitale mulierum. Cū ergo ad il
lud ꝑueniſſet requirēs hoſpitiū: Rn̄ſuȝ ei
fuit ꝙ illud erat hoſpitale infirmoꝝ. vn̄ ibi
nō poterat hoſpitari. Alter ꝟo hoſpes in-
quit. O inueterate dierū maloꝝ.crudelis ⁊
impie:quare vxoꝛem tuā cum vtero tā ma-
gno ⁊ partui ꝓpinquiſſimā cū ꝑiculo aboꝛ
ſus in tam magnū tumultū hominū addu
xiſti?quare nō dimiſiſti eam requieſcere in
domo tua?ne credas ꝙ velim ꝑmittere ꝙ
pariat in domo mea.⁊ cōturbet mihi totuȝ
hoſpitiū. Uade ergo ⁊ quere alibi habitacu
lum. Hec autē omnia fiebāt diuina diſpoſi
tiōe.qꝛ hoſpites illi erāt mali.⁊ nō merebā
tur hanc gratiā vt in eoꝝ domo xp̄s naſce-
retur. Ab omnib' igitur vituꝑoſe repulſam
habēs:neceſſe habuit ad diuerſoꝛiū declina
re. In quo introducta dilectiſſima ſpōſa dei
⁊ ſua.nō ſine lachꝛymis dixit deo. O dn̄e de
us parcite mihi ꝙ in tam vili loco colloca-
ui matrē veſtrā. Cū aūt perrexiſſet Joſeph
per ciuitatē ad ꝓcurandū cibaria ꝓ anima
libus.⁊ paleā ꝓ ſternēdis iumētis.⁊ vt fa
ceret lectū ſicut melius poterat regine celi.
Ipſa bn̄dicta ꝟgo partui vicina cōtempla
batur interim humilitatem dei ⁊ ſui nihili-



*Orō virgis parturi vicine ad deum*

tatem:⁊ dicebat. O dn̄e deus rex regum et
impatoꝛ angeloꝝ:q̄s ſum ego vt habitare
dignat' ſis.ix.mēſib' in vtero meo? Que eſt
ſufficientia ancille tue:vt parere ⁊ educare
debeat regē eterne glie? Sed poſtq̄ tibi pla
cuit me eligere in tuā matrē.fiat voluntas
tua ſanctiſſima ⁊ cū magno deſiderio a ſan
ctis patrib' expectata. O felix illa hoꝛa in
qua videbo te deū meū ex me natū. quādo
te meis brachijs dulciṫ aſtringā.oꝛe deoſcu
laboꝛ ⁊ meo lacte paſcā. In talib' aūt deuo
tis oꝛōnibus exiſtente ꝟgine:⁊ deo infini-
tas gr̄as de tanto bn̄ficio ſibi collato refe-
rēte:reuerſ' eſt Joſeph. ⁊ diuerſoꝛiū illud
ꝓut ſcḋm poſſibilitatē ſuā valuit oꝛdinauit.
Sed cū btiſſima ꝟgo ſciret ꝑ diuinā reuela
tionē ſe in hac nocte ſacratiſſima debere fi
liū ſuū parturire.tota ipſa nocte in oꝛatiōe
deuotiſſime ſtetit. Pꝛima igitur vigilia no
ctis venit de celo lux valde ſplēdida.q̄ ſolaȝ
ꝟginē cooꝑuit.⁊ magna multitudo ange-
loꝝ p̄me hierarchie pariter deſcēdit dulciṫ
canētiū illuȝ ꝟſiculū p̄s. Egrediaṫ dn̄s de
loco ſancto ſuo:veniat vt ſaluet ppl'm ſuū.
In ſcḋa aūt vigilia noctis venit lux maioꝛ
de celo.que nō tm̄ Mariam ⁊ Joſeph coo-
peruit:ſed etiā totam domūculam ſiue tu-
guriū in quo erat beata ꝟgo.⁊ cū ea luce pa
riter deſcēdit magna multitudo angeloꝛuȝ
ſcḋe hierarchie dulciſſime canētium ⁊ dicē
tium. Ecce iā venit deſideratus cūctis gēti
bus. In hoꝛa ꝟo medie noctis venit de ce-
lo maxima lux.que nō ſolū domū illam in-
tra ⁊ extra cooperuit.ſed etiā totā ciuitatē
immo etiā totū mūdum illuminauit.ita vt
quilibet mirareṫ.ꝙ media nocte dies cla-
ra videbaṫ.⁊ cum ea luce pariter deſcendit
maxima multitudo angeloꝝ tertie hierar-
chie dulciſſime canētiū illud Eſa.xlv. Ape-
riatur terra:⁊ germinet ſaluatoꝛē.⁊ iſti oēs
angeli in humana ſpē pulcherrima apparē
bāt.⁊ beatā ꝟgineȝ laudabāt.atq̄ ei gr̄as
referebāt:qꝛ eoꝝ reſtauratoꝛeȝ generaſſet.
O benedicte Joſeph.dic mihi qḋ tūc facie-
bas? ꝑfecto lachꝛymas ex deuotiōe cōtine
re nō poteras. Ipſa ꝟo ꝟgo beatiſſima to-
ta abſoꝛpta in abyſſo diuine cōtemplatio
nis ⁊ cōſolatiōis.ſentiēs in vtero ſuo ſacra
tiſſimo moueri filiū ſuū ⁊ exire velle.eleuatq̄
deuotiſſime manib' ⁊ oculis in celū.atq̄ ge
nib' flexis deo gr̄as agēs de tāto bn̄ficio ꝑe
perit dulciſſimū filiū ſuū.q̄ ab ea tāq̄ radi'
de luce ꝓceſſit.eūq̄ ꝓtinus reuerentiſſime
beata ꝟgo adoꝛauit ſimul cū Joſeph ⁊ om
nib' illis angelis q̄ dulciſſimas faciētes me
lodias decātabāt illud p̄s.xliiij. Specioſ'
foꝛma ꝑ filijs hoīum:diffuſa eſt gr̄a in la-
bijs tuis.ꝓpterea bn̄dixit te deus in eter-
nū. O ꝟgo benedicta.o ꝟgo ſanctiſſima.o
ꝟgo feliciſſima.quid egiſti tūc de filio tuo?
Cū ne oſculata ⁊ amplexata fuiſti? ꝑfecto
tue ineffabili pietate cōgruit.vt nobis ali-
quid de tuis cōſolationib' reuelare digne-
ris.de eo tibi dicere poſſum illud Jacoponi
noſtri in ſuis laudib' dicētis.
Di Maria dolce con quanto deſio
Miraui el tuo fiolo homo ⁊ dio
Quādo tu parturiſti ſenza pena
La pꝛima coſa credo che faceſti.
Si lo adoꝛaſti o de gratia piena ⁊c̄.vide in
coꝛona noſtra.c.viij. Poſſumus autē cō
tēplari.ꝙ poſtq̄ bn̄dicta ꝟgo filiū pepit ⁊
adoꝛauit.cōſiderās eius diuinā maieſtatē
nō audebat eū tāgere. Uidēs tn̄ eū nudum
in tanti frigoꝛis algoꝛe.⁊ cupiēs eū pānis
inuoluere.atq̄ affectās ip̄m oſculari ⁊ am
plecti.quē animalia ſuo flatu calefaciebāt.
intuebaṫ iocūda facie filiū ſuū bn̄dictū.ro-
gans eum vt ſibi oſtēdere dignareṫ qḋ age
re deberet. Ipſe ꝟo amoꝛoſus Jeſus i ma-
ternis brachijs ire geſtiēs:manib' ⁊ pedib'
atq̄ alacri vultu.⁊ oculoꝝ nutib' indicabat
matri.⁊ efflagitare videbaṫ vt eū reciperet
in vlnis ſuis. Tūc beatiſſima ꝟgo inquit fi
lio.poſtq̄ me ita alacriter īuitas.poſtq̄ in
brachijs meis venire deſideras.poſtq̄ meo
lacte cibari affectas.poſtq̄ in gremio meo
requieſcere appetis.q̄ in vtero meo.ix.men
ſibus habitaſti.confidenter te in brachijs
meis accipiam ⁊ amplexaboꝛ. Tuncq̄ re-
uerenter eum accipiēs:oſculata eſt ſuaui-
ter et amplexata. Ipſe ꝟo dulcis filius ma
trem ſuā ſimiliter ſuis paruulis brachijs
ad collū ei' appoſitq̄ amplexat' eſt ⁊ oſculata
illius labijs impꝛeſſit.et de vberibus eius
lac de celo pꝛopinatum ſuxit. Ipſa ꝟo vir-
go beatiſſima:vt dicitur Luc̄.ij.pānis eum
inuoluit.⁊ reclinauit in pꝛeſepio.quia non
erat ei locus in diuerſoꝛio. Et conſiderans
ineffabilem filij dei humilitatē:cepit nō ſi-
ne lachꝛymis eū alloqui dicēs. O fili bn̄di
cte:quāta eſt tua erga humanū genus be-
nignitas ⁊ clementia. Tu em̄ q̄ es eternus:
factus eſt tēpoꝛalis ⁊ puerulus. Tu immoꝛ
talis ⁊ impaſſibilis factus es paſſibilis et
moꝛtal'. Tu oīum creatoꝛ fact' es creatura.

*Maria alloquitur puerū natū*

tu dñs angeloꝝ ac rex regum ⁊ dñs dominantiũ formã ſerui accepiſti. tu ſanctus ſanctoꝝ ſimilitudinez peccatoꝝ aſſumpſiſti. tu omnipotens deꝰ factus es hõ infirmus. tu ſapiẽtia ⁊ eloquẽtia patris factus es īfans ⁊ q̃ſi loquele ignarus. tu omniũ ditiſſimus factꝰ es paupculus. tu panis angeloꝝ factꝰ es famelicus. tu qui veſtis aues celi: natus es nudus. tu qui regis orbẽ vniuerſum ab alio regeris ⁊ gubernaris. tu quẽ celi capere non poſſunt: in hoc vili tugurio detineris. O maxima maieſtatis tue humiliatio. O indicibilis mãſuetudo. O incõparabilis benignitas. O admirãda diuinitatis tue vilificatio. Alij reges naſcũtur de potẽti regina. tu impator celi ⁊ terre natꝰ es de ꝟgine paupcula. alij reges naſcũtur ī ciuitate metropolitana. tu natꝰ es apud paruulũ oppidũ. alij impatores naſcũtur in regali palatio. tu natꝰ es in viliſſimo diuerſorio. alij reges q̃n naſcũtur reclinant in lecto aurato. molli ⁊ plumeo. tu reclinatꝰ es in abiecto ⁊ pũgenti pſepio. alij reges tegunt pãnis ſericis ⁊ aureis. tu inuolutus es vilibꝰ panniculis. alij impatores hñt multitudinẽ regũ ducũ. baronum. famuloꝝũq; ac ſeruoꝝ eis aſtãtiũ ⁊ ſeruiẽtiũ. tu habes bouis ⁊ aſini famulatũ ⁊ iſtiꝰ paupcule mr̃is tue obſequiũ. Poſt hec aũt ꝟba vidẽs. b. ꝟgo ꝙ dulciſſimus eiꝰ filiꝰ deſiderabat iterũ redire in brachijs maternis. rurſuz accepit eũ in vlnas ſuas. ⁊ ab oſculis eiꝰ ceſſare nõ poterat. Et aſpiciẽs oculos eiꝰ pulcherrimos dicebat. Iſti ſunt oculi q̃ cõtẽplant bonos ⁊ malos. manus aũt tãgẽs dicebat. Iſte ſunt manꝰ que celos formauerũt. ⁊ pedes ſil'r tãgens aiebat. Iſti ſunt pedes quoꝝ ſcabellũ adoratur. Tu es deꝰ meꝰ. tu es pñtator meꝰ. tu es filius meꝰ. tu es dñs meus. tu es ſaluator mũdi. tu es expectatꝰ ⁊ deſideratꝰ a cunctis populis. tu es vita mea. tu tota ſpes mea. tu cõſolatio mea. tu gaudiũ angeloꝝ. tu dulcedo paradiſi. tu gloria beatoꝝ. tu requies animaꝝ. tu fabricator celoꝝ. Decãtabat q̃z beata ꝟgo ponẽs filiũ ſuum dulciſſimũ in gremio ⁊ dicebat. Gremio matris reſidet ſapiẽtia patris. Filius iſte meꝰ regnat vbiq; deus. Et in his dulcibꝰ eloquijs oſculabatur. nũc frontẽ nũc oculos. nũc genas. nũc ora. nũc manus. nũc pedes dilecti filij ſui. ſ. ꝟgo omni conſolatione repletiſſima. fac obſecro ⁊ nos vel aliquid minimum de iſtis conſolationibus tuis ſentire. maxime cum ipſe filius tuus a te ſuauiter amplexatus ⁊ oſculatus ac ſuis collum tuũ ſuauiter ſtringẽs brachijs lambebat lac virgineũ de mãmillis eius. Porrige nobis ſi nõ totum filiũ tuum amplexãduz ſicut feciſti paſtoribus. ſaltẽ ſummitatẽ pedis vel manus eiꝰ ad reuerẽter tãgendum ⁊ oſculãdum. ⁊ cõcede nobis vt ſic te cum filio tuo diligamus ⁊ veneremur in hac vita: vt poſtmodũ tecum ⁊ cum illo regnemus in eterna ſecula ſeculoꝝ. Amen.

De eiuſdem beatiſſime ꝟginis paturitione. Sermo ſcðs.

Germinans germinabit ⁊ exultabit letabũda ⁊ laudãs Eſa. xxxv. Suſcepit equidẽ beatiſſima virgo inextimabile gaudiũ. cũ vidit ſe peperiſſe ſine corruptiõe ⁊ dolore. Ratio aũt gaudij poteſt aſſignari. Nam ſi vt habetur Ioh. xvj. mulier cũ parit triſticiã habet. cũ aũt peperit maſcũlũ: iã nõ meminit preſſure ꝓpter gaudiũ. q2 natꝰ eſt hõ in mũdũ. multo magis gaudere debuit bñdicta mr̃ dei. que pepit ſine dolore. neq; habuit triſticiã. nec vt quidã fatue arbitrant: iacẽs peperit filiũ ſuũ. neq; obſtetricum habuit adiutoriũ. Vñ Hiero. aduerſus heluidium ait. Nulla ibi obſtetrix fuit. nulla mulierũ ſedulitas interceſſit. ipſa pãnis inuoluit. ipſa mater ⁊ ꝟgo. Credo igitur ꝙ appropinquante hora partus ſenſerit ꝟgo puriſſima tantam intus leticiã quãtaz nõ ſenſerat vnq̃ omnibus diebus vite ſue. ⁊ omnes ſenſus ſpũales ⁊ corporales quadaz inenarrabili ſuauitate replebãt. ⁊ ſic repleta gaudio cum immẽſo dulcore a nulla vnq̃ creatura guſtato peperit melliſluũ filium ſuũ. O gaudiũ vere incogitabile: cum virgo glorioſa videbat oculis corporeis. quem ſancti patres ceteriq; electi tantũ affectauerãt videre. quez etiam non alterius filium eſſe ſciebat q̃ ſuijpſius et dei. De hoc autẽ gaudio beate ꝟginis pdixit Eſaias pphera in ꝟbis thematis noſtri. Sup quibꝰ quattuor cõſiderationes faciemus.

Prima dicetur tẽporalitatis.
Scða localitatis.
Tertia paupertatis.
Quarta ꝟo cauſalitatis.

Pars prima que dicitur temporalitatis.



Pro expeditione huius ptis eſt ſciendũ ꝙ xp̃s tanq̃ dñs ⁊ cõditor oĩuz elegit ſibi tp̃s ī quo naſceret. ſic etiã elegit ſibi matrẽ de qua naſceret vñ noluit naſci ī eſtate: ſʒ in pfundo hyemis. ſ. viij. kl'. ianuarij. q̃n aſpitas hyemalis eſt maior. ⁊ ſic nõ delectabilẽ eſtatis: ſed aſperitatẽ hyemis ad natiuitatẽ ſuã elegit: vt ex tũc carnis afflictionẽ iam pateret p ſalute nr̃a.

Congruo tẽpe xp̃s naſci voluit

Cuiꝰ tpis ꝯuenientia ⁊ ꝯgruitas ad natiuitatez xp̃i aſſignat ſm Tho. in. iij. parte ſumme. q. xxxv. ar. viij. tribus rõnibꝰ. Et pmo ratõe radicationis. nã illo tpe lucis ſolaris claritas augmentũ recipit. ⁊ iõ tũc xp̃us naſci voluit. q̃n talis lux augeri icipiebat. vt oñderet ꝙ ipe veniebat vt hoïes crederẽt in lucẽ diuinã. ac tãdiu in hac luce pficerent quãdiu ptingerent vſq; ad pfectũ diẽ vite eterne. ⁊ vt demõſtraret. ꝙ ipe eſt lux vera que illuminat oẽm hoïem veniẽtẽ in hunc mũdũ. Ioh. j. Unde Aug. ſmone. x. de natiuitate dñi ait. Hodie natus eſt xp̃s. illuminatus eſt mũdus. exultate ꝗ virgines. ſancta ꝟgo nobis pepit cui ſine corruptiõe nubatis. exultate oẽs xp̃iani. natal' eſt xp̃i. exultate ſui. natalis eſt dñantis. exultate liberi: natalis eſt libertat'. exultate debiles et egroti: natalis eſt redemptoris. hec ille.

Tpe pacis voluit naſci

Scðo congruũ fuit xp̃m tali tpe naſci. ſ. tpe Octauiani ceſaris. nã tunc erat totꝰ mũdus ſub impio ipĩus impatoris romani in pace. Et ideo xp̃s voluit iſto tpe naſci: quia pacez oĩbus dare veniebat. Unde Hiero. ſup Eſa. inq̃t. Ueteres reuoluamꝰ hyſtorias ⁊ inueniemꝰ vſq; ad. xxviij. ãnũ ceſaris Auguſti in toto orbe terrarũ fuiſſe diſcordiã ortã. orto aũt dño bella ceſſauerunt. iux̃ illud Eſa. ij. Non leuabit gens ꝯ gentẽ gladiũ ad oſtẽdendũ ꝙ xp̃s iõ naſci voluit vt filios qui erant diſpſi ꝯgregaret ī vnũ vt eſſet vnꝰ paſtor ⁊ vnũ ouile. Ioh. x. hec ille. Non tñ ſolũ ceſſauerũt tũc bella. q̃nimo ante xp̃i natiuitatẽ p. xij. ãnos maxima pax fuit in toto mũdo. ad oſtẽdendũ ꝙ ille naſcebat qui eſt pax noſtra faciens vtraq; vnũ. vt ait apl's ad Epheſ. ij. Hinc eſt etiã ꝙ aucte iſtius vniꝰ pncipis ⁊ imperatoris totꝰ mũdus deſcriptꝰ ẽ. iuxta illõ Lu. ij. Exijt edictũ a ceſare auguſto vt deſcriberet vniuerſus orbis. vbi Grego. ait. Quid eſt ꝙ naſcituro dño mũdꝰ deſcribit niſi quia ille veniebat in carne qui electos ſuos aſcriberet in eternitate: q̃õ contra de reprobis p p̃s. lxviij. dr. Deleant de libro viuentiũ. ⁊ cũ iuſtis nõ ſcribant. In q̃buſdam ꝟo cronicis legit ꝙ appropinquãte xp̃i natiuiate Octauianꝰ p mũdũ vias publicas fieri p̃cepit ⁊ oĩa debita romanis dimiſit vt oñderet ꝙ ille in mundũ veniebat qui debita pctõꝝ volebat dimittere et cui debebãt viã cordiũ ad illiꝰ ſuſceptionẽ oẽs pparare. iux̃ illud Eſa. xl. Cõſolamini pple meꝰ dicit dñs. loq̃mini ad cor hierl'm ꝙ dimiſſa ẽ iniq̃tas illiꝰ. ſ. p incarnationẽ filij dei. ſuſcepit de manu dñi duplicia pro oĩbus pctis ſuis. Uox clamãtis in deſto parate viam dñi. rectas facite ſemitas dei nr̃i.

De octauiano ceſare

Predictus autem imparor Octauianꝰ vt ſcribit Suetoniꝰ ⁊ eutropius. natꝰ ẽ ex pr̃e Octauio ſenatore ⁊ mr̃e actia nepte iulij ceſaris genita ex iulia ſorore ipĩus ceſaris q̃ nupſerat lucio balbo. De hoc Octauiano refert Pliniꝰ in. ij. li. natural' hyſtorie ꝙ cũ quadã vice vrbẽ romanã intraret apparuerũt ſtelle in moduz corone poſite ſup caput eius. Hic ſedatis oĩbꝰ bellis orbem totũ ſubegit impio romano cũcti inimicis ⁊ turbãtibus impiuz romanũ deuictis. Unde canebat Ouid. in. j. de faſtis. Iuppiter aree ſua totũ cũ ſpectat in orbẽ. Nil niſi romanũ quod tueat hz. Que ꝟba dixit tẽpe huiꝰ Octauiani imparoris. Regnauit autẽ ãnis. lvj. Duodecim cũ marco anthonio ⁊ marco lepido. ⁊. xliiij. per ſe. Et vt dicit Solinꝰ de mirabilibꝰ mũdi. tempe huiꝰ auguſti pl'imũ arma ceſſauerũt et ingenia valde floruerũt. Fuerũt ei tũc oratiꝰ flaccꝰ virgiliꝰ ouidiꝰ. macer. catullus veronenſis terẽtius. varro. marcus tuliꝰ cicero. appolidorus. valerius meſalla. valeriꝰ maximus ſaluſtius ⁊ alij q̃plurimi. ⁊ vt dic̃ horoſiꝰ octauianus ipe rediẽs victor ab oriẽte cuz triplici triũpho vrbẽ ingreſſus eſt. ⁊ tunc Auguſtus appellatꝰ eſt ⁊ ſalutatꝰ eo ꝙ imperiũ romanũ auxiſſet. Cũ ergo pacificus teneret imperiũ edictũ fecit. vt. ſ. dictũ eſt vt deſcriberet vniũſus orbis vt ſciret q̃t puincie ⁊ quot hoïes eſſent in toto orbe. ⁊ dicebatur deſcriptio: q2 numerꝰ eoꝝ qui cẽſum ferebãt redigebat in ſcriptis. vt refert magiſter in hyſtoria ſcholaſtica. dicebat etiã pfeſſio. quia q̃libet offerẽs denariũ ſuum preſidi ponebat illũ ſup caput ſuũ ⁊ pprio ore pfitebat ſe eſſe ſubditũ impio romão. Regnãte igit iſto impatore pacifico xp̃s

dei filius naſci voluit rōnē quā ponit vene
rabilis Beda ſup Lu. di. Naſciturꝰ i carne
dei filius ſicut de vgine natus diuinitatꝭ
ſibi decus oſtēdit eſſe gratiſſimū. Sic pa-
catiſſimo tpe ſeculi ꝑcreaẜ qui pacē qrere
docuit ⁊ pacis ſectatores reuiſere dignaẜ.
Nullū aūt potuit maius eſſe pacis indiciū
ꝙ vna totū orbē deſcriptione ꝯcludi. cuiꝰ
moderator Auguſtus tāta. xij. ānis circa
tēpus dñice natiuitatis pace regnauit vt
bellis toto orbe ſopitis ꝓphetie p̄ſagium
ad lrām videaẜ impleſſe. hec ille. Theophi
lus vo dicit. Cōueniēs erat vt ꝑ chriſtum
multoꝝ deoꝝ cultus deficeret ⁊ vnꝰ deus
coleteẜ. vñ vnꝰ rex orbi impaſſe deſcribiẜ.
Nec extimare debemus regē regum ieſum
xp̄um ſub deſcriptione mūdi natum abſq꜡
myſtica ⁊ rōnabili cauſa. q̄propẜ Origen.
ait. Diligētius intuēti māifeſtū eſt: ſacra-
mentū quoddā inde ſignificari ꝙ in totiꝰ
orbis ꝓfeſſione deſcribi oportuerit chriſtū
vt cū oībus ſcriptus omnes ſanctificaret.

R — Tpe regis alienigene iudeoꝝ naſci voluit xp̄ſ

Tertia rō quare tali tempe naſci voluit
xp̄s dr̄ ſubiectōis. quia ſcꝫ tūc iudei ſub iu
go ſuitutis erant. ⁊ ideo qa xp̄s venit nos
de ſtatu ſuitutis i ſtatu libertatꝭ reducere:
ſicut mortalitatē nr̄am ſuſcepit vt nos ad
vitā reduceret ita vt dicit Beda. Seipſuꝫ
naſcēs ſuituti ſubdidit vt a ſuitute libera
ret. Unde Chryſ. ſuper Matth. ait. Quā-
do iudaica gēs ſub iudaicis regibus q̄uis
peccatoribꝰ erat ꝓphete mittebanẜ ad re-
mediū eius. nūc aūt qñ lex dei ſub poteſta
te regis iniqui tenebaẜ naſcitur xp̄s. quia
magna ⁊ deſꝑabilis infirmitas medicum
artificioſiorē querebat. hec ille. Preſ̄ea vo
luit ⁊ xp̄s naſci tpe regis alienigene. vt i-
pleteẜ ꝓphetia Jacob Geneſ. vlẜ. dicētis.
Non auferet ſceptrum de iuda: nec dux de
femore eiꝰ donec veniat q̄ mittēdus eſt et
ip̄e erit expectatio gentiuꝫ. ⁊ ideo iſto die
debemꝰ deo laudes reddere ⁊ eternā gl'iaꝫ
tota mente cogitare. qm̄ eū deus fecit ſin-
gulariter gl'ioſum filij ſui natiuitate. Un̄
Aug. ſmone. xxiiij. de natitate dñi ait. Ho
die veritas de terra orta eſt. xp̄s de carne
natus eſt. gaudete itaq꜡ ac ſolēniter hunc
dieꝫ celebrate eṫnaq꜡ dona ſpe firmiſſima
ꝯcupiſcite. filij dei eſſe accepta ꝑtāte pręſu
mite. ꝓpter nos eñ tꝑalis effectꝰ ē tēpoꝝ
effector. ꝓpẜ nos in carne appuit mundi
ꝯditor. ꝓpẜ nos creatꝰ ē creator. qd adhuc
mortales rebꝰ mortalibꝰ oblectamini. ⁊ fu
gitiuā vitā ſi fieri poſſet tenere conamini:
ſpes lōge clarior effulſit in terris: vt terre-
nis vita ꝑmitteteẜ in celis. hec ille. Ex q̄-
bus oībus patet ꝙ cōgruo tempe xp̄s de
virgine natus eſt.

Pars ſecūda huius ſmonis que diciẜ
localitatis.

S — Xp̄us ſpecialr̄ q̄ttuor ciuitates elegit

S Icut dñs nr̄ elegit tp̄s natiui-
tatis. ita etiā elegit locū. vnde
ſciēdū ſm Tho. in. iij. pte ſum.
q. xxxv. ꝙ xp̄s ſpālẜ quattuor
ciuitates elegit. ſ. nazareth ſue cōceptioni.
hierl'ꝫ ſue paſſioni. romā eccl'ie p̄ncipatui.
et bethleē ſue natiuitati. Primo ei voluit
in nazareth cōcipi ⁊ nutriri: ad exp̄mendā
humiliationē: ⁊ extirpandā elationē. nam
ſupbi hoīes de hoc p̄cipue gl'iāẜ ꝙ de ci-
uitatibus nobilibꝰ ducūt originē in quibꝰ
vo li.. p̄cipue honorari. Xp̄s aūt vt ſuam
humilitatē oñderet ⁊ iſtoꝝ ſupbiā ⁊ inanē
gl'iaꝫ ꝯfutaret. ꝯtrariū fecit. qr apud ciuitatē
paruā ⁊ ignobilē voluit concipi ⁊ nutriri.
Unde Joh. j. dicebat Nathanael. A naza-
reth pōt aliq̄d boni eſſe: quaſi admiratꝰ ꝙ
xp̄us de tā vili ciuitate eēt oriūdus. Scd̄o
elegit hierl'm paſſioni. tuꝫ vt in ea ꝓpẜ ſui
nobilitatē ſedē regni cōſtrueret ⁊ tēplum
dei edificaret: ⁊ ſic hierl'm eēt ſiml' ciuitas
regalis ⁊ ſacerdotalis. Sacerdotiū autem
xp̄i ⁊ regnū eius p̄cipue ꝯſummatū eſt in
paſſione eiꝰ. Tum ꝓpter ſui humiliationeꝫ
⁊ nr̄aꝫ eruditionē vt dictū eſt. ⁊ his de cau
ſis noluit in hierl'm naſci. ſꝫ potius oppro
briū pati. Tertio inſup noluit naſci in ro-
ma. qr ſicut dr̄ in quodā ſermone epheſini
cōcilij. ſi maximā romā elegiſſet ciuitatem
ꝓpẜ potentiā ciuiū imitationē orb' ẜraruꝫ
putarēt. ſi vo filiꝰ fuiſſet imꝑatoris vtili-
tati huiꝰ mundi aſcriberēt. Sꝫ vt humani-
tas xp̄i oñdereẜ ⁊ dinitas cog̃ſcereẜ orbē
trāſformaſſe terrarū pauꝑculā elegit ma-
trē ac pauꝑiorē ⁊ ig̃biliorē patriā. Naꝫ vt
dicit apl's. j. ad Coꝝ. j. Infirma mūdi ele-
git deus vt ꝯfundat fortia. Sed bñ elegit
romā eccl'ie ſue p̄ncipatū vt videlꝫ ip̄a eēt
caput eccl'ie. tum in ſignū ꝑfecte victorie.
tū vt exinde fides deriuareẜ ⁊ diffundēẜ ꝑ
vniūſuꝫ mūdū. tum vt ſua poteſtas mag̃
oñdereẜ. ⁊ ſic ip̄e xp̄s magis agnoſceretur
ſm illud Eſa. xxvj. Ciuitatē ſublimē hūi-
liabit ⁊ ꝯculcabit eā pes pauꝑis ⁊ greſſus
egenoꝝ. i. apl'oruꝫ Petri ⁊ Pauli. Roma
eñ eſt caput oīum ciuitatū. inſti. de ſatiſ-



Roma caput orbis

da. tu. §. fi. et etiā eſt caput totius orbis. l.
nemini. C. de ꝯſue. li. xij. ⁊ eſt cōis patria.
l. roma. ff. ad muni. ⁊ oīum terrarū ac na-
tionū ꝯtinet p̄ncipatū. ij. q. vij. c. bti. Quar
to elegit bethleē ſue natiuitati vt. ſ. dictuꝫ
eſt: qr in oībus actibꝰ ſuis ſe hūilē exhibere
voluit. vñ dr̄ i euāgelio huiꝰ feſtiuitatꝭ Lu.
ij. ꝙ cū poſt emanatū edictū imꝑatoris de
deſcꝑtiōe orb. oēs irēt vt ꝓfitereñẜ ſingl'i
in ciuitatē ſuā. aſcēdit ⁊ ioſeph a galilea de
ciuitate nazareth in iudeā ciuitatē dauid
q̄ vocaẜ bethleē eo ꝙ eēt de domo ⁊ fami-
lia dauid vt ꝓfitereẜ cū maria deſponſata
ſibi vxore p̄gnāte. Dauid eñ erat de ciui-
tate bethleē. vt hr̄. j. Reg. xvj. Tres autē
rōnes poſſumꝰ aſſignare. q̄re ap̄d ciuitatē
iſtā voluit xp̄s naſci vltra p̄dictas. Quaꝝ

T — Quare in bethleē voluit naſci

p̄ma dr̄ adipletōis. ſ. ꝓphie q̄ hr̄ Mich. v.
Tu bethleē ⁊c. quā poſui in precedēti ſer.
pte. j. Scd̄a rō dr̄ iterp̄tatōis. qr ſm Gre
go. in moral. bethleē iterp̄taẜ domꝰ pāis.
Ip̄e aūt xp̄s aiẜ Joh. vj. Ego ſuꝫ pāis viuꝰ
q̄ de celo deſcēdi. g̃ ad hāc iterp̄tatōeꝫ ve-
rificādā in bethleē eū naſci ꝯgruū fuit. vñ
Greg. in omel'. nati. dñi ait. Locꝰ in q̄ dñſ
naſciẜ domꝰ panis ātea vocatꝰ ē: qr futuꝝ
ꝓfecto erat vt ille ibi ꝑ naturā carnis ap-
pareret q̄ electoꝝ mētes in eṫna ſacietate
reficeret. Tertia rō diciẜ ſignificatiōis: q̄a
vt Greg. in p̄dicta omel'. inq̄t. Propẜ hūa
nitatē quā aſſumpſerat q̄ſi i alio naſcebaẜ
nō ſm ꝑtātē ſꝫ ſm naturā. ⁊ etiā dicit Be-
da. In diūſorio loco eget vt nobis multas
māſiones in domo p̄ris ſui p̄pareret. vt dic
Aug. in. ij. ſer. de purificatiōe vgis. In p̄ſe
pe dignatꝰ ē poni vt eēt pioꝝ cibaria iumē
toꝝ. qui etiā Aug. ꝓpẜ p̄dicta hortaẜ fide
les ad reuerentiā huiꝰ loci in quo chriſtus
natꝰ eſt in li. j. ꝯ iulianū di. Uenerare na-
tiuitatē q̄ a terrene natiuitatꝭ vincul' libe-
ratus es. honorare bethleē puſillā ⁊ mini
mā per quam tibi regreſſus ad paradiſuꝫ
patefactus eſt.

Pars tertia huius ſmonis que diciẜ
paupertatis.

U — Primogenituſ dr̄

U Ace ſcd̄o dr̄. Factū eſt aūt cum
l eſſent ibi. ſ. apud bethleē ipleti
ſunt dies vt pareret. ⁊ peperit
filiū ſuū p̄mogenitū. h̄ aūt nō
accipiẜ p̄mogenitꝰ reſpectu ſcd̄i. ſicut in. l.
qui duos. j. rn̄ſo. ff. de rebꝰ dubijs. ſꝫ diciẜ
p̄mogenitꝰ: qr eū nemo antecedit. ſicut i. l.
ꝓximꝰ. ff. de ver. ſig. ⁊ etiā habeẜ in dicta
l. qui duos. ſequiẜ in euāgelio. ⁊ pānis euꝫ
inuoluit ⁊ reclinauit in p̄ſepio: qr nō erat
ei locus in diūſorio. ⁊ tūc verificatū ē illud
Lu. ix. Uulpes foueas hñt: ⁊ volucres ce-
li nidos. filiꝰ aūt hoīs nō hꝫ vbi caput ſuū
reclinet. Diuerſoriū vo q̄d ſit. tractāt legi-
ſte in. l. ſi horreū. q̄ eſt lex ẜtia. ff. in quibꝰ
cau. pignꝰ vl' hypo. ꝯ. ⁊ canoniſte in. c. qm̄.
xix. q. iij. Sꝫ ſm magr̄m in ſcholaſtica hy
ſtoria dr̄ opimentū qd̄ eſt inter duas do-
mos ſub quo eūtes ad colloquēdū. vl' ꝓpẜ

Diuerſoriū ē.

aeris intēꝑiē diuertebāt. In h̄ g̃ diuer-
ſorio ſm q̄ſdā ioſeph q̄ faber erat parauit
p̄ſepe boui ⁊ aſino. vel ſm alios ibi erat p̄
ſepe ꝑ multa tꝑa factū ad ſuitiū trāſeun-
tiū. Dicūt aūt quidā deuoti doc. ꝙ cuꝫ Jo
ſeph cū beata vgine veniſſet ad ciuitatem
bethleē. tum qr pauꝑes erant. tū qr tarde
venerāt. plane eñ p̄terierāt: q̄a beatiſſima
vgo erat vicina partui. vñ fuerant de vlti-
mis. Item qr ex ip̄a ciuitate mlt'i reges ⁊
potētes ꝑſone originē traxerāt. taꝫ multe
gētes aduenerāt ꝙ oēs habitationes erāt
occupate cū hoſpitijs. vnde nō potuerunt
hoſpitium inuenire ⁊ neceſſe habuerūt ad
diuerſoriū ſe reducere. Nos vo dicere poſ
ſumus ꝙ hoc dīna volūtate factum eſt. vt
nobis dareẜ exēplū hūilitatꝭ ⁊ pauꝑtatꝭ am
plectende. Itē vt vificareẜ ꝓphetia Eſa. j.
Cognouit bos poſſeſſorē ſuū ⁊ aſinꝰ p̄ſepe
dñi ſui ⁊c. ⁊ Baruch. iij. c. vbi dr̄ filio dei.
In medio duoꝝ aīaliū cog̃ſceris ſm vnaꝫ
tranſlationē. Uoluit aūt dñs poni in me-
dio iſtoꝝ duoꝝ animaliū: vt oſtenderet ꝙ
ppl'm iudaicū ⁊ gentilē cōiūgere debebat
ad ſuū ſeruitiū. Nam tunc araẜ in boue et
aſino qñ diuerſe ꝓfeſſionis hoīes ſil' cōiū-
gunẜ in vno officio. c. in noua. xvj. q. vij.
Mirare queſo aīa deuota ꝙ extrema fue-
rit pauꝑtas regis celoꝝ ⁊ oīum creaturaꝝ
pro te naſcētis. Audi Hiero. ad marcellaꝫ
dicentē. Quo ſermone qua voce ſpeluncā
tibi ſaluatoris exponā. ⁊ illud p̄ſepe i quo
infantulus vagijt. ſilētio magis ꝙ ſmōe
honorādū eſt. vbi ſunt late porticꝰ. vbi au
rata laquearia. vbi domus damnatorum
penis laboreq꜡ veſtite. vbi inſtar palatij
opibus extructe baſilice. vt vile corpuſcu-
lum homis precioſius ambulet. et quaſi
mūdo quicq̄ nō poſſit eſſe ornatius tecta
ſua magis velit aſpicere ꝙ celū: Ecce in h̄
paruo terre foramine celoꝝ ꝯditor natꝰ ē:
hic inuolutꝰ pānis. hic viſus a paſtoribus.

X — Exclamat hiero. in p̄ſepe dñi

hic demõſtratꝰ a ſtella. hic adoratꝰ a mag.
Et idẽ ad Euſtochiũ inq̃t. Ille cuiꝰ pugillo
mũdus ꝯcludit: pſepis cõtinet anguſtia.
Quid erat videre filiũ dei inuolutũ pãnis
vagientẽ lachrymãtẽ ⁊ pre frigore tabeſcẽ
tẽ. Eamꝰ oẽs queſo cũ paſtoribꝰ ⁊ dicamꝰ
ſibi. O angeloꝝ rex digniſſime q̃ ꝓ nobis
ad hanc neceſſitatẽ veniſti ⁊ ex paupcula
mr̃e natꝰ in tugurioſo viliſſimo nõ habes
vbi caput reclines. Quid vis a nobis: q̃d
tibi gratũ ꝑſoluere poſſumꝰ: vis aurũ vel
argentũ, placẽt tibi gẽme vel iocalia vl' p̃
cioſa: q̃cq̃ delectabilia. ⁊ ſi forte iſta ſpue
ris que faciũt tm̃ ad ornatũ nõ ꝓ tua neceſ
ſitate: domũ accipes ad habitãdũ, ligna ⁊
pãnos ad calefaciendũ. ⁊ mox infantulus
iſte clamabit. O rationales creature: nolo
mũdi diuitias: nolo delitias, nolo magnifi
centias. ecce carnẽ aſſumpſi vt pro vobis
triginta ⁊ tribus annis laborans affligar
indeſinẽter, in fame ⁊ ſiti. in vigilijs: i pe
grinationibꝰ. in anguſtijs, in pſecutionibꝰ
in plagis. in verberibꝰ. ⁊ in ſanguis effu
ſione vſq̃ ad mortẽ ſi mihi placere cupitis
qui vos ita diligo. pctã vr̃a mihi donate il
la ſup humeros meos ponite dolentes in
corde vr̃o de oĩbus cõmiſſis vr̃is. et ego ꝓ
vobis oĩbus ſatiſfaciã. ego oĩuꝫ penitẽtiã
portabo. O hũani cordis durities cur nõ
molliris. cur nõ flecteris. cur nõ moueris
ad vocẽ ſaluatoris: ſꝫ tu q̃d faciebas o vgo
pijſſima: q̃n factorẽ oĩuꝫ videbas i aſſũpta
carne tã infimo in loco natũ: credo ꝙ la
chrymas ꝯtinere nõ poterãt oculi tui que
tanto mag̃ cõpatiebaris q̃ãto eras cer
tior de altitudine ſacri. Nẽpe animꝰ hũanꝰ
excogitare nõ ſufficit q̃l'r tu vgo bẽigniſſi
ma dilecti filij tui artiſſimã paupertatem
defleuiſti. Sed o bñdicta vgo aliquãtulũ
conſolare: ꝯſiderans ꝙ filius tuꝰ fec̃ more
bonoꝝ ⁊ excellentiũ imperatorum qui ante
ſe deferri faciũt vexilla ſua q̃ ad pugnã ꝯ
hoſtes deferre intendũt. Filiꝰ em̃ tuꝰ i hũc
mundũ veniẽs ſignũ ⁊ vexillũ ante ſe por
tauit in quo picta eſt humilitas. paupertas
et auſteritas: quibus malignum hoſtem
diabolũ debellauit.

Pars quarta huius ſmonis que dicit
cauſalitatis.

Pro expeditione huiꝰ ꝑtis q̃rit
qua de cã in nocte natiuitatis
dñi miſſa celebret cum in alijs
feſtiuitatibꝰ tm̃ in die celebrare
liceat: Ad q̃d rñdet Theleſſorus a Petro
papa. iiij. vt habet de ꝯſecra. diſ. j. c. nocte
ſancta. ꝙ nocte ſctã natiuitat̃ dñi ſaluato
ris miſſas celebrãt preſbyteri et hymnum
angelicũ. ſ. Gl'ia in excelſis. in eis ſolẽnit
decantãt. q̃m ⁊ eadem nocte ab ãgelo pa
ſtoribus eſt nũciatus. ⁊ ſubito facta eſt cũ
angelo multitudo militie celeſtis laudan
tium ⁊ dicentiũ. Gl'ia in excelſis deo. ſup
quo dicit gloſa. ꝙ hec vba tm̃ dicta ſunt
ab angelo. ſed alia. ſ. ⁊ in terra pax hoibꝰ
bone volũtat̃. addidit Hylariꝰ. Querit
ſcd̃o q̃re tres miſſe celebrant: Reſpõdet
Bern̄. in glo. ex̃ de cele. miſ. c. conſuluiſti.
ꝙ celebrant ꝓpter myſteriũ. q̃m per illas
tres miſſas repſentant tres ſtatus. ſ. ſta
tus ante legẽ, ſub lege. ⁊ ſtatus gr̃e. Nam
illa que cantat in nocte repſentat ſtatum
illoꝝ qui fuerũt ante legem: quoniã om̃es
erant in tenebris. Et ideo in aliq̃bus eccle
ſijs dicit in p̃ma miſſa. Populꝰ qui ambu
labat in tenebris. Scd̃a miſſa dicit in au
rora ⁊ ſignificat tp̃s ſub lege in quo iã inci
piebant ex parte ſcire chriſtũ ꝓpter dicta
legis ⁊ ꝓphetarũ ſed nõ plene. ⁊ ideo can
tatur inter diem ⁊ noctẽ. Et introitꝰ dicit
lux fulgebit. Tertia dicit in die per quam
deſignat tp̃s gr̃e. ſ. p̃ñs in quo orta eſt lux
xp̃s dñs nr̃. ⁊ iõ in officio miſſe dicit. Pu
er natꝰ eſt nobis. Alij aũt dicũt ꝙ quia in
xp̃o ſũt tres ſubẽ. ſ. diuinitas: aĩa ⁊ corpus:
Iõ in eiꝰ natiuitate tres cãtant miſſe. vna
in nocte ꝓfunda ad ſignificãdã diuinitatẽ q̃
oĩno nobis eſt occulta. Alia in aurora ad
denotandã eiꝰ aĩam q̃ nobis partim fuit
occulta ⁊ partim manifeſta. Tertia cantat
luce clara ad ſignificandã eius carnẽ que
nobis fuit manifeſta. Tertio querit q̃re
xp̃s naſci voluit tp̃e pacis: Rñdetur vltra
rõnes. ſ. allegatas. ꝙ hoc fecit vt ĩpleret
ꝓphetia Eſa. ij. Conflabũt gladios in vo
meres: ⁊ lãceas ſuas in falces. non leuabit
gens contra gentẽ gladiũ nec exercebunt
vltra ad preliũ. Item vt ait Hugo cardi
nalis ſup Luc. ij. Hoc egit vt oſtẽderet ꝙ
ip̃e reformaturꝰ erat pacẽ inter deũ ⁊ ho
mines. inter iudeũ ⁊ gentilẽ. iter hoiem ⁊
angelũ. fecerat ſiquidẽ pacẽ in celo. ⁊ vẽit
facere pacẽ in terra. Unde Iob. xxv. dicit.
Qui facit ꝯcordiã in ſublimibꝰ eius. Item
ad demonſtrandũ ꝙ ip̃e eſt rex pacificus.
vt canit eccl'ia in ſolẽnitate occurrẽti. ⁊ ſic
appellat eũ Greg. ix. in ꝓlogo decretaliũ.

Z Quare tres miſſe dicãt i die natal' dñi

A Quare tp̃e pacis naſci voluit



Quia ergo auctor pacis nõ bene colit niſi
tp̃e pacis. cle. ij. §. ſcimꝰ. de ſepul. ⁊. c. decꝫ.
de imu. eccle. li. vj. Iõ voluit vt tp̃e natiui
tatis verificaret illud Eſa. xxxij. Sedebit
ppl's meꝰ in pulchritudine pac̃. in req̃e opu
lẽta ⁊ in tabernaculis fiducie. trãſſumpti
ue i. c. fundamẽta. §. ꝓinde officij. de elec.
lib. vj. q. d. naſcẽdo. Pacis leuitas ſopiat
quod belli calamitas introduxit. l. j. i p̃n.
C. de cadu. tol. Intãtũ nãq̃ eſt amator pa
cis ꝙ eã vſq̃ ad ſanguis effuſionẽ q̃ſiuit.
Unde vt ait pſal. p̃s. lxxv. factus eſt in pa
ce locꝰ eius. In h̃ etiã oñdit ꝙ deſiderabat
i nobis eẽ pacẽ. iuxta illud p̃s. lxxxiij. Au
diã q̃d loq̃t in me dñs deꝰ: q̃m loq̃t paceꝫ
i plebẽ ſuã. Seruemꝰ g̃ ⁊ pacẽ ⁊ ꝯcordiaꝫ ſi
volumus puulũ vginis filiũ libẽter ꝯuer
ſari nobiſcum. Unde apl's. ij. ad Cor. xiij.
inquit. Pacẽ habete ⁊ deus pacis erit vo
biſcum. ſcꝫ hic per gr̃am ⁊ in alia vita per
gloriam. Amen.

De eadẽ beatiſſime vginis parturitõe.
Sermo tertius.

B Peperit filium
ſuũ p̃mogenitũ. Lu. ij. De
cet regiã maieſtatẽ aliq̃n
viſitare gẽtẽ ſuã ⁊ pmittẽ
ſe videri a ſuis ſuis. ⁊ cũ ill' in tũ loq̃ eiſq̃
gr̃as elargiri. p̃cipue q̃ãdo raro ab eis vi
ſus eſt. Cõſueuit aũt rex iſta faciẽs parari
facere ſoluꝫ. vel thronũ eius decori regio
congruentẽ. qui quidẽ thronꝰ m'tiplici ſit
ornatus apparatu. Spũal'r rex etnꝰ deus
remotꝰ ſtetit a ſuo ppl'o indignatꝰ ꝓpter
culpã humani generis illis p̃mis parenti
bus tranſfuſam. Sed tp̃e plenitudinis ad
ueniẽte. q̃n voluit rex nr̃ ſe ppl'o ſuo mani
feſtare: ⁊ ipſum pſonal'r viſitare fecit ſibi
thronũ pulcherrimũ. ſ. vginẽ gl'ioſam per
quã viſus eſt cũ hoibus ꝯuerſari. ⁊ puelle
brachijs baiulari. de quo throno inq̃t pro
pheta p̃s. lxxxviij. Thronꝰ eius ſicut dies
celi. de huiꝰ quoq̃ throni innocẽtia habet
ij. Reg. xiiij. vbi dr̃. Rex ⁊ thronus eius ſit
innocẽs. Naꝫ nõ ſolũ xp̃s ſed etiã btã vgo
ab om̃i pctõ imunis fuit. Huiꝰ aũt throni
admirabilis figura habet. iij. Regũ. x. vbi
legit ſalomonẽ feciſſe in domo libani thro
nũ de ebore grandẽ quẽ veſtiuit auro mũ
diſſimo. ⁊ habebat ſex gradꝰ. Inferioritas
aũt ⁊ ſummitas eius rotũda erat: ⁊ in pte
poſteriori erãt due manus tenentes ſedile
hincinde. ⁊ duo leones ſtabãt iuxta manꝰ.
et. xij. leũculi ſtabãt ſup gradus. ⁊ i illo ſo
lio ſedẽs rex ſalomõ cõferebat gr̃as. Spi
ritual'r nãq̃ ꝑ hunc thronũ intelligit vgo
gl'ioſa que fuit de ebore ꝑ vginitatẽ ⁊ de
aurata ꝑ pfectã charitatẽ. ſex gradꝰ infe
riores ſũt ſex genera ſanctoꝝ ſup q̃s ſubli
mata ſedet vltra choros angeloruꝫ. ſ. pa
triarcharũ. ꝓphetarũ. apoſtoloꝝ. martyꝝ
cõfeſſoꝝ. ⁊ vginũ. Sũmitas vo huiꝰ thro
ni ꝓ tanto dicit rotũda. quia rotũditas in
figura pfectionẽ ſignificat eo ꝙ ſit capa
cior oĩbus figuris. nã ſublimitas glorioſe
vginis genitricis dei oĩbus eſt latior ⁊ p
fectior. Ipa em̃ cũ cherubin ẽ ſapiẽtiſſima
cũ ſeraphin eſt ardẽtiſſima oẽſq̃ alias hꝫ
pfectiones angeloꝝ ⁊ ſanctoꝝ ipſis oĩbus
excellẽtius. Unde Paulinꝰ dyaconus in
ſmone vginis ait. Nec mirũ fratres cha
riſſimi ſi hec admirabilis vgo ſanctorum
celſitudinẽ tranſcendit mortaliũ cũ in hac
parte etiã excellat btõꝝ agmina angeloꝝ.
Hec ille. Hue aũt manꝰ tenẽt ipam. ſ. due
nature xp̃i hũanitas et diuinitas. duo q̃ꝫ
leones iuxta ipam q̃ſi ad cuſtodiã exñtes.
⁊ ab hereſibus cuſtodiẽtes ſunt duo teſta
mẽta. Duodeciꝫ vo leũculi ſũt. xij. articuli
fidei q̃s habuit ⁊ ſemꝑ tenuit. In h̃ ergo
throno ſedẽs xp̃s rex pacificꝰ p̃bet ſe ppl'o
clementẽ ac benignũ. ac p̃ſto oĩbꝰ ad hunc
thronũ accedẽtibꝰ dona elargit. vñ Anſel.
in meditationibꝰ btẽ vgis dicit ipſi matri
dei. Tu dña porta vite, ianua ſalut̃. aditꝰ
reparationis. aula vl'is pietat̃: ac gñalis re
cõciliationis vas ⁊ tẽplũ. ⁊ ſalꝰ vniũſorũ.
tu oñdiſti mũdo dñm. ⁊ deũ ſuũ quẽ neſcie
bat. Tu viſibilẽ exhibuiſti mũdo creatorẽ
ſuũ quẽ p̃us ñ videbat. Tu genuiſti mũdo
reſtauratorẽ q̃ ꝑditus indigebat. Tu pe
periſti mũdo recõciliatorẽ quẽ reus nõ ha
bebat ꝑ fecũditatẽ tuã pctõr imũdꝰ ẽ iuſti
ficatꝰ. exul eductus. celũ. ſydera. terra. flu
mina. dies. nox. ⁊ quecũq̃ ptãti hũane vl'
vtilitati ſunt obnoxia in amiſſis. de q̃bus
valde g̃tulant ſũt ꝑ te q̃dãmõ reſuſcitata
quadã ineffabili gr̃a dotata. hec Anſ. De
cuiꝰ imaculate vgis ꝑturitione tres conſi
derationes faciemus.
Prima dicet exultationis.
Scd̃a certificationis.
Tertia vo fructificatiõis.

Pars p̃ma huius ſmonis que dicitur
exultationis.

Maria ꝑ thronũ ſalomonis ſignificat

Exclamatio Anſel. i vginẽ

C Qualiť de natiuitate dñi gaudere debemus

Quantuꝫ gaudere ⁊ exultare in hac celeberrima feſtiuitate debeamꝰ vltra dicta in ſer.j.huiꝰ ptis ptevl.oñdiť ex hoc ꝙ gaudiuꝫ huiꝰ ſacratiſſime natiuitaꝗ dñi nr̄i.a ſtella magꝭ in oriēte.⁊ a ſybilla octauiano in occidēte.⁊ ab āgelo peſtoribꝰ in iudea.q̃ eſt in medio mūdi cū maxima leticia ē ānūciatū.ſi ḡ tm̄ exultat ſublimitas angeloꝝ. mľto magꝭ iocūdari ⁊ gaudere dꝫ hūilitas hoīm:ita ꝑ hoc ſublimata:qꝛ natꝰ eſt ꝑnci palr̄ nobis. Non em̄ vtlait apľs ad Heb.j. angelos.ſed ſemē abrae apphēdit de ꝟgie natꝰ.Filiꝰ etem̄ dei vt hoiem liberaret ab etn̄a morte factꝰ ē hō.vt ait Leo papa in ſer.natiuitaꝗ. ⁊ hac de cā maxie dꝫ letari humanū genꝰ.nā ſi in aliꝗ ciuitate obſeſſa a peſſimis inimicꝭ hoies illiꝰ ciuitaꝗ fame ⁊ ſiti deficiētes oēs in ꝓcinctu eēnt vt traderenť in ore gladij ad mortē.ꝗdāꝗ adueniēs eos liberaret.ꝗs ibi eēt ꝗ non ſumme gauderet ⁊ ſolēnia ageret? Cū igiť ciuitas huiꝰ mūdi obſeſſa eēt ⁊ poſſeſſa a diabolo ⁊ angelis eiꝰ adeo ꝙ deficiebāt hoies fame veritatis ⁊ ſiti bonitaꝗ. vn̄ hinc migrātes ad mortē etn̄ā deſcēdebant. venit de celo vteri ꝟginalis rex magnꝰ factꝰ ꝑuus dñs fortis ⁊ potēs:dñs potēs in ꝑlio ꝯ ātiquū hoſteꝫ ⁊ nos de manu eiꝰ eripuit ⁊ liberauit.⁊ ideo ſummoꝑe nos oꝫ gratulari.Figura aūt huiꝰ habeť.iiij.Reg.xix.vbi diciť ꝙ tpe Ezechie regis iude obſeſſa fuit ciuitas regalis Hierľm ab immēſa mľtitudie exercitus Sēnacherib regis aſſyrioꝝ, et ita coartata ꝙ hoies eiꝰ timebāt capi atꝗ in multa amaritudine anxietateꝗ lachrymātes reſidebāt:ſꝫ media nocte angelꝰ dei deſcēdēs de celo liberauit eā occiſis.clxxxv. milibus viroꝝ de exercitu Sēnacherib.ꝓpter quod deuictꝰ ⁊ cōfuſus reuerſus eſt in terrā ſuā.populꝰ aūt liberatꝰ multis diebꝰ feſtinauit grās agens deo repletꝰ multis diuitijs de ſpolijs inimicoꝝ. Quāto ergo magis exultare debet genus humanuꝫ de aduētu regis angeloꝝ:ꝗ in carne apparēs ꝓſtratis hoſtibꝰ eius de ipoꝝ ſuꝑnis cubilibus gľioſiſꝗ ſedibus,atꝗ celeſtibꝰ opibꝰ illam copioſe ditauit.

Quō Maria de partu gaudebat

Suꝑ oēs aūt homines gaudere debuit ipa que illuꝫ peꝑit ꝟgo benedicta.Sꝫ forte quis dicet. vnde gaudiū habere potuit de partu iſto cū ſola eſſet cum vetulo Joſeph ſpōſo ſuo, non in domo a frigore ⁊ vētis ꝓtecta;ſed in pandochio vndiꝗ tenebroſo:⁊ magꝭ aialibus ꝙ hoibus apto non cōfortata a ſocietate mulierū eam viſitantiū:ſꝫ ab oibus feminis ſegregata,nō in lecto quieſcēs. ſꝫ in terra vel lapide duro.vbi nō erat ignis deferuēs ſed frigus intēſum medie noctis.vbi etiaꝫ non erāt cibi delicati quibꝰ indigent mulieres in partu.nō cōfectiones. nō vina precioſa:ſed auſteritas ⁊ pauꝑtas immenſa. Que ergo illi fuit cauſa gaudēdi? Ad hec reſpōderet beata ꝟgo ſi pn̄s adeſſet. Gaudiū expta ſum ⁊ delectationē ꝗ declarari nō poteſt. Illud em̄ vt ait deuotus meus Bern̄.ſuꝑ Eccľiaſticū. ſolū eſt verū ⁊ plenū gaudiū. qđ nō de creatura ſꝫ de creatore concipiť.cui cōparata ois aliūde iocūditas meror eſt.ois ſuauitas dolor eſt. om̄e dulce amarū eſt.om̄e poſtremo qđ delectare pōt moleſtū ē.Si em̄ ꝓpheta gaudebat in dño ⁊ exultabat ī deo ieſu ſuo.Abacuch iij.Quare ego gaudere ⁊ exultare in eo nō debui ex vtero meo nato? Si abraā a lōge preuidēs filij mei natiuitatē exultauit. vt habeť Joh.viij.Quō ego ſine ingēti gaudio ⁊ exultatiōe eſſe potui. cū ipm meſſiā ex me genituꝫ vidi.certe cor meum ⁊ caro mea exultauerāt in deū viuū. qui cum ſit fons ⁊ origo ois bonitaꝗ.ois dulcedinis ⁊ ſuauitatis.cuiꝰ odore reuiuiſcunt mortui. cuiꝰ aſpectu letificanť āgeli.cuiꝰ iuſſu mouenť celi ſuꝑabūdabā gaudio ipꝫ ex meis viſceribus generatū aſpiciēdo. nec egebaꝫ cōſalatione humana cū abūdareꝫ diuina. nec ſocietate mulierū cū adeſſet exercitus angeloꝝ canētiū,nec terrenū cibū affectabam:qꝛ panē viuū de celo miſſum oēm ſaporē ⁊ om̄e delectamentū in ſe ꝯtinentē. ⁊ oēm appetitū ſatiantē hēbaꝫ. Mirabili igiť modo gauiſa ē bťiſſima ꝟgo:cū vidit eternā felicitatē ex ſe ꝓgenitā.nā gaudiuꝫ oriť ex bono adepto. Unde Job.iij.dr̄.q̃ſi effodientes theſaurū.gaudētꝗ vehementer cuꝫ inuenerint ſepulchrū.⁊ hoc qꝛ ſperant ibi inuenire theſaurū quod cupiūt. Antiꝗ em̄.in ſepulchris dñoꝝ cum eis ponebant theſauros.cū ergo quāto maiꝰ eſt bonum tāto maius gaudiū ſequať cum hr̄ ꝑfecto ex ſummo et vľi bono habito a benedicta ꝟgine ex parturitiōe ſui filij ineffabilis et cōſolatio cauſata eſt. Maxime ꝟo gaudebat: qꝛ lꝫ alie mr̄es nō poſſint in veritate dicere filiū ex toto eſſe ſuū cū ex pte ſit viri ipa tamē ſola peperit filium ex toto ſuum.



D Quare Maria voluit obedire edicto ceſaris

Poſſumus autē deuote meditari circa parturitionē beate ꝟginis.ꝙ lꝫ ipa bn̄dicta ꝟgo non eſſet obligata edicto Auguſti ceſaris de deſcriptiōe faciēda.qꝛ erat mať regis oiuꝫ ꝑ ꝯceptionē eiꝰ effecta.tn̄ ad oſtendendū exēplū obediētie ⁊ reuerētie maioribus ⁊ ꝓſidētibꝰ.etiā ſecularibꝰ ⁊ diſcolis īpēdēde voluit obedire Octauiano īfideli iux̄ illud.j.Pe.ij.Subditi eſtote dñis vr̄is nō tm̄ bonis ⁊ modeſtis.ſed etiā diſcolis ⁊ malis.⁊ ꝓpter eandē cauſam voluit etiaꝫ filiꝰ eius obedire ꝓceptis ꝑncipū ſeculariū vt pꝫ in ſolutiōe cenſus. Mat.xvij.Unde inꝗt Greg.i.c.ꝗd ergo.xj.q.iij.Quid ergo mirū ſi pctōr homo obediētie in pn̄tis vite breuitate ſe ſubijcit qn̄ hanc mediator dei et hoīm tenuit? Beata igiť ꝟgo vt dictaꝫ obedientiā adimpleret diſceſſit a ciuitate ſua nazareth que erat in ꝓuincia galilee:⁊ ꝑrexit in bethleē que erat in ꝓuincia iudee cuius diſceſſio fuit valde moleſta illꝭ bonis mulieribꝰ que erāt vicine habitationi ꝟgīs ī nazareth.vt ꝯtemplať dñs Johs dñici ī quodā ſer.Nā vidētes beatā ꝟginē grauidam.lꝫ crederēt eā ex ioſeph cōcepiſſe.expectabāt cū magno deſiderio pn̄tes eſſe in partu eiꝰ.Erat em̄ tāta pulchritudo ⁊ honeſtas ⁊ ſanctitas affabilitaſꝗ ⁊ ſapiētia eius ꝙ videbať quaſi vna fruitio ꝯuerſari cū ea ⁊ loqui ſecū.ꝓpter quod vicine eius affectabāt eſſe cū ea. Sed ipa ſe totaꝫ deo reſeruans amabat ſolitudinē,ac rariſſime ad oſtiū domus ſe reperiebat. minꝰ ad feneſtras aſpiciebat:ſed in templo ⁊ ī domo orōni vacabat hoīm ꝯuerſationē fugiens vt cū deo ⁊ angelis familiariꝰ ꝯfabulareť ⁊ in lege dñi meditareť die ac nocte. Verā em̄ ſciebat eſſe Proſperi ſn̄iam in lib. epigrā. dicēꝗ. Scrutari legē pn̄t vtcūꝗ ſereni.Si mūdi a ſtrepitu libera corda vacēt. Poterāt ergo ille vicie dicere inť ſe.veniet ꝑ certo dies ꝑtus eius.⁊ tunc indigebit nr̄o adiutorio.ac vocare nos faciet ad adiuuandū.intrabimuſꝗ domū eiꝰ.⁊ habebimꝰ copiā cōuerſandi cū ea.O ꝙ erit gratioſus fructꝰ tam ſancte tamꝗ honeſte ac pulchre iuuēcule.ita humilis eſt ⁊ amoroſa ꝙ dare alij nollet ad lactandū filiū ſuū. ſed ipm ſuis vberibus lactabit. ſꝫ cū tenebit illū in gremio vel brachijs ſuis.nos aliquādo reuerēter auferemꝰ illū de manibꝰ ſuis.⁊ ducemꝰ in domos noſtras.⁊ conſolationē habebimus de filio ſuo,et ita ipſa neceſſe hēbit qn̄ꝗ ꝯuerſari nobiſcū:ſꝫ diña diſpōne ꝑdicte mľieres fraudate ſūt a ſuo deſiderio. Nā ipa pijſſima ꝟgo cū ſpōſo ſuo ioſeph ad bethleemiticā vrbē ꝓfecta ē.vbi vt ꝯtemplať .ſ.Vincen.in quodā ſer.cū ad quoddā hoſpitiū diuertiſſꝫ.hoſpes cernēs ioſeph vilibus veſtibus indutū ⁊ pauperē arbitratus dixit ei. Non poſſum bōe ſenex vos hoſpitari.quia plures nobiles expecto iſto ſero.⁊ tunc .ſ. ioſeph cognouit veram eſſe illā Ouidij ſn̄iam in.ij.de arte aman. Ipſe lꝫ venias muſis comitatꝰ omere. Si nihil attuleris ibis omere foras. Et in.j. de faſtis.pauꝑ vbiꝗ iacet. Perrexit ergo ad aliuꝫ hoſpitē.qui interrogauit eum di. Dñe quot eꝗtaturas ⁊ famulos habetis.ꝗ reſpōdit nullas.ſed aſellū ⁊ bouē ⁊ vxoreꝫ meam tm̄. At ille inquit. Iſtud hoſpitium nō eſt ꝑ vobis:ſed ꝑ habētibus multā pecuniā ad expēdendū.ite ad hoſpitale pauperum. Iuit igiť ad aliū hoſpitē qui dixit illi. O ſenex miſer:quō nō erubuiſti ducere in vxorē tam delicatā iuuenculaꝫ. vade ad aliud hoſpitium : quia hic non poteris manere. et ſic pauꝑculus Joſeph neſciebat quo iret.⁊ precipue dolebat de btā virgine quam ſciebat matrē dñi ab omnibus hominibus venerandā. ⁊ nouerat teneram eſſe ꝟginis verecūdiā.vnde valde dolebat de deriſionibꝰ que eis fiebant ꝓpter pauꝑtatē.iuxta illud Juuenaľ.lib.j. Nil habet infelix pauꝑtas duriꝰ in ſe.ꝙ ridiculos homines facit. Sed ꝯfortabat eum.b.virgo di.illud Sene.ad Lucillū. Placeat nobis ꝗcꝗd deo placet ob hoc ipm qđ ſibi placet. et etiā forte cōfortando eū ꝙ hec triſticia vertereť in gaudiū.dicebat illud Ouidij ī libro be ponto. Sepe creat molles aſpera ſpina roſas. Non ergo diffidamꝰ de diuīa bonitate:ſed firmiter ſuꝑnū expectemus adiutoriū. Nam nō eſt abbreuiata manus dñi. eamus igiť ad aliquem locum remotum a tumultu hominū.vt poſſimꝰ ꝗetius deo vacare.⁊ ipe cui eſt cura de oibus ꝓuidebit nobis. Querētes ergo inuenerāt diuerſorium ſiue crotā atꝗ tuguriū. in quo intrātes peperit ibi ꝟgo gľioſa ſuū benedictum filiū gaudiū matris habens cuꝫ virginitatis honore. Ut em̄ inquit Origen̄. ſuꝑ Lucā. Sicut Abacuch intrauit ad Danielem in lacu leonū deferens ei prandiuꝫ bonū et exiuit nō aꝑtis oſtijs.ſed clauſis. ſic beata Maria ſaluis clauſtris pudoris

Quō ioſeph hoſpitium querēs derideť

nota

cōcepit ⁊ peperit filiū ſuū ꝑmogenitū. cui ꝓnus genuflectēs ⁊ eū adorās dixit. Salue mi dilecte fili. adoro te deū meum qui dignatus es ꝓ ſalute mea ⁊ oīum hoīm hāc vallē lachrymarū intrare. poſtmodum ꝟgo deoſculata ē faciē gratioſā filij ſui di. O facies plena oīum grāꝝ in quā deſiderant angeli ꝓſpicere. Deinde deoſculās manus dicebat. O manus beatiſſime q̄ infirmos eſtis ſanature: q̄ miracula opature: oſculabat etiam pedes di. o ſanctiſſimi pedes quantū diſcurrétis ꝑ varias ciuitates ⁊ caſtra ad docendū ⁊ laborandū ꝓ ꝯuerſione peccatoꝝ: et in talibus ſuauiſſimis eloquijs dulcit̄ amplexabat ſuū chariſſimū vnigenitū tota repleta dulcedine ab eo ſil̄r ſuauiſſime amplexata. ita vt dicere poſſz illud Can̄. ij. Leua eius ſub capite meo. ⁊ dextera eius amplexabit me. ⁊ ipſe puulus Jeſus vbera mr̄is lambēs ⁊ oſculās. dicere poterat illud Can̄. iiij. Quā pulchre ſūt mām̄e tue ſoror mea. ſpōſa mea. pulchriora ſūt vbera tua vino. ⁊ odor vnguētoꝝ tuoꝝ ſup oīa aromata. fauus diſtillās labia tua ſponſa mel ⁊ lac ſub lígua tua. ⁊ odor veſtimētoꝝ tuoꝝ ſic odor thuris. gaudebat ḡ btiſſima ꝟgo ⁊ ſil̄ valde obſtupebat de admirabili natiuitate filij ſui. q̄ natus erat de ip̄a matre ſine patre. mirabat ꝙ et̄nitas facta ſit noua. imēſitas parua. pulchritudo deformis. maieſtas abiecta. ſapiētia muta. fortitudo infirma. iuſticia vt rea. et opulentia facta ſit egena.

Pars ſecūda huius ſmonis que dicit certificationis.

E

Maria fuit de ptu ſuo certiſſima

n

lent eum facere regē Johā. vj. Septima ꝙ
inimicis eſt parcēdum: ſicut ipſe poſtea fe⸗
cit ſuis occiſoribus. Luce. xxiij. Octaua ꝙ
ab incepto opere bono nō eſt ceſſandū: ſicut
ipſe poſtea egit qui ab incepto humane re⸗
demptionis opere nūꝙ̄ ceſſauit donec pfe
cte cōpleuit. Unde in cruce dixit. Conſum⸗
matū eſt Johan. xix. Itē licet ſibi a iudeis
ſuggeretur vt deſcēderet de cruce Matth.
xxvij. Ipſe tamē noluit: ſed in cruce voluit
mori ⁊ terminare. Nona ꝙ pene ⁊ aduerſa
ſunt patiēter toleranda. quod poſtea oſten
dit facto. Ipſe enim in tot tribulationibus
nō aperuit os ſuū. vt predictū fuerat Eſa.
liij. Decima ꝙ caro eſt maceranda. iuxta il
lud ad Col. iij. Mortificate mēbra veſtra
⁊c. Ipſe em̄ vt nos ad p̄dicta animaret: ve⸗
nit ad tolerādum multa mala. ⁊ ſpōte ſub⸗
didit corpus multis afflictiōibꝰ. Unde in⸗
quit Eſa. l. Corpus meū dedi percutiētibꝰ:
⁊ genas meas vellētibus. Faciē meam nō
auerti ab increpantibus ⁊ cōſpuentibus in
me. Ante em̄ ꝙ̄ deus incarnaret dicebant
homines. Dio a ha bon tempo. Nō prouo
mai vno affano al mundo. Et ideo ipſe ve⸗
nit experiri ⁊ pbare. vt exēplo eius diſca⸗
mus aſpera ſufferre. ⁊ ſenſualitatē morti⸗
ficare ⁊ refrenare. Et propter hoc etiam in
magna ſiti potari voluit aceto ⁊ felle Joh.
xix. Undecima lectio fuit. ꝙ cōtinue debe⸗
mus animā noſtrā deo cōmendare. Quod
ipſe poſtea fecit qui in cruce ſpm̄ ſuū patri
cōmendauit Lu. xxiij. Duodecima lectio fu
it de om̄ibꝰ v̄tutibꝰ. Supbis em̄ legebat de
humilitate quā in ſeip̄o oſtēdebat. q: exina
niuit ſeip̄m ⁊c. ad Phil. ij. Auaris de euā⸗
gelica paupꝛtate. q: inuolutꝰ erat vilibꝰ pā⸗
niculis. ⁊ ſic de ſingulis. Stabat autem ad
pedes Salomonis regina Sabba. i. virgo
bn̄dicta. audiēs ſapientiā eiꝰ qui factus eſt
nobis ſapiētia a deo. j. Cor. ij. Has autem
lectiōes cepit legere magiſter iſte eximiꝰ in
diuerſorij gymnaſio. quas repetiuit poſtea
in doctorꝝ medio in tēplo Lu. ij. Sed lectu
ram ſuā cōpleuit in crucis pulpito. Ve⸗
nit q̊ꝫ filius dei in mundū vt infinitā ſuam
charitatē ⁊ clementiā demōſtraret. Ut em̄
dicit Pe. dami. in tertio. In h̄ xp̄i myſterio
pfundū pelagus diuine clemētie demōſtra
tur. Apte ſunt em̄ catharacte celi. ⁊ deſcen
dit abūdantia bonitatꝭ diuine. Unde apl's
Eph. ij. ait. Propter nimiā charitatē ſuam
qua dilexit nos deus: cum eſſemus mortui
pctis: cōuiuificauit nos xp̄o. cuiꝰ grā ſalua
ti ſumus. vt oſtēderet abūdātias diuitias
gratie ſue in bonitate ſup nos in xp̄o ieſu.
Et. j. Johā. iiij. dr̄. In h̄ apparuit charitas
dei in nobis. qm̄ filiū ſuū vnigenitū miſit
in mundum vt viuamus per eū. O xp̄iane:
ama benignū filiū v̄ginis quē amor tran⸗
ſportauit de celo ad terrā. O charitas om
nipotēs ligans omnipotentē. O dulciſſime
paruule. o benigniſſime Jeſu. o clementiſſi
me dn̄e celi ⁊ terre. quare in mūdum veni⸗
ſti? Certe ſi digneris mihi reſpōdere: dices.
Per farte inamorare. Fecerat nāqꝫ deꝰ ho
minē ad imaginē ſuam Gen. j. Sed vidēs
ꝙ nec ſic amabat eum: ait. Ego faciam me
ad imaginē ⁊ ſimilitudinē eius. vt vel ſic
amet me in ſeipſo. i. in ſua imagine ⁊ ſilitu
dine. q: ſimilitudo eſt cauſa dilectiōis. viij.
Ethi. Ama ergo fratrē tuū ⁊ carnē tuā. et
dic paruulo Jeſu illud Can. viij. Quis mi⸗
hi det te fratrē meū ſugētem vbera matris
mee vt inueniā te ⁊ deoſculer. ⁊ iam me ne
mo deſpiciat? Nō pōt aūt quis ſe excuſare.
q: factꝰ eſt viſibilis ⁊ omnibꝰ ſenſibꝰ ſenſibi⸗
lis. vade igit ⁊ amplectere eū. Sed dicet
aliquis. Si fuiſſem ego in Bethleē qn̄ natꝰ
eſt recepiſſem eū ⁊c. Sed quō recepiſſes tūc
cum nō cognoſceret ſi nūc cognitum nō re
cipis? Et quis eius corpus in hac feſtiuita⸗
te ea qua cōuenit deuotione ⁊ ꝑparatione
recepit? Tantā ergo clementiā demon⸗ V
ſtrauit deus ſciēs ꝙ ad faciēdum ſe amari
nulla melior eſt via ꝙ̄ amare. Et dixit. Ex
quo hō me nō amat. tāta ſigna amoris ei
oſtendā ꝙ me amabit. ligabo em̄ eū cathe⸗
na aurea dilectiōis ⁊ charitatis. Qui autē
ab omnibꝰ vult amari: ideo voluit aduentum
ſuū toti mūdo intimari. Unde ſicut qn̄ dn̄s
papa vult egredi de palacio: tota roma hoc
intelligit ad excuſſionē bombarde de caſtel
lo ſancti angeli. Ita egreſſus maximi pape
. i. filij dei de vtero v̄ginali intimatus fuit
p intonationē impialis edicti. Un̄ dr̄ Lu.
ij. Exijt edictū a ceſare auguſto ⁊c. Et ſic to
tus orbis cognouit aduenīſſe ſuū dn̄m. vn⸗
de celū miſit ſtellā. aer ſplendorē. Sol v̄o
vt ait Ambro. accelerauit ortū ſuum vt ad
Marie nuptias veniret. Pergamus igit
⁊ nos ad viſitādum puerū bn̄dicte v̄ginis.
Et ne timeamus ad illū ire q: aliquādo eū

T Propter charitatē venit in mundum



offenderimus. Scimus em̄ ꝙ puer turba⸗
tus de facili placatur. Da ei pomū. ⁊ pax fa
cta erit. Uade ergo ⁊ da iſti paruulo pomū
. i. cor tuū inflāmatū ⁊ rubicūdum p feruo⸗
rē. qō ipſe appetit. dicēs illud Prou. xxiij.
Prebe mihi cor tuū ⁊ oculi tui vias meas
cuſtodiāt. Uenit q̊ꝫ ſaluator noſter in
mūdum vt quattuor dura ⁊ quaſi inflexibi
lia mollificaret ⁊ flecteret: que erant iſta. ſ.
Celum neminē recipiēs. Angelꝰ hoīem nō
diligēs. Deus humano generi reconciliari
nolēs. Et mors nemini parcēs ⁊ oēs abſor
bēs. Sed iſta q̄ttuor fecit v̄ginis filiꝰ flexi
bilia. Unde p̄s. xvij. de illo ait. Inclinauit
celos ⁊ deſcēdit: ⁊ caligo ſub pedibꝰ eiꝰ. Fa⸗
ctū eſt em̄ flexibile celum vt hoīes ſuſcipiat.
Angelus vt hoīes diligat. Ipſe deꝰ deſcēdit
⁊ hoīes recōciliauit. Et caligo ſub pedibus
eius fuit. quia mortē ſuppeditauit. Ue⸗
nit inſuper vt perfectū dominiū mūdi habe
re videretur. Scōm em̄ Diony. ad pfectum
dominiū tria requirūtur. ſ. p̄eminētia. cōti
nentia ⁊ pmanentia. Sed deus nō videba
tur dn̄ari in mūdo nec quātū ad p̄eminen⸗
tiā. iuxta illud Eſa. lxvj. Facti ſumus qua⸗
ſi in p̄ncipio cū nō dn̄areris noſtri. nec q̄n⸗
tū ad cōtinētiā. eiuſdē libri. c. xxvj. Dn̄e deꝰ
noſter poſſederūt nos dn̄i abſqꝫ te. Nec q̄n⸗
tū ad pmanentiā. q: videbat a dominio ce
cidiſſe: ⁊ alijs renūciaſſe. iuxta illud Eſaie
xix. Tradam egyptū in manu dn̄orꝝ crude⸗
liū. Sed p natiuitatē ſuā ipſum dominiū
recupauit. Un̄ Lu. j. dictū fuit. Hic erit ma
gnus: ⁊ filius altiſſimi vocabit. Ecce p̄emi
nētia. Et dabit illi dn̄s ſedē Dauid patris
ſui ⁊c. Ecce cōtinētia. Et regni eius nō erit
finis. Ecce pmanētia. Uenit q̊ꝫ vt nos
ad bene operādum habilitaret. Ante aduē⸗
tum enim ipſius homines nullū bonū per
qō iuſtificarētur facere poterant. Un̄ dice⸗
bant illud Eſa. liiij. Oēs iuſticie noſtre q̄ſi
pannus mēſtruate. Et ideo indigebāt iuſti
ficatore. Et ꝑpter hoc factꝰ eſt nobis iuſti⸗
cia. Un̄ apl's ad Rom̄. v. ait. Iuſtificati ex
fide pacem habeamus ad deū per Jeſum
xp̄m. Uenit etiā vt verificaretur illa p⸗
phetia Eſa. ix. Populus qui ſedebat in te⸗
nebris vidit lucē magnā ⁊c. Tenebre nāqꝫ
quattuor incōmoda inducūt. ſ. horrorē. ob⸗
ſcuritatem. triſticiā. ⁊ frigiditatē. Un̄ ipſiꝰ
autem aduētum homines erāt in tenebris.
quia erant in horrore ⁊ timore. ex eo ꝙ erāt
in poteſtate demonū traditi. Un̄ tunc dici
poterat illud Exo. x. Facte ſunt tenebre hor
ribiles in vniuerſa terra egypti. Erāt etiā
in obſcuritate. q: erāt multiplici ignorātia
inuoluti. Un̄ dicere poterāt illud Job. xxx⸗
viij. Nos quidē inuoluimur tenebris. Erāt
quoqꝫ in triſticia. quia dei viſione erant pri
uati. Unde dicere poterat humanū genus
illud Thob. v. Quale gaudiū mihi ē q̄ in te
nebris ſedeo ⁊ lumen celi nō video. Erant
etiā homines i frigore. quia erant ab igne
diuini amoris elongati. De quo dicit ipſe
ſaluator Lu. xij. Ignē veni mittere in ter⸗
rā. Iſte aūt ppl's ambulās in tenebris ho⸗
die vidit lucē magnā. ſ. dn̄m Jeſum. qui ait
Joh. viij. Ego ſum lux mūdi. Lux autē
hꝫ aſſecurare. illuminare, letificare ⁊ cale⸗
facere. Primo ergo xp̄s aſſecurauit homi⸗
nem expellēdo ab eo timorē ac refrenando
demonis poteſtatē. Unde p̄s. ciij. inq̄t. Or
tus eſt ſol. i. xp̄s. ⁊ cōgregati ſunt. ſ. demo⸗
nes. ⁊ in cubilibꝰ ſuis collocabuntur. Scōo
nos illuminauit dans verā dei cognitionē.
iuxta illud Lu. j. Illuminare his qui in te⸗
bris ⁊ in vmbra mortis ſedent: ad dirigen⸗
dos pedes noſtros in viam pacis. Tertio
nos letificauit reſtituēs dei viſionē. de qua
exponi poteſt illud Prouer. xv. Lux oculo
rum letificat animā. Quarto nos inflāma
uit infundēs diuinū amorē. Unde p̄s. ciiij.
inquit. Ignem miſit vt luceret eis p noctē.
Iſta quoqꝫ quattuor hodie angelus de celo
nobis attulit. Remouit em̄ obſcuritatem
⁊ induxit illuminationē. Unde de paſtori⸗
bus dr̄ Lū. ij. Claritas dei circūfulſit illos.
Remouit etiā timorē ⁊ induxit ſecuritatē
cū ait. Nolite timere. Remouit q̊ꝫ triſtitiā
⁊ induxit leticiā dicēs. Ecce euangelizo vo
bis gaudiū magnum. Hoc aūt gaudiū
fuit magnū quantū ad quadruplicē dimē⸗
ſionē. Nā fuit altū taliter ꝙ vſqꝫ ad celos
aſcēdit. ⁊ angelos ſic letificauit ꝙ celos re
liquerūt. ⁊ ad paſtores veniētes ſuum eis
gaudiū retulerūt. Fuit etiam pfundum. q:
infernū penetrauit. ⁊ ſanctos patres q̄ erāt
in lymbo letificauit. iuxta illud Eſa. ix. Am
bulantibus in regiōe vmbre mortis lux or
ta eſt eis. Fuit quoqꝫ longum q: iuit vſqꝫ
in orientem et magos ſic letificauit. ꝙ ſua
regna reliquerunt et ad puerum cucurre⸗
runt. Fuit etiam in occidentē vbi auguſtū
letificauit. ita ꝙ ipſiꝰ xp̄i imagine viſa thu
ra illi obtulit. Unde Sapientie. viij. dici⸗
tur. Attingit a fine vſqꝫ ad finē fortiter ⁊c.

X Uēit vt dura flecteret.

Y Uēit vt dn̄ium haberet

Z Uēit vt ad operādum habilitaret

A

B Lux fecit quattuor.

Gaudium magnus in natiuitate xp̄i

Fuit inſuꝑ latū.q꞉ ꝓfudit p̄teritos. Johā.
viij. Abraā pater veſter exultauit vt vide-
ret diē meū vidit ⁊ gauiſus eſt: ait ſaluator.
Itē p̄ntes. Vn̄ angelus dixit paſtorib⁹. An
nūcio vobis gaudiū magnuꝫ qđ erit omni
populo Lu. ij. Itē extēditur ad futuros. vn̄
Amb. ait. Hec eſt gl̄ia natalis dn̄i vt in fu
turū tranſeat ad p̄deſtinatos ⁊ in ꝑpetuuꝫ
maneat ad deuotos. Quarto angel⁹ remo
uit frigiditatē. ⁊ adduxit verū ignē cuꝫ an-
nūciauit xp̄i ortuꝫ di. Nat⁹ eſt vobis hodie
C ſaluator ⁊c. Scđo venit Xp̄s in mūdū:
Venit xp̄us vt infirmitates ſanaret — vt humani generis infirmitates ſanaret.
Hō em̄ inter alias patiebat̄ quinqꜫ infirmi
tates. ſ. tumorē ſuꝑbie. cecitatē ignorantie.
inſipiditatē in mente. vulnerationē culpe.
⁊ fetorē cōſuetudinis praue. Sed ab ipſis
infirmitatib⁹ nos ſaluauit fili⁹ ꝟginis per
quinqꜫ remedia que adduxit. Portauit em̄
carnē de qua fecit emplaſtrū. ſanguineꝫ de
quo fecit colliriū. ſp̄um humanū de quo fe-
cit mel dulciſſimū. Animā que fuit vas vn-
guentariū. Et diuinitatē que fuit balſamū
p̄cioſum. Prima igitur infirmitas erat tu-
mor ſuꝑbie. q̄ primo ortus eſt in celo. Dein
de in terreſtri paradiſo. ⁊ tandē ſparſus eſt
in toto mūdo. Et ideo xp̄s de ſua carne fe-
cit emplaſtrū qđ ipſum tumorē maturauit
⁊ fregit. Fit autē emplaſtrū de herbis ⁊ flo
ribus abſciſis. cōtritis ⁊ coctis. Caro autem
xp̄i fuit herba ſicut ⁊ nr̄a. iuxta illud Eſaie
xl. Ois caro fenū. Fuit etiā flos. ⁊ hoc pro
pter innocentiā ⁊ puritateꝫ. ⁊ fuit abſciſus
per mortē. Eſa. liij. Abſciſus eſt de terra vi
uentiū. ⁊ cōtritus per flagellationē. Ibidē.
Attritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra. Et coct⁹
per penarū nimiā aduſtionē. Vn̄ inquit ꝑ
p̄s. cj. Oſſa mea ſicut cremium aruerunt.
Ecce humilitatis exemplū. ſuꝑbie medica-
mentū. Scđa infirmitas erat cecitas igno
rantie. Et ideo xp̄s de ſanguine ſuo fecit col
liriū quo ceci illuminātur. Et ꝓpter hoc đr
Apoca. iij. Collirio vnge oculos tuos vt vi-
deas. Iſtud autē colliriū factum de ſaliua ⁊
terra Job. ix. id eſt de deitate ⁊ humanita
te. Et de melle ⁊ cera. i. de diuinitate melli-
flua ⁊ carne incorrupta. Figura aūt huius
collirij habetur. j. Reg. xiiij. de Jonatha. q̄
guſtauit de fauo mellis. ⁊ illuminati ſunt
oculi eius. Tertia infirmitas erat inſipidi-
tas in mente. qua ſp̄ualia ſibi deſpiebant.
Et ideo chriſtus de ſpiritu ſuo mel dulciſſi
mū fecit. qđ inſipiditatē hominis dulcora-
nit. Unde ait Eccleſiaſtici. xxiiij. Spiritus
meus ſuper mel dulcis. Eius autē dulcedo
nō ſentiebatur quādo in vaſe corporis clau
ſa tenebatur. Sed quando inclinato capite
tradidit ſp̄um: tūc eius dulcedo repleuit ce
lum ⁊ mūdum. Unde canit eccleſia. Hodie
per totum mūdum melliflui facti ſunt celi.
Quarta infirmitas erat vulnus culpe. iu-
xta illud Eſa. j. Vulnus ⁊ liuor ⁊ plaga tu-
mens ⁊c. Et ideo chriſtus de anima ſua fe
cit vas vnguentarium in quo cōtinent̄ om
nia vnguēta omniū vulnerū ⁊ infirmita-
tum. Omnia enim vulnera anime cauſan-
tur aut ex īfirmitate. aut ex ignorātia. aut
ex malicia. Sed Johā. j. dicitur. Vidimus
gloriam eius. id eſt glorioſam miſericordi-
am eius. que ſanat vulnus cauſatū ex ma-
cia. Sequitur paulo poſt. Plenum gratie ⁊
veritatis. Gratia autē eius ſanat vulnus
cauſatum ex infirmitate. veritas ꝟo vuln⁹
cauſatum ex ignorantia. Quinta infirmi-
tas erat fetor. Chriſtus attulit diuinitateꝫ
tanq̄ balſamū p̄cioſum. cuius odorem ſen
ſit Lazarus quadriduanus ac fetidus ⁊ re
uixit Johā. xj. Eſt autem prima dies mala
delectatio. Secūda malus cōſenſus. Ter-
tia malum opus. Quarta mala cōſuetudo.
⁊ tūc homo efficitur fetidus corā deo ⁊ mū
do. Qui ergo ad odorē iſtius balſami non
reſurgit: magis eſt inſenſibilis q̄ mortuus
fetidus ⁊ immūdus. Propter has autē cu
rationes inquit ꝓpheta de xp̄o p̄s. cij. Qui
ſanat oēs infirmitates tuas. ⁊ Aug. predi
cta cōfirmans inquit. Magn⁹ de celo ve-
nit medicus. quia per totū mūdum magn⁹
iacebat egrotus. Poſſumus autē dicere
Infirmitates diuſimode oriūtur — ꝙ q̄dā infirmitas cauſat̄ in hoīe ex come-
ſtione. ⁊ tali mō infirmat⁹ eſt Adā: q̄ de po-
mo vetito comedit. ⁊ ideo infirmitatē men
tis ⁊ corp̄is incurrit. Hoc aūt vitiū gule ho
die in multis dominat̄. ⁊ ideo ſepe infirmā
tur ⁊ moriūtur. Scriptū eſt em̄ Eccleſiaſti
ci. xxxvij. In multis eſcis erit infirmitas. ⁊
ꝓpter crapulā multi perierūt. Hanc auteꝫ
infirmitatem venit ſaluator noſter ſanare
ꝑ dietam ieiunando quadraginta diebus
⁊c. Mat. iiij. vt etiam nos doceret abſtine
re a nociuo cibo. ⁊ gulaꝫ refrenare: ſi volu-
mus ſani viuere. Qui em̄ abſtinēs eſt adij-
ciet ſibi vitā Eccī. xxxvij. Scđo cauſat̄ infir
mitas ex nimia frigidatione. Peccatū em̄
mortale eſt notabiliter frigidū. ita ꝙ ignē
diuini amoris extinguit. vnde Hierem̄. vj.



dicit̄. Sicut frigidaꝫ facit ciſterna aquam
ſuā. ſic frigidā facit malicia aīam. qđ frig⁹
p̄cti facit aīaꝫ pigrā in bono oꝑe. iux̄ illud
Prouer. ij. Propter frigus piger arare no-
luit. i. cor ſuū ſcindere ꝑ ꝯtritionē. ⁊ ſerere
ꝑ bonū opus. Hanc aūt infirmitatē ſana-
uit per ſudorē ſanguineū. In ſudore enim
lachrymaruꝫ homo frigidus inflammat̄.
Unde ait Greg. de Magdalena. ꝙ frigi-
da venit ad xp̄m ſed īflāmata receſſit poſt
lachrymas. Ignis igit̄ amoris qui erat in
xp̄o: ip̄ꝫ ſudare fecit ſanguinē. Unde Lu.
xxij. đr. Et fact⁹ eſt ſudor vult⁹ eius ſicut
gutte ſanguis ⁊c. Et ſic nr̄am infirmitatē
frigidatōis curauit. Tertia infirmitas cāt̄
ex nimietate ⁊ corruptiōe ſanguis. San-
guis aūt nimi⁹ đr abūdantia terrenorū. q̄
ſepe ē cā p̄cti. Unde p̄s. lxxij. ait. Prodijt
quaſi ex adipe iniq̄tas eoꝝ. Sāguis auteꝫ
putridus đr ip̄a carnalis ꝯcupiſcentia que
aīam maculat. ⁊ corā deo putridam facit.
De hoc autē ſanguine exponi poteſt illud
Eſa. j. Cū multiplicaueritiſ orōnes veſtras
nō exaudiā vos. Manus em̄ vr̄e ſanguie
plene ſunt. Et Oſee. iiij. Sāguis ſanguinē
tetigit. Hanc aūt infirmitatē ſanauit per
minutionē ſanguis in manibus ⁊ pedib⁹
⁊ latere ⁊c. Iſtaꝫ aūt minutionē nos faci
mus qn̄ venā oris noſtri in ꝯfeſſione ape-
rimus. Unde Prouer. x. đr. Vena vite os
iuſti. os autē impioꝝ operit iniquitatem.
Quarta infirmitas cauſat̄ ex humoruꝫ. i.
vitiorum corruptiōe. Vn̄ p̄s. xiij. ait. Non
eſt qui faciat bonū: non eſt vſqꜫ ad vnum.
Corrupti ſunt ⁊ abominabiles facti ſunt
⁊c. Et iſtam infirmitatē ſanauit fili⁹ ꝟgi-
nis ꝑ aſſumptionē amare medicie. de qua
ip̄e ait p̄s. lxviij. Dederūt in eſcā meā fel:
⁊ in ſiti mea potauerūt me aceto. Et ideo
⁊ nos debem⁹ bibere amarā potionē con-
tritionis ⁊ doloris peccatorū noſtroꝝ. iux̄
illud Hiere. xxxij. Pone tibi amaritudinē
⁊c. Que medicia quāto erit amarior tāto
erit ꝟtuoſior ad malos humores expellē-
dos. De qua exponi pōt illud Eſa. xxiiij.
Amara erit potio bibentibus eā. Alias q̄ꝫ
infirmitates humanas venit xp̄us ſanare
vnguētis ſue gratie. De quibus đr Eccl̄i.
D xxxviij. Unguētari⁹ cōficiet vnguēta ſani-
Venit xp̄s ꝑditos ſaluare — tatis. Venit etiā in mūdū filius dei ꝑdi
tos ſaluare. Vn̄ p̄s. lxxiij. ait. De⁹ aūt rex
noſter ante ſecula: opatus eſt ſalutē i me-
dio terre. i. in humana carne. Caro em̄ xp̄i
nō đr terra ſed mediū terre. Natura q̄ppe
noſtra habuit duplicē extremitatē. Vnā q̄
fuit ſub innocētia. Aliā ꝟo que modo eſt
ſub miſeria. Xp̄s ergo aſſumpſit naturam
nr̄am cū innocētia. ⁊ quātū ad hoc partici
pauit cū p̄ma extremitate. Iteꝫ aſſumpſit
eā cū miſeria. i. cū penalitate. ⁊ quantū ad
hoc participauit cū ſcđa. Natus quoqꜫ eſt
vt reduceret exules ⁊ ꝑegrinos. ⁊ iō venit
portans ſecū regnuꝫ. Propter quod dicit̄
Eſa. ix. Et fact⁹ eſt p̄ncipatus ſuꝑ humeꝝ
eius. Iſte aūt p̄ncipatus eſt dignitas re-
galis quā portauit vt nos reges faceret.
vel eſt onus p̄ctōꝝ noſtroꝝ qđ portauit vt
nos alleuiaret. iuxta illđ Eſa. liij. Vere lā-
guores noſtros ip̄e tulit. Vel eſt crux quā
ip̄e ſuis humeris portauit. vt nos tāqꜫ ad
vexillum colligeret. iuxta illud Eſa. xj. Le
uabit dn̄s ſignū in nationes ⁊c. Quia igit̄
filius dei tantū nos honorauit. quia fecit
nos ſil̄es ſibi in creatione: ⁊ fratres ſuos ī
redēptiōe. ⁊ faciet coheredes in gl̄ificatōe
atqꜫ humanat⁹ eſt ꝑ noſtra ſalute. Iō me-
rito debem⁹ eū honorare. ⁊ debitas ei gra
Gr̄as referim⁹ multipl̄r — tias referre. Modus aūt referendi gr̄as
aliq̄n fit ꝑ ſolā vocis exp̄ſſionē. Aliq̄n per
manuū eleuatōeꝫ. Aliq̄n ꝑ genuflexionē.
Aliq̄n per totā corp̄is ꝓſtrationē. Et hoc
ſignificatū eſt Gen̄. xvij. vbi abraā audita
futura natiuitate Iſaac. cecidit in faciem
ſuā. ſ. gr̄as referendo. Oēs ergo nō ſolum
corde ⁊ corpali veneratiōe gr̄as puerulo
nato referamus. ſed etiā ſmone. dicentes
illud. iiij. Reg. vij. Hec dies boni nūcij eſt
ſi tacuerim⁹ ⁊ noluerim⁹ nunciare ſceleris
arguemur. In terrā quoqꜫ nos ꝓſternere
debemus ſaltē corde. vt de ſua viſitatione
ſibi gr̄as rependamus. Sicut figuratū fuit
Exo. iiij. vbi đr. Audierūt ꝙ viſitaſſet dn̄s
filios iſrl̄. ⁊ ꝓni adorauerūt. Legit̄ q̄ꝫ Jone
iij. ꝙ rex indut⁹ eſt ſacco. ⁊ ſedit in cinere.
et oēs ſui eius ideꝫ fecerūt. Tunc aūt rex
xp̄s ſedit in cinere. qn̄ indut⁹ eſt carne. Et
ideo ⁊ nos debem⁹ ei cōformari in humili
tate ⁊ gr̄as illi referre tympanū aſſumen-
tes ⁊ di. illud Exod. xv. Cātemus dn̄o ⁊c.
In tympano em̄ eſt forma ſperica. pellis
raſa. ⁊ ꝑ euꝫ cauſat̄ melodia. Et ſic in xp̄o
eſt diuinitas et̄na. caro q̄ fuit crucifixa. et
aīa omī iubilatōe plena. Item tympanuꝫ
fit de corio in ligno extēſo ⁊ ꝟga ꝑcuſſo. ⁊
coriū. i. corpus xp̄i fuit extenſum in cruce.
iux̄ illud p̄s. ciij. Extēdēs celū ſicut pelleꝫ.

Et ꝑcuſſum diſciplina pr̄is. Eſa. liij. Propter ſcelus ppl'i mei ꝑcuſſi eum. Iſtū ergo tympanū debemꝰ aſſumere ꝑ meditatõez. ⁊ ſibi cātare ꝑ grãarum actionē. iuxta illud apl'i. ij. Theſ. ij. dicētis. Nos aūt gratias agere debemꝰ deo ſemꝑ. Item debemꝰ dicere deo cū ꝓpheta ps. xxxij. In pſalterio decem chordarū pſallā tibi. Per pſalteriū em̄ decē chordarū intelligiẗ xp̄s incarnatꝰ in quo fuerūt qnq̄ chorde. i. qnq̄ vulnera qbus oſtēdiẗ eiꝰ hūanitas. ⁊ qnq̄ alie qbꝰ oſtēſa fuit ſua diuīa maieſtas. ſ. natiuitas ſuꝑnaturalis. gloria reſurrectionis. maieſtas aſcenſionis. miſſio ſpūſſancti. ⁊ iudiciaria poteſtas.

Pars quinta huius ſmonis que diciẗ expoſitionis.

E v — Moralitates circa xp̄m natū

Volens aliqd moralitatis tāgere circa expoſitionē euāgelij p̄ntis ſolennitatis. dico ꝙ per Mariā q̄ illumiāta interp̄taẗ ſignificaẗ aīa a deo inſpirata ⁊ illumiāta. que tunc cōcipit ⁊ parit ieſum. i. ſaluatorē quādo bonū ꝓpoſitū cōcipit corde. ⁊ poſtmodū illud ꝓducit in opere. Et ideo boni religioſi qui a deo inſpirati de intrāda religione ꝓfeſſionē in ea fecerūt: poſſunt dicere deo illud Eſa. xxvj. A facie tua concepimus ⁊ parturiuimꝰ ſp̄m ſalutis. Iſtū autē puerū ſic conceptū extrahit de ventre mr̄is auſteritas vite cantās ⁊ iubilās in penis ⁊ mortificatiōe carnis cū ꝑuulo vagiente. Pauꝑtas aūt illū pānis inuoluit. humilitas vero in p̄ſepio reclinat. Et iſte tres virtutes ſunt quaſi tres optime obſtetrices. Sed o religioſe. ſi iſtū paruulū in te natuz vis nutrire ⁊ fouere: attēde quia eſt inuoluēdus. reclinādus. cuſtodiēdus. leuādus. lauādus. deducēdus. ⁊ cibandꝰ. ⁊ ad h' oīa querēde ſunt nutrices gratioſe vgines. qr eſt vginitatis filius. i. ſpecioſe vtutes. Excludēde aūt ſunt rugoſe vetule. i. inueterate malicie: qr malo oculo tenellū paruulum ſolēt faſcinare. Iſte aūt bone nutrices nō debēt eſſe ſole: qr vtutes ꝯſocianẗ in charitate. Ait em̄ ꝓpħa ps. xliiij. Adducentur regi. ſ. nato. vgines in plurali. vt. ſ. ſuiant ſedulo officio. poſt eam reginā que ip̄m de ſpūſancto genuit. debēt ergo eē gemīe ad oīa officia. Primo aūt inuoluēdus ē paruulus: ſed non niſi mūdis pannis. Ferant igiẗ due puelle pānos mūdos. Una pannos abluat. ꝓmittens ꝙ eos q̄tidie lauabit. ⁊ hec eſt cōtritio que dicit. Lauabo per ſingulas noctes lectū meū: lachrymis meis ſtratū meū rigabo. ps. vj. Altera pānos extendit vt deſiccenẗ ad ſolē. ⁊ h' ē ꝯfeſſio. que abſcōdita ꝓducit in lucē di. Dixi cōfitebor aduerſum me iniuſticiā meā dn̄o ⁊c̄. ps. xxxj. Scd̄o ad reclinandū pueruz due ſe offerūt. vna lectū parat. ⁊ hec eſt ſancta meditatio. q̄ ſternit cor floribꝰ ſcripturaꝝ. ⁊ cantat cū ſpōſa. Lectulus noſter floridꝰ. Can̄. j. Alia puerū reclinat. ⁊ hec eſt charitas q̄ ieſum amplexaẗ brachijs amoris. et inter ſua ſuauiſſima vbera facit eū dormire di. Faſciculꝰ myrrhe dilectꝰ meus mihi. iter vbera mea cōmorabiẗ. Can̄. j. Tertio ad puerū cuſtodiendū due ſe offerūt. Una eū cuſtodit a ſtrepitu intrinſeco. ⁊ hec eſt tranqllitas q̄ claudit cubiculū. ⁊ ſi modicū quid ſiniſtrū audierit dic̄. Quis es tu qui clamas ⁊ inq̄etas regē. j. Reg. xxvj. Altera eū cuſtodit ab incurſu extrinſeco. ⁊ hec eſt emulatio q̄ nihil ſiniſtrū ſinit intrare ī tota domo cordis vel corꝑis. Que ſi viderit oculū. aurē vel aliquez ſenſum aliquid apportare nociuū clamat. Filij mortꝭ eſtis vos: quia nō cuſtodiſtis dn̄m vr̄m regez. j. Reg. xxvj. Hanc. b. Petrus clauiculariꝰ regis noſtri locat oſtiariā multo meliorez ꝙ illa quā inuenit in domo p̄ncipis ſacerdotū. Ioh. xviij. Et magis ſollicitā ꝙ illa que purgās triticū Iſboſeth: obdormiuit. ij. Reg. iiij. Quis eſt inqt. b. Petrꝰ q vobis noceat ſi boni emulatores fueritꝭ. j. Pe. iij. Anima mea hāc loca ad ianuam cordis ſi vis xp̄m cuſtodire. qr dura ſicut infernus emulatio. ⁊ lāpades eius lampades ignis atq̄ flāmarū. Cant. viij. Quarto ad puerū leuandū due ſe offerūt. Una eum excitat ⁊ euoluit quotiēs ſomuerit horalogiū amoris. ⁊ hec eſt ſollicita deuotio que ſingula myſteria voluit ⁊ ruminat. qbꝰ q̄ſi pannis inuolutꝰ eſt puer nr̄ ieſus q amictꝰ eſt lumine ſicut veſtimento. ps. cxviij. Reuela ait ps. deo oculos me. ⁊ ꝯſide. mira. de le. tua. Deuotio nāq̄ ē feruor mētꝭ reuoluēs aīam in xp̄m. Unde ꝓpħa ait ps. lxij. Deꝰ deus meꝰ ad te de lu. vi. Sitiuit in te anīa mea: q̄ multipl'r tibi caro mea. Altera vero eū alloquiẗ: ſꝫ nō niſi de legitima licentia ipius. ⁊ hec eſt attenta orõ que dicit. Dn̄e labia mea apies ⁊c̄. ps. l. Hm̄oi autē vox eſt dulcis ꝑuulo. ⁊ ideo poſtea ſimꝭ cātant deuotior orõ. Exurge q̄re obdormis dn̄e?



Exurge ⁊ ne repellas in finē. ps. xliij. Quīto ad puerū balneandū due ſe offerūt. vna balneū parat. ⁊ hec eſt pietas. que videns lachrymantē puerū. ⁊ audiēs eius ploratū educit aquā calidā abūdāter de fontibus cordis ſui di. Aīa mea liq̄facta eſt vt dilectus locutꝰ ē. Can̄. v. Et nō ſolū aq̄ abluit: ſed vnguēto vngit ⁊ ait. Factū ē cor meū tanq̄ cera liqueſcēs. ps. xxj. vnde illi dicit ꝑuulus. Odor vnguētoꝝ tuoꝝ ſuꝑ omnia aromata. Can̄. iiij. Altera vero puerū tenet ⁊ hec eſt ꝑſeuerātia que tādiu tenet donec ſibi placuerit in hac lachrymaruz valle in aq̄s noſtre miſerie balneari dicens. Tenui illū nec dimittā. Can̄. iij. Sexto ad pueruz deducendū due ſe offerūt. Una euz geſtat dicēs cū paulo. j. ad Coꝝ. vj. Glorificate ⁊ portate deū in corꝑe veſtro. ⁊ hec ē obediētia nō coacta. q̄ a poſteriori ſupra dorſum portat onera ꝯtra cor. ſed mr̄na ⁊ volūtaria que filiū a parte āteriori portat ſupra pectꝰ delicioſe inter brachia. ⁊ ſic vult portari ꝑuulꝰ nr̄ ieſus di. Pone me vt ſignaculū ſupra cor tuū. ⁊ ſicut ſignaculū ſuper brachiū tuuz. Can̄. viij. Altera precauet ne gerula offendat ad lapidē impatiētie. ⁊ ſic ledat paruulū quacūq̄ occaſione. ⁊ hec eſt circūſpectio q̄ iugiẗ clamat obediēti iuſto. Qui ſe exiſtiat ſtare videat ne cadat. j. ad Coꝝ. x. Cantāt ergo he due deducētes ꝑuulū. Incipit aūt obediētia iubilās ī operibus ⁊ dic̄. In manibꝰ portabūt te. Et reſpōdet circūſpectio p̄cauēs ab exterioribꝰ. ne vnq̄ offendas ad lapidē pedem tuum. ps. xc. Septimo ad puerū cibanduz due ſe offerūt. Una eū paſcit. ⁊ hec ē miſericordia. que mēbra eius reficit. Unde ip̄e dn̄s ait Matth. xxv. Eſuriui ⁊ dediſtis mihi manducare ⁊c̄. ⁊ ſubdit. Qd̄ em̄ vni ex minimis meis. ſ. mēbris. feciſtis. mihi feciſtis. Hec tamē nō de furfure cibo porcoꝝ imitatrix Cayn. ſꝫ de ſimila delicatiſſima imitatrix Abel parat polentā. deinde in manu pueri ponit pomū cantās. Omnia poma noua et vetera dilecte mi ſeruaui tibi. Canticoꝝ. vij. Altera vero eum lactat ⁊ potat. ⁊ hec eſt māſuetudo. que de cordis vberibus dulces ſermones eliquat. nonne inquit ſapiens. Ardorem refrigerabit ros: ſic et verbum. Eccl'iaſtici. xviij. Hec dicit paruulo. Dabo tibi vbera mea. Canticoꝝ. vij. Et iterum. Dabo tibi poculū ex vino condito: Cantic̄. viij. Ipſe autē puer reſpōdet ei. Fauus diſtillans labia tua: mel ⁊ lac ſub ligua tua. Cantic̄. iiij. Iſtis autē nutricibus officium ſuū dulciter explētibus. et nūc reclinātibꝰ nunc excitātibus. nūc paſcētibus. nunc deducentibus ⁊c̄. in ſpūali tripudio enutritꝰ: puer ieſus creſcit etate ac ſapiētia ⁊ gratia coram deo ⁊ hominibus. Luce. ij. Et tunc dicere poſſumus illud Eſa. ix. Paruulꝰ natꝰ eſt nobis. ⁊ filius datꝰ eſt nobis.

F — Quare xp̄s natꝰ fuerit ꝑuulus

Loquēdo autē de chriſto ad lr̄am dico ꝙ licz ipſe dominꝰ ieſus hodie fuerit paruulꝰ. quātuz ad etatem. matrē. ſtaturā. familiā. pomū. lectum. cibuz. ⁊ veſtimentū. Poteſt tamē dici ꝙ fuit paruulus triplici alia ratione. Primo: quia offenſus de facili poteſt placari. vt. ſ. diximus. Qui eniz ante dixerat tanq̄ implacabilis. Ezechiel. vij. Nō parcet oculus meus ſuper te et non miſerebor modo dicit Eſa. xl. Predicare annū placabilem dn̄o. Secūdo quia emēdo facil'r decipi poteſt paruulus. vnde aliquādo ꝓ vno pomo dat totā ſuam hereditatē. Oliz aūt deus regnum ſuū valde chare vendebat. quia nullus ip̄m emere poterat. nec ꝑ aliqua graui penitētia: nec pro morte aliqua ſed modo dat ip̄m regnuz pro calice aque frigide. Matth. x. Immo etiā ꝓ vna bona volūtate. Unde inquit ps. ix. Deſiderium pauperum exaudiuit dn̄s. Ideo deū quodāmodo decipimus: quia eius regnuz q̄ſi pro nihilo ab eo obtinemus. Unde ps. lv. dicit deo. Pro nihilo ſaluos facies illos. Et de beatis in figurā iterū ait. Pro nihilo habuerūt terrā deſiderabilē. Tertio dr̄ paruulus: quia ad inſtar paruuli debet a nobis ſpūaliter cōcipi per bona ꝓpoſita. et poſtea parturiri ꝑ bona opa. vt p̄diximꝰ iuxta p̄allegatam auctem Eſa. xxvj. A facie tua cōcepimus ⁊c̄. Sed multi ſūt qui aborſum faciūt: quia bonū ꝓpoſitū ad opꝰ nō perducūt. iuxta illud Eſa. xxxvj. Venerunt filij vſq̄ ad partum: ⁊ vtus non eſt pariēdi. Debet quoq̄ nutriri ꝑ ꝑſeuerantiam. ⁊ ideo cuilibet fideli dicit deus pater illud Exod. ij. Accipe puerū iſtum et nutri mihi. Debet etiā portari per patientiā. iuxta illud Eccl'iaſtici. vj. Subijce humerū tuuz ⁊ porta illā. ſcꝫ ſapientiā que chriſtus eſt. Si em̄ ip̄m ſaluatorē portauerimus per deuotionē in hoc ſeculo ipſe nos ab angel' ſuis portari faciet in celū perēniter regnaturos cū eo qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Pars octaua huius ſmonarij qđ Mariale appellaſ. i q̃ tractaſ de b̄ndicte mr̄is dei purificatiõe. Hec aũt pars ꝓpo ac ꝑticulari nomine dedicatio ſancti ſanctorum nuncupaſ, Sermo p̄mus.

A l

Lumē ad reuelationē gentiū. Lu. ij. Hodie ſacroſancta mr̄ eccl'ia ſumma cū veneratõe ⁊ reuerētia ac honore ſolēnitatē deuotiſſimā purificatiõis immacl'ate ꝟginis mr̄is dei ac redēptoris nr̄i feſtiuis laudibus veneraſ. Quobrē congruũ videſ vt ⁊ nos ſeruuli eius deuoto mēt affectu de tanta feſtiuitate memoriā recolamus. Unde quia inq̄t ph̄s. j. Ethic. ꝙ ſermões inq̄rendi ſunt ſm materiā de q̃ ſunt. tunc em̄ ſufficiēter diceſ ſi ſm ſubiectā materiā diceſ. Ideo lʒ de tā celeberrima ſolēnitate ſmociarij me ineptū videaʒ, tñ ꝑ modulo ingenij mei aliq̄d eloqui amore eiuſdē piiſſime ꝟginis de ſanctiſſima ipius purificatione conabor. Ait em̄ Leo papa in ſmõe de dñica infra octauā natiuitatis dñi. Nõ adeſt nõ tacēdi vbi oriſ difficultas fandi. Maxime autē ad predicandū de hac feſtiuitate me inducit diui Amb. dictum in lib. de ꝟginitate, q̄ ait. Talis fuit Maria vt eius vita oīum ſit diſciplina. Unde nõ eſt vllatenus dubitandū ꝙ q̄cūq; ꝑegit: ⁊ maxime dū paruulū filiū ſuū in tēplo p̄n̄tauit: cū ingēti myſterio ⁊ ꝓ oīum hominū eruditione ꝑfecit. Ipa nāq; fuit lumen qđ gētibꝰ in tenebris cecutiētibꝰ ſolē iuſticie dei filiū reuelata facie contemplandū oſtēdit. De cuius purificatione quattuor cõſiderationes faciemus.

Prima diceſ illuminationis.

Scđa cauſationis.

Tertia dubitationis.

Quarta ꝟo appellabiſ purificatiõis.

Pars p̄ma huius ſmonis que dicitur illuminationis.

B Quare candele accenſe hodie portenſ f

Orte itelligere deſiderāt mlt'i quare eccl'ia ordinauit ꝙ i iſto feſto purificatõis ꝟginalis portenſ cādele in manibꝰ accenſe. ꝓpter quod hec feſtiuitas cādelaria appellaſ. Non aũt ſtatuit hoc fieri in annũciatiõe q̄ eſt tā magna feſtiuitas ⁊ maior iſta nec etiā in aſſumptiõe q̄ eſt maior oiuʒ virginis feſtiuitatū. Nõ etiā i natiuitate eiuſdē ſed ſolū in purificatiõe. Videſ enim eis ꝙ ſaltē in aſſumptione deberēt potiꝰ portari candele accēſe. ad ſignificanduʒ ꝙ ſicut in celis illo die a tota curia celeſti cū hymnis et canticis ac laudibꝰ honorata eſt. ſic et in t'ris honorari debeat. Unde q̄plures mouenſ nouitate rerū vidētes in p̄n̄ti ſolēnitate ꝯfluere plebē ad eccl'ias. ⁊ cū luminaribꝰ ꝓceſſionalr̄ ꝑgentē. Quibꝰ vt tāte admiratiõis cā tollaſ. ⁊ deuotõe potiꝰ q̄ admiratiõe icitenſ: ſatiſfacere cupiēs dico ꝙ q̄druplici rõne hoc cõueniētiſſime eccleſia ordinauit. Primo ꝓpt̄ remouēdā erroneā ꝯſuetudinē. ſcđo ꝓpt̄ oñdēdā ꝟgis puritatē, tertio ꝓpt̄ colendā hodiernā p̄ntatiõeʒ. q̄rto ꝓpt̄ nr̄aʒ inſtructionē. Quo ad p̄mā rõnē dico ꝙ vt refert autor rõnal' diuorū. Romani q̄n culturis idolorū dediti erant. de q̄nto in q̄ntū annū in kl'is februarij ad honorē febrũe mr̄is Martis: quem deum belli appellabāt: luſtrabāt vrbē tota nocte cū cereis ⁊ facibꝰ accēſis. vt eius filius eis de hoſtibus victoriā daret: cuiꝰ genitriceʒ tantis laudū p̄conijs efferebāt. Et iſtud ſpaciū dicebaſ luſtrū. Unde canit eccleſia Luſtris ſex qui iaʒ peractis. Sex em̄ luſtra faciūt. xxx. annos. Nam ſpaciū. v. annorū appellaſ luſtrum. vt in aut. hec ꝯſti. innoꝯſti. i medio coll'. viij. ⁊ not. e. l. ſi quis nec cām. §. penul. ff. ſi cer. pe. ⁊ l. item querſ. §. ſi implero. ff. loca. In eodē etiā mēſe ſacrificabāt Plutoni q̄ dicebaſ Februꝰ. ⁊ reputabaſ ab eis deꝰ iferni. vt ipe cū ceteris dijs inferorū ꝓpiciareſ aiabus dānatorū. Cui etiā offerebāt hoſtias ſolēnes: excubātes cū laudibꝰ in tēplo cū cereis accenſis. Arbitrabanſ etiā romani ſequētes q̄rūdā poetarū fabulas, maxime Ouiđ. in. iiij. de faſtis. ⁊ v. Metham. ꝙ in p̄ncipio huius menſis Pluto de vrbe tulerit Proſpinaʒ ob eius formoſitatē, quā fecit deam. vnde Ceres mr̄ eius et cognati cū facibus eam queſierūt in nocte in mõte ethna qui eſt in Sicilia, in q̄ đr eſſe porta iferni. ꝓpter qđ mulieres romane his diebus feſtuʒ luminarium exercebant. Et iſtam hyſtoriā vel verius fabulā rep̄ſentantes vrbē romanā cū facibus ⁊ luminaribꝰ circūibant. Quos abominabiles errores ꝯſiderās Sergius papa: ſimul ⁊ cognoſcēs ꝙ difficile eſt reſiſtere ꝯſuetudini q̄ aſſil'aſ nature, vij. eth. Unde ꝯſuetudo diciſ altera natura, vt ait glo. in. l. j. ff. ad macedo. et de poſtu. l. j. §. beſtias. ⁊ de acquir. re. do. l. naturale. §. in his. ⁊ de libe. ⁊ poſth. l. ſi q̄s poſthumos. in p̄nci. ⁊ inſti. de re. di. §. cernēs. vbi glo. Uiaduertēſq; p̄dictas hereticas ⁊ diabolicas ſupſtitiões adhuc eē recētes in ꝑpl'is xp̄ianis rõne aſſuefactiõis: q̄s oportebat ingenio ſub iugo xp̄i flecti pia cautela: ſtatuit hunc diē cū cereis b̄ndicta ⁊ ꝓceſſiõe ſolēni per orbē terrarū ad honorē btiſſime ꝟginis marie mr̄is dñi ieſu xp̄i dei noſtri celebrari. q̄ non fuit rapta a Plutone deo infernali: ſed ſuſcepta in ſpõſam a deo omnipotēti ⁊ eterno q̄ fecit celum ⁊ terrā. nec fuit mr̄ Martis dei belli: ſꝫ illiꝰ q̄ ſolus eſt verꝰ deus q̄ fecit pacē et'ni p̄ris ſui cū hoīe. Remāſit ergo eadē ſolēnitas ꝓceſſionis ⁊ illuminatiõis. ſed alia fit itētione q̄ ꝑus. Fit em̄ ad ſignificandū ꝙ pulcherria atq; ſctiſſima dei genitrix fuit illud lumē quod orbem vniuerſum ꝑ filiū ſuum illuſtrauit.

Ut rituꝰ idolorū mutaretur

C Ut oñderetur ꝟginis puritaſ

Scđo hoc fuit ordinatū ꝓpter oñdendā ꝟginis puritatē. Quia em̄ btiſſima virgo ſemꝑ fuit pura. mūda, clara ⁊ immacl'ata volēs eccl'ia hanc ſuā puritatē et operum claritatē oñdere, ne aliq̄s deceptus vocabulo purificatiõis crederet eā aliq̄n fuiſſe maculatā. ſtatuit vt oēs cū cereis accenſis nõ mortuis eā honorarēt. volēs ꝑ lumen ſignificare ꝙ ipa ꝟgo benedicta fuit tota ſplēdida ⁊ luminoſa intꝰ ⁊ foris. Intus ꝑ purā ꝯſciam ac ſinceritatē ⁊ ſcāʒ volūtatē quā ꝯiunctā ſemꝑ habuit cū deo. Exterius ꝟo ꝑ oimodā ſanctitatē. Unde de ipa fulgentiſſima mr̄e dei dicere poſſumus illud Apoc. j. Facies eiꝰ ſicut ſol lucet in ꝟtute ſua.

D Ut recoleret hodierna proceſſio,

Tertio hoc inſtitutū fuit ꝓpter recolēdā hodiernā p̄ntationē. Sicut em̄ declarabiſ in ꝑtevltima huiꝰ ſmonis. hodie corporalr̄ p̄ntatus fuit dñs ieſus in templo. Ubi fuerūt q̄ttuor ſctiſſimi hoīes: qui cuʒ laudibꝰ ⁊ iubilis ac luminaribꝰ ipm honorabāt. ſ. Maria ⁊ Ioſeph. Symeõ ⁊ Anna ꝓphetiſſa. qui oēs cū alijs etiā adorauerūt reuerēter ipm dñm nr̄m ieſum xp̄ʒ. q̄a nõ eſt veriſiſe ꝙ ſanctꝰ ille ſenex eſſet ſolꝰ q̄n beata ꝟgo in tēplo p̄ntans filium ſuū dedit illū in vlnas eius. Hoc igiſ eccl'ia repreſentans facit ꝓceſſionē cū cereo accēſo qui in manibus portaſ. per quē ſignificaſ ipe dñs ieſus. qui hodie ad templū eſt portatus. Tria em̄ ſunt in cereo accenſo. ſcilʒ cera. liciniū ſiue ſtupinū ⁊ ignis. que ſignificāt tria que ſunt ⁊ erāt in xp̄o. Cera em̄ ſignificat carnē xp̄i ſine cõmixtione ⁊ corruptione viri. Licinium ꝟo album in cera latens ſignificat animā xp̄i puriſſimā, et omni ſanctitate candidiſſimā in corꝑe latentem. Ignis ꝟo ſiue lumē ſignificat diuinitatē xp̄i. quia vt đr ad Heb. xij. Deus ignis ꝯſumens eſt, ⁊ ſepe legiſ apparuiſſe in igne. vt in rubo. Exo. iij. Et in columna ignis. Exo. xiij. Item deſcēdit in igne ſuꝑ montē ſynay. Exo. xix. Et ideo inq̄t q̄dam verſificator. Hanc in honore pie cādelam porto Marie. Accipe ꝑ ceram carnem de ꝟgine veram. Bombicis puritas animaʒ ꝑoptime notat. Per ſumme lumē deitatē tolle cacumē.

E

Quarto hoc fuit inſtitutū ꝓpter noſtrā inſtructionē. In hoc em̄ inſtruimur ꝙ ſi volumus ante deū eſſe purificati ⁊ mūdi tria nobis ſunt neceſſaria. ſ. fides vera. actio bõa. ⁊ intētio recta. Duo p̄ma. ſ. fides vera cū opatione bona ſignificanſ ꝑ candelā in manu accēſam. De q̄bꝰ inq̄t Greg in quadā omel'. Ille vere credit qui exercet opando quod credit. Sed h̄ eſt notandū ꝙ tria ſunt q̄ cuſtodiūt candelaʒ ne extinguaſ. ſ. q̄n non abſcõdiſ a vento. ac alijs cādelis aſſociaſ. ⁊ ei ſufficiēs pabulū miniſtraſ. Qui ergo nõ vult extigui abſcondaſ a vēto laudis humane. aggregeſ ⁊ vniaſ ꝯgregationi ſancte. ⁊ habeat pabulū orõnis ꝯtinue. Tria quoq; ſunt q̄ impediūt ne cādela extincta reaccendaſ. ſ. remotio, humectatio. ⁊ groſſi corꝑis iterpoſitio. Multi ergo ſunt qui nõ accēdunſ ſiue quia p̄dicatoribꝰ nõ appropiquāt nec adiūgunſ. Deut. xxxiij. Qui appropiquāt pedibꝰ eius accipiūt de doctria illiꝰ. Siue q2 aq̄s deliciarũ humectanſ. j. ad Cor. ij. Aialis homo nõ ꝑcipit que ſunt ſpūs dei. Siue quia amor terrenorū in eis intꝑoniſ Matth. xiij. Sollicitudo ſeculi iſtiꝰ ⁊ fallacia diuitiarū ſuffocāt verbū. Sciendū eſt etiā ꝙ ſicut cādela ſine lumine dicitur mortua, ⁊ lumē ꝑ ſe ſine candela non bene lucet: ſed mortuū eſſe videſ. ita ⁊ operatio ſine fide ⁊ fides ſine bona opatione, mortua eſt. Iac. ij. et. c. fertur. ⁊ c. ſicut vrgeri. et. §. opponiſ. j. q. j. et de pe. di. ij. c. ſi em̄. ⁊ di. iij. c. querat. §. illud autē. ⁊ de ſacra vnctione. c. vnico. §. quia ꝟo. Ad quod applicari poteſt illud quod dicūt iuriſte, ſ. ꝙ nõ ſufficit fides niſi ꝓbate artis experientia ſubſequaſ. l. j. circa p̄n. ff. de ven. inſpi. ⁊ l. j. C. de decre. ab or. fa. ⁊ l. j. in p̄ma colūna

Ut moralr̄ inſtrueremur

C.de iuſti.codi.cō. Per liciniū aūt ſignifi-
catur intētio recta que ſtat intus ī anima
ſicut liciniū in cādela. Nam aliq̄n fit opus
quod ab extra videt̄ bonū. ⁊ eſt de ſe de ge
nere bonoꝝ. ſed ꝓpter malā voluntatē nō
eſt meritoriū: imo vitioſuꝫ. puta ſi mulier
paupertate cruciaret̄. ⁊ tu de tua ſubſtantia
ei ꝓuideres. hoc quidē eſt de ſe bonū. ⁊ ab
extra videt̄ laudabile ⁊ meritoriū. eſt eniꝫ
opus miſcōie. Sed ſi tu hoc faceres mala
intētione. vt ſcꝫ ꝑ hanc elemoſynā eaꝫ tra
here poſſis ad ꝯſentiendū pctō. vel vt va-
nam gl'iam cōſequaris ab alijs. totuꝫ hoc
opus eſſet ad demeritū. Ecce ergo ꝙ intē
tio bona requirit̄. vt ſcꝫ oīa oꝑa tua facias
amore dei ⁊ cū intētiōe bona. ⁊ hoc modo
portabis candelam accēſam in manibus.

Hodie triplici de cauſa cādelas deferimus.

Pro maiori etiā declaratione p̄dictoꝝ
dicere poſſumꝰ. ꝙ cādelas in purificatiōe
deferimꝰ rōne ꝟginis. xp̄i ⁊ noſtri. In vir
gine eñ fuerūt quattuor p̄rogatiue que ꝑ
candelā intelligunt̄. Prima eſt ꝟginitas
in carne. q̄ ſignificat̄ ꝑ cerā quā apes ge-
nerant ſine corruptione. De ipā aūt dicit̄
Eſa. vij. Ecce ꝟgo cōcipiet ⁊c̄. Secūda eſt
puritas in mēte: q̄ ſignificat̄ per licinium
candidū intus in cera occultatū. De ipſa
nāqꝫ dr̄ pſ. xliiij. Oīs gl'ia eius filie regis
ab intus. Tertia eſt ſanctificatio in vtero.
que ſignificat̄ ꝑ h̄ ꝙ ille cādele ſcificant̄ et
bn̄dicunt̄. De ipā etem̄ dr̄ pſ. xlv. Sāctifi
cauit tabernaculū ſuū altiſſimꝰ. Quarta ē
claritas in ꝯuerſatione. q̄ ſignificat̄ ꝑ lu-
mē. De qua dr̄ Sap̄. iiij. O q̄ pulchra eſt
caſta generatio cū claritate. Scd̄o cande
lā deferimꝰ rōne xp̄i. Cādela eñ h̄ ſignifi
cat xp̄m rōne ꝓpoſitionis ⁊ ꝯſumptiōis.
Quo ad p̄mū dico ꝙ in cādela accēſa ſunt
tria. ſ. cera. liciniū. ⁊ lumē. vt. ſ. ēt diximꝰ.
⁊ in xp̄o eſt triplex ſubā. ſ. caro ſine ſemine
gn̄ata. Vñ pſ. pſ. xxj. inq̄t ī perſona xp̄i.
Factū eſt cor meū ſicut cera. ſ. in gn̄atiōe.
ſed liqueſcēs in paſſione. Scd̄o eſt ibi lici-
nium. i. aīa candore innocētie decorata.
iuxta illud Sap̄. vij. Candor eſt luc̄ eterne
⁊c̄. Tertio ibi eſt lux. i. diuinitas luminoſa
iuxta illō Ioh̄. j. Erat lux vera ⁊c̄. Et ſicut
ignis vnit̄ cere mediāte licinio. ſic dīnitas
vnita eſt carni mediāte aīa. De his autem
tribus dicit̄ Cant̄. v. Dilectꝰ meꝰ candidus
eſt. ſ. per candorē mūdicie. ⁊ rubicūdus. ſ.
ꝓpter fulgorē diuinitatis. ⁊ electus ex mi
libus ſcilꝫ ꝓpter incorruptionem carnis.

Xp̄s ſignificatur per cādelā

Scd̄o xp̄s ſignificat̄ ꝑ candelam rōne
cōſumptionis. ſicut eñ candela accenſa ſe
totā cōſumit in noſtrū ſeruitiū. ſic xp̄s totū
ſe cōſumpſit in nr̄m obſequiū. Nam ꝯſum
pſit carnē ſuā ꝑ vulnerationē ⁊ attritōes.
Unde Eſa. liij. dr̄. Ipſe vulneratꝰ eſt ꝓpter
iniq̄tates nr̄as. ⁊ attritꝰ ꝓpter ſcelera nr̄a.
Cōſumpſit etiā ſanguinē ꝑ totalē effuſio-
nem. Unde angeli admirātes dixerunt ei
Eſa. lxiij. Quare rubrū eſt indumētū tuū.
⁊ veſtimēta tua ſicut calcantiū in torcula-
ri. Cōſumpſiſſe quoqꝫ dr̄ animā per triſti-
ciaꝫ ⁊ dolorē. Unde Matth̄. xxvj. ipē ait.
Triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortem.
Item cōſumpſit vitā corꝑalē ꝑ abbreuia-
tionē. Unde in ꝑſona eius dr̄ Eſa. xxxviij.
Preciſa eſt velut a texēte vita mea. Con-
ſumpſit etiā ſubām tp̄alē vſqꝫ ad denuda
tionē. Unde de ſpoliātibus eum in morte
ipē ait pſ. xxj. Diuiſert ſibi veſtimēta mea
⁊c̄. Tertio p̄ncipal'r cādelas deferimꝰ rō-
ne noſtri. Per cādelā eñ accēſam ſignifi-
cat̄ ꝙ debemꝰ habere vitā ſanctā et famā
preclarā. Primo aūt vitā ſanctaꝫ faciunt
bona opera fides recta ⁊ intentio ſincera.
Oꝑatio bona ſignificat̄ ꝑ cerā. quia ſicut
cera mediāte rore celeſti gignitur. ſic bona
oꝑatio a deo tm̄ habet̄. iux illud ad Phil'.
ij. Deus eſt qui oꝑat̄ in nobis velle ⁊ ꝑfi-
cere ꝓ bona volūtate. Fides aūt intelligit̄
per lumen. Ut eñ cādela ſine lumine non
lucet. ſic noſtra operatio ſine fide deo non
placet. iuxta illud ad Heb̄. xj. Sine fide i-
poſſibile eſt placere deo. Intētio ꝟo recta
ſignat̄ per liciniū quod eſt occultum ⁊ can
didum ⁊ lumis baiulū. Sic eñ intētio no
ſtra debet eſſe occulta. Unde Greg. in q̄dā
omel'. ait. Sic aūt ſit opus in publico vt tñ
intētio maneat in occulto. Debet etiaꝫ eſſe
cādida. i. pura. iux illud Mat. vj. Si oculꝰ
tuus ſimplex fuerit totū corpꝰ tuū lucidū
erit. debet q̄ꝫ eſſe lumis baiula. qr̄ dꝫ oꝑa
noſtra corā deo p̄ntare. ⁊ ab eo remunera
tionē expectare. de quo Mat. vj. inq̄t ſal-
uator. Et pr̄ tuꝰ q̄ videt ī abſcōdito reddet
tibi. Scd̄o ꝑ candelā ſignificat̄ fama pre-
clara. Candela eñ accēſa lucet. abſcōdita
nō emittit ſplendorē: ⁊ extincta fetet. Sūt
aūt quidā feruētes in vita ⁊ lucidi in do-
ctrina. q̄ ſūt ſicut cādela accēſa. ⁊ de ſingu
lo eoꝝ dici poteſt illud Ioh̄. vj. Ipē erat lu
cerna ardens ⁊ lucens ante dn̄m. Alij ꝟo
ſunt contenti habere bonam vitam tm̄. et

Propt nos portamus cādelās



abſcōdūt ſuā doctrinā. ⁊ iſti ſunt ſicut can
dela abſcōdita. faciētes ꝯtra dictū ſaluato
ris qui ait Lu. xj. Nemo accēdit lucernam
⁊ abſcōdit eam ſub modio ⁊c̄. Sunt etiaꝫ
alij qui nec ardēt nec lucēt: ſʒ fetēt ꝑ mala
oꝑa. Et iſti ſunt ſicut cādela extincta. que
quidē nō lucet. ſed fetet. Et de iſtoꝝ fetore
dicit̄ Eſa. xxxiiij. De cadaueribus eorum
aſcendet fetor. Anime eñ pctōꝝ ſunt ca-
dauera. quia ſunt mortue. iuxta illud Eze
chiel'. xviij. Anima q̄ peccauerit ipſa mo-
riet̄. c. ſi habes. xxiiij. q. iij. c. pctm̄ eniꝫ eſt
mors anime. Et de talibꝰ cadaueribꝰ aſcē-
dit fetor ꝑ malū exemplū. Nos ꝟo illos n̄
imitari debemus ſeruare illud quod admo-
net ſaluator Matth̄. v. di. Sic luceat lux
veſtra corā hoībus vt videāt veſtra bona
oꝑa. ⁊ glorificēt p̄rem veſtrū q̄ in celis eſt.
Et tunc poterimꝰ digne intereſſe cādelarū
ꝓceſſioni in hac ſacratiſſima die. Hec eſt
eñ illa ſolēnitas tātis decorata myſterijs
tātiſqꝫ honoribus ſublimata. quā oēs p̄ci-
pua debēt deuotione celebrare. Vñ Augꝰ.
in quodā ſmone inq̄t. Celebremꝰ ergo diē
feſtū nō humane deuotionis ſed diuine di
gnationis nō infirmitatꝭ ſʒ eternitatis. nō
informatiōis: ſʒ reformationis dn̄i noſtri
ieſu chriſti. hec ille. Ad ꝓceſſionē q̄ꝫ popule
mi cū ꝓfūda humilitate ⁊ deuotiſſima me
ditatione incedere debes. recogitando di-
gnatiōeꝫ altiſſimi dei. qui hodie puulꝰ ad
templuꝫ portari voluit. vt nos magnos iu
celeſti faciat felicitate. Conſiderādo inſuꝑ
ꝙ ꝑ hāc ꝓceſſionē rep̄ntamꝰ tā ſalutiferū
magnūqꝫ ſacramentū. Sūma ḡ cū reuerē
tia ⁊ honeſtate debes aſſociare bn̄dictam
dei mr̄em ad templū incedentē cū illo ſuo
pulcherrimo. xl. dierū gigātello ī brachijs
atqꝫ illū cum ea eterno patri ꝓ totꝰ mūdi
ſalute offerre. Candelas etiaꝫ benedictas
magna cū deuotiōe in domibꝰ ſuis debēt
ſinguli cuſtodire. Ad audiendā q̄ꝫ p̄dica-
tionē de tā celeberrima feſtiuitate debent
oēs cū puritate cordis ⁊ aīe mūdicia acce-
dere. ibi deuotiſſime ꝑmanere. Predicato
res etiā debent mundi ⁊ puri eſſe ab omni
peccatoꝝ immūditia quātū humana fra-
gilitas patit̄. qui puriſſime ⁊ immaculate
ꝟginis purificationē volūt pplis declara-
re. Videmꝰ eñ ꝙ ſi aliq̄s indignus loq̄tur
de aliqua excellēti ac nobiliſſima perſona.
illi dr̄ ꝙ p̄us vadat ad lauandū os ſuum.
Omnes ergo qui volunt de hac puriſſima
virgine loqui p̄us debēt mēte ⁊ labijs eſſe
mundati. Unde q̄libet pctōr ſentiens in ſe
alicuꝰ pcti immūdiciā dꝫ dicere illud Eſa.
vj. Vir pollutꝰ labijs ego ſum: ⁊ in medio
ppl'i polluta labia habentꝭ ego hito. Deide
rogare debet dn̄m vt mittere dignetur ſe-
raphin de celis qui tangēs labia iniq̄tatē
auferat et precordia emūdet. quo de tam
excellentis regine purificatione digne va-
leat predicare.

Pars ſecūda huius ſmonis que dicit̄
cauſationis.

Quare pueri debent efferri in templū xl. die.

PRo expeditiōe huiꝰ ꝑtis querit̄
qua de cā deus ordiauerit pre-
ceptū cerimoniale p̄ſentatiōis
pueri in templo quadrageſimo
die natiuitatꝭ eius. qd̄ habet̄ Leuitici. xij.
Ad quod rn̄dent expoſitores ibi. ꝙ h̄ fecit
multiplici ex cauſa. Primo vt ꝑ hoc itelli
gat̄ ꝙ ſicut corpus pueri q̄draginta diebꝰ
ī materno vtero organizat̄. ⁊ q̄drageſimo
die aīa corpori infundit̄ ſicut in templuꝫ.
vt inquit Aug. in li. lxxxiij. q̄ōnū. ⁊ Alexā.
de ales in t'tia parte ſumme in tractatu de
ſanctificatiōe. b. ꝟginis. q. vj. ⁊ gl. or. ſuꝑ
Leuit'. xij. c. ⁊ de hoc etiā tractāt legiſte in
l. gallus. in p̄n. ff. de lib. ⁊ poſt. ⁊ canōiſte.
v. diſ. in p̄n. Ita q̄drageſimo die a natiui-
tate puer in templū materiale dn̄o debet
p̄ntari. Scd̄o vt ſicut aīa poſt q̄draginta
dies corꝑi infuſa ſtatim per culpā peccato
maculat̄. ſic puer q̄drageſimo die templuꝫ
ingrediēs per hoſtias ab ipā macula am-
plius expiet̄. Tertio ſm̄ Fran. de may. in
ſmone p̄ntis ſolēnitatꝭ. vt det̄ intelligi ꝙ
ſicut in q̄draginta ſunt q̄ttuor ⁊ deceꝫ. ita
illi qui volūt templū celeſte ingredi. debēt
decē p̄cepta cū fide q̄ttuor euāgelioꝝ ꝑfe-
cte ſeruare. Quia ꝟo corpus femine organi
zat̄ in octuagita diebꝰ: ⁊ octuageſima die
aīa corpori īfundit̄ ſm̄ p̄dictos doctores.
Ideo ſm̄ preceptū predictū leg̃ puella de-
bebat p̄ſentari ī templo octuageſima die.
Sciendū ergo ꝙ quādo mulier pepererat
maſculū: efficiebat̄ immūda ſeptē diebus
a ꝯſortio hoīm ⁊ ab ingreſſu templi. poſt
ſeptem auteꝫ dies efficiebat̄ mūda quo ad
conſortiū hoīm. ſed quo ad ingreſſuꝫ tēpli
remanebat immūda vſqꝫ ad quadrageſi-
mum diem in quo preſentabat filiū in tē-
plo ⁊ purificabat̄. Si ꝟo peꝑiſſet feminā
remanebat immūda quo ad ꝯuerſationeꝫ
hoīm. ⁊ q̄ ad ingreſſuꝫ tēpli. xiiij. diebus.

poſt quos efficiebať munda quo ad hoim
ↄuerſationē.remanebat aūt immūda quo
ad ingreſſum tēpli vſqȝ ad.lxxx.diē. ī quo
pñtabat filiā in templo et purificabať.Et
hec oīa habenť Leuiť.xij. Cauſas aūt q̄re
deus voluit tantā eſſe differentiā in orga
Quare corp⁹ femie tardi⁹ orgamizať nizatione corpis femine ꝛ pueri ꝛ infuſiōe
aīe eoꝝ aſſignāt doctores vbi.ſ. Prima ē
quia xp̄s aſſumptur⁹ erat carnē in ſexu vi
rili.ideo vt ip̄m honoraret:ꝛ ampliorē ſi
bi grām faceret:voluit vt citi⁹ formareť.ꝛ
mr̄ citius mundareť.Scd̄a vt qm̄ mulier
p̄us peccauit q̄ȝ vir.ꝛ fuit cauſa pcti viri.
vt in.c.Adam.de pe.diſt.vij.Unde Eccli.
xxvij.dr.A muliere initiū factū eſt pcti.ꝛ
per illā oēs morimur.ꝛ ꝑ cōſequēs deum
plus fatigauit qui nr̄is malis opibus fati
gatur.iux illud Eſa.xliij.Seruire me feci
ſti in pctis tuis.ꝛ p̄buiſti mihi laboreȝ in
iniq̄tatibus tuis.ſicut erūne ei⁹ ab erūnis
viri duplicate ſunt exterius in mūdo. Un̄
inq̄t glo.ordinaria ſuꝑ Leuiť.xij. ꝙ tota
maledictio Adam data eſt ſuꝑ Euam. Et
vltra ei addidit de⁹. In dolore ꝛ erūna pa
ries ꝛc̄. Ita etiā duplicarenť eius erūne in
vtero. Tertia cā eſt:vt oñdereť ꝙ ſemper
mulier debet eē ſubiecta viro.Ideo noluit
eā deus ante virū formare. nec equaliter:
ſed poſt in duplū.

Pars tertia huius ſmonis que dicit
dubitationis.

N Uirgo nō indigebat purificatione On immerito hic q̄ri pōt nūq̄d
brā v̄go indigebat purificari:
Et reſpōdeť ſm oēs doctores
ſuꝑ euāgelio hodierno. ꝛ biūȝ
Tho.in.iij.pte ſumme.q.xxvij. ꝙ non.
vnde dico ꝙ nō indigebat nec ratione ſui
parturiētis.nec rōne ꝓlis.nec rōne legis.
nec rōne myſterij ſiue ſignificatiōis. Pri
mo non indigebat rōne ſui. nihil em̄ pu
rificať niſi immūdū.ſꝫ ip̄a tota erat puriſ
ſima. tota ſanctiſſima ꝛ tota mūdiſſima.
Siquidē ſpūſſanct⁹ ſctificauerat ei⁹ mētē.
iuxta illud Lu.j. Spūſſanctus ſuꝑueniet
in te. Fili⁹ dei ſctificauerat eius ventrem.
Ideo ei dictū fuit vbi.ſ.ꝛ vt⁹ altiſſimi obū
brabit tibi. Pater v̄o celeſtis ſctificauerat
eius ventrē ꝛ menteȝ. iuxta illud p̄s.xlv.
Sāctificauit tabernaculū ſuū altiſſimus.
Scd̄o nō idigebat purificatiōe rōne ꝓlis.
quia in filio nulla fuit impuritas.ſꝫ oīmo
da ſanctitas. In ip̄o nāqȝ fuit triplex na
tura.ſ.diuinitas vera.aīa lucida.ꝛ caro im

maculata.Unde Sap̄.vij.dr. Cādor eſt
lucis eterne.quo ad aīaȝ lucidā. ꝛ ſpeculū
ſine macula.quo ad carnē immaculatā.et
imago bonitatis dei.quo ad diuinitatem
verā.ſm quā filius dei eſt imago dei pr̄is
iuxta illud Col.j. Qui eſt imago dei inuiſi
bilis. Qȝ etiā nō indiguerit purificatione
rōne ꝓlis pȝ. Nam vas plenū flore ameno
ꝛ repletū balſamo.ac ꝑfuſum ſolari radio
nullā ex his immūdiciā ↄtrahit:ſed efficiť
magis purū ꝛ magis odoriferū ac magis
lucidū. Tertio nō indiguit purificatione
ratione legis. lex em̄ purificatiōis poſita Lex purificatōnis nō cōphendebat mariaȝ
Leuiť.xij.c.tria ſupponebat.ſ.fractionem
v̄ginitatis.vnde dicit mulier. q̄ ſignificat
ſexus fractionē in cōcipiēdo ꝛ pariendo.
Supponit etiā ſeminū cōmixtionē.ꝛ ideo
dr.ſi ſuſcepto ſemine.Tertio ſupponit aſſi
milatione.vt ſcȝ filius ſit ſilis parētibus
in natura.Ideo dr.pepit maſculum. Iſta
aūt tria in v̄gine nō fuerūt. Nā ī ea nulla
fuit fractio v̄ginitatis:ſꝫ ꝑpetua illibatio.
quia fuit v̄go ante partū.in partu. ꝛ poſt
partū.Ibi etiā nō fuit ſeminū ↄmixtio:q̄a
nō cōcepit ex ſeminū cōmixtione:ſꝫ ex my
[illegible] ſpiramine.ꝛ ideo ad hanc legem non
tenebať in qua ip̄a nō compr̄hēdebať.Qñ
em̄ aliqua lex dať ſub ↄditione.nō obligat
niſi illos quos tāgit illa ↄditio.vt ait Frā
ciſcus de may.vbi.ſ.Cū ḡ lex dicat.Muli
er ſi ſuſcepto ſemine ꝑpit maſculū imūda
erit ꝛc̄.Concludiť ꝙ brā v̄go q̄ non ꝑpit
ſuſcepto ſemine nō fuit immūda: q̄a obli
gatio ſub cōditione nō ligat ante impletā
cōditionē.l.cedere diē.ff.de v̄.ſi.l.legata.
ff.de condi.et de.l.j.C. de cōdi. inſer.c.de
illis.et.c.verū.ex de condi.appo.ꝛ nota.in
c.non ſolū.xxxij.q.viij.Dicit ergo glo.ſuꝑ
Leuiť.xij.c.ꝙ moyſes ſpū dei cognoſcens
ꝙ beata v̄go debebat cōcipere ꝛ parere fi
liū ſine ſeminis ſuſceptiōe.ꝛ ↄſequēter nō
fieri immūda myſterialr̄ addidit.Si ſuſce
pto ſemine ꝛc̄.quaſi diceret.Nemo intelli
gat hanc obligationeȝ immūdicie ↄhēde
comp̄hendere matrē filij dei:quia ip̄a non
cōcipiet nec pariet filiū de ſemine ſuſcepto
ſed de ſpūſancto.ꝛ iccirco immaculata ꝑ
manebit.De quo Bern̄ in quodā ſermone
inquit. Putas em̄ ꝙ dictur⁹ Moyſes mu
lierē que peperiſſet filiū imūdā eſſe nō ti
muerit ſuꝑ matre dn̄i blaſphemiā irroga
re:Et iccirco p̄miſit. Si ſuſcepto ſemine.
alioq̄n ſi nō paritură p̄dixiſſet ſine ſemi=



virginis:que neceſſitas erat de ſuſcepto ſe
mine facere mentioneȝ: Patet ergo ꝙ lex
illa matrē dn̄i nō includit.que nō ſuſcepto
ſemine filiū peperit.hec ille.Un̄ inq̄t Frā.
de may.in ſermone occurrētis ſolēnitatis.
In inſtitutiōe hui⁹ ſacramēti clare ꝓpheta
uit Moyſes ꝙ v̄go erat paritura ſine viri
li ſemine.ꝛ ſic iſti⁹ ſacramēti inſtitutio in
ſert v̄ginis partū cū dicit. Si ſuſcepto ſe
mine peperit maſculū ꝛc̄. Nā qñ q̄s in aliq̄
lege vel pacto aut ꝓmiſſione vel iuramēto
apponit cōditioneȝ.per hoc dat intelligere
ꝙ caſus ille q̄nqȝ eueniet.vel ſalteȝ euenire
poſſet ſine tali cōditione.alioquin illa cōdi
tio fruſtra ꝛ inuanū eſſet appoſita.Exēplū
de lege habemus Exo.xx.vbi deus dedit le
gem. Si quis occiderit ꝓximū ſuū cuȝ hac
cōditione ꝙ hoc fecerit ꝑ induſtriā. ab al
tari inquit meo euelles eū.Iſta aūt cōditio
appoſita dat intelligere ꝙ aliquis erat oc
ciſur⁹ ꝛ nō per induſtriā ꝛ ille nō erat euel
lendus ſic ab altari.vt ibi pȝ.Exēplum de
pacto habemus.ij.Regū.iij.vbi Dauid fe
cit pactum cum Abner principe militie po
puli Iſrael cū hac cōditione ꝙ redderet ei
vxorem ſuā michol.Ex quo dedit intellige
re ꝙ aliter poterat euenire factum pacis.ꝛ
ideo dixit.Nō videbis aliter faciem meaȝ.
Exēplum ꝓmiſſionis habemus Joſue.xv.
vbi caleph ꝓmiſit dare filiam ſuā vxorem
cum hac cōditione.ſ.ſi quis caperet ciuita
tem quā expugnabat.quia notū erat ꝙ po
terat dare ſine tali cōditione.ꝛ ideo appo
ſuit cōditionē.Exēplum iuramēti habem⁹
p̄s.cxxxj.vbi dr ꝙ de⁹ iurauit Dauid dare
regnū ſempiternū filijs ſuis:ſi cuſtodirent
legē ſuā.dās intelligere ꝙ aliter eſſet ſi cō
ditio nō eueniſſet.De⁹ ergo q̄ dixit ꝑ Moy
ſen. Mulier ſi ſuſcepto ſemine peperit ma
ſculum ꝛc̄.dedit intelligere ꝙ q̄nqȝ mulier
eſſet paritura maſculū ſemine nō ſuſcepto.
aliter fruſtra addidiſſet.ſi ſuſcepto ſemine.
cū via naturali aliter parere nō poſſet.Si
cut hō nō pōt videre ſine oculis aptis. nec
ambulare ſine motione pedū.hec ille. Nos
autem dicere poſſumus ex mente ipſius do
ctoris.ꝙ hec locutio diuina de muliere pa
riente ↄtinet duo.ſ.vnū affirmatiuū ex ver
bis.cum dicit. Mulier ſi ſuſcepto ſemine
peperit maſculum immūda erit. Aliud v̄o
negatiuū virtualiter cōtinet.ſ.ſi mulier nō
ſuſcepto ſemine peperit maſculū:nō erit im
mūda.Quo p̄ſuppoſito dico.ꝙ ſi p̄dicta lo

cutio negatiua que in affirmatiua virtua
liter includitur nō fuiſſet verificabilis. dei
verbū quod per Moyſen dixit fuiſſet ridi
culoſum.ſicut ridiculoſa eſſet ꝓmiſſio ſi q̄s
princeps diceret ſubditis ſuis.ſi quis am
bulauerit ſine pedibus. vel locutus fuerit
ſine lingua.vel viderit ſine oculis: dabo ſi
bi centum.Et ideo vt ſacra dei ſcriptura nō
dicatur ridiculoſa poſuiſſe. Cōcludendum
eſt Moyſen diuino ſpiritu illuminatuȝ de
cōceptione ꝛ parturitione puriſſime virgi
nis in p̄dictis v̄bis ꝓphetaſſe.que ſine vi
rili ſemine cōcipiēs immūda fieri nō debe
bat.Et ideo venerabilis Beda ſuper Lucā
ait.Si legis ipſius verba diligētius inſpe
xeris:ꝑfecto reꝑies ꝙ ipſa dei genitrix ſi
cut a commixtione virili:ſic a legali iure fit
immunis. Nō enim omnis mulier pariēs.
ſed ea que ſuſcepto ſemine peperit deſigna
tur immūda.rituqȝ legis docetur eſſe mū
danda.ad diſtinctionē.ſ.illius que v̄go cō
cepit et peperit.hec ille. Titus etiā expoſi
tor vbi.ſ.ait. Reuera nō incumbebat ne
ceſſitas v̄gini ſacre vt dies purgationis ei⁹
expectaretur.que cum ex ſpūſancto conce
piſſet caruit cōiugio.Tertio nō fuit in filio
v̄ginis tm̄ aſſimilatio nature humane.ſed
fuit etiā ibi ſublimitas nature diuine.Uir
go em̄ pepit filiū ꝛ ſibi ſimilē quantum ad
naturā humanā:ꝛ ſibi diſſiles quantuȝ ad
naturā diuinā. ꝛ iō oligatio legalis in ea
locū hr̄e nō potuit.Quarto nō indiguit pu
rificatiōe rōne myſterij ſiue ſignificatiōis.
Lex em̄ p̄cepit vt puer die.xl.ꝛ puella die
lxxx.rōne aſſignata in pte p̄cedēti in tēplo
p̄ntareť.ſ.qr vſqȝ ad illud tp̄s organizatur
corp⁹ ꝛ infundiť aīa.Sed iſtud myſteriuȝ
ſiue ſignificatio nō habuit locuȝ in xp̄o. qr
in eodē inſtāti cōceptiōis ſue fuit plene or
ganizatū corpus ei⁹.ꝛ aīa eidē corpi infu
ſa.ꝛ vtrūqȝ.ſ.aīa ꝛ corpus diuinitati vnitū
fuit.ꝛ ſtatim ꝑfect⁹ deus ꝛ ꝑfectus hō fuit
ſm oēs doctores catholicos. maxīe Aug.
in li.de fide ad Petrum ꝛ Grego.ſuꝑ Can
tica.ꝛ Alexādrū de ales in.iij.parte ſum
me.in tractatu de ſanctificatione v̄ginis.
ꝛ Nicolaum de lyra ſuper Hieremiā ꝛ Frā
ciſcuȝ de mayro.ſuper Lucam.ꝛ Richar
duȝ de media villa in.iij. ſententiarū diſt.
ij.arti.ij.q.iiij. Ergo nulla indiguit puri
ficatione ipſa immaculata mr̄ ei⁹ Marie.

Pars quarta huius ſermonis que dicit
purificationis.

D
Quare voluit purificari
f

Orte aliq̄s dicet. Cū vt.s. ꝓbatum
eſt beatiſſima ꝟgo non indiguerit
purificatiōe. nec filius eiꝰ p̄ntatiōe
q̄re voluit iſtā cerimoniā purificatiōis ⁊ p̄-
ſentationis obſeruare? Ad qđ reſpōdent do
ctores p̄dicti. maxime beatus Tho. ⁊ Frā.
de mayro, vbi.s. ꝙ hoc rōnabiliter fecit.
Nos aūt dicere poſſumus ꝙ .xv. de cauſis
hoc egit. Primo ratione humilitatis. Dece
bat eñ vt ꝟgo que ꝓpter humilitatē ſuaꝫ
electa fuerat mater dei ſubderet ſe legis ce
rimonijs. nec p̄ alijs ſe oſtēderet ſingularē
qđ fuiſſet ſignū ſupbie. ſed cū ceteris muli-
eribus ſe humiliter cōformādo filiū ſuum
imitareꝫ. de quo Ber. ait. Qui ſine pctō eſt
nō dedignatur peccator reputari. Vñ idem
Bern. in ſer. purificationis inquit. Putas
nō poterat animus ꝟginis commoueri ac
dicere. Quid mihi opus eſt purificatione?
Cur abſtineam ab ingreſſu tēpli cuius vte-
rus neſciēs virum factus eſt templuꝫ ſpūſſan
cti? Cur nō igrediar tēplū q̄ pepit tēplum
dñi? Nihil in hoc cōceptu. nihil in partu im
purū fuit. nihil illicituꝫ. nihil purgandum.
nimirū cum proles mea iſtam purgationē
venerit facere delictoꝝ. Vere o beata virgo
nō habes cauſam. nec tibi opus eſt purifi-
catione. Sed nunquid filio tuo opus erat
circūciſione? Eſto inter mulieres tanꝙ vna
illarum. Nam ⁊ filius tuus ſic eſt in medio
pueroꝝ. Hec eñ humilitas nō ſoluꝫ ex par
te matris fuit. ſed etiaꝫ ex parte filij qui ſi-
militer legi ſe ſubijcere voluit. In natiuita
te eñ habuit ſe vt paup hō. in circūciſione
vt paup ⁊ pctōr ⁊ hō. ſed hodie vt paup. pec
cator ⁊ ſeruꝰ. pauperē eteniꝫ ſe oſtēdit ī eo
ꝙ pauperꝝ oblationē elegit. pctōrē in eo ꝙ
ipſe cū matre voluit expiari. ſeruū vō in eo
ꝙ baptizari voluit. nō ꝓpter culpā purgā
daꝫ. ſed ꝓpter eius maximā vtilitatē oſten
dendā. h̄ ille. Sicut aūt mr̄ dei dedit nobis
exēplū humilitatis ⁊ cōitatis dum voluit
alijs mulieribꝰ eſſe cōis. ita etiā dedit exem
plū paupertatis. vbiꝗ eñ regina celi paup-
tatē ſeruauit. vt pꝫ in ſuo cōiugio. qꝛ nō fu
it deſpōſata impatori ſed paupi fabro. Itē
in ſuo puerperio. in quo nō habuit rex abū
dantiā ſed magnā penuriā. In ſuo q̄qꝫ nu
trimēto. quia ſicut dicit Hiero. Colo ⁊ acu
victū acq̄rebat. vñ ſe ⁊ ſaluatorē mūdi nu-
triebat. In ſuo etiā offertorio hodierna die
paupertatis exēplum dedit. quia oblationeꝫ
humiliū ac viliū pſonaꝝ atqꝫ pauperꝝ obtu
lit. Scđo h̄ egit rōne approbatiōis. vt. ſ.
approbaret legē veteris teſtamēti hoc p̄ci
pientē a deo eſſe datā. ꝯ hereticos qui dixe
rūt eā datā fuiſſe a diabolo. ⁊ hanc rōnem
tāgēs Orig. in q̄dā omel. inquit. Ubi ſūt
qui deū legis negāt a xpo fuiſſe in euā p̄di
catū. an putādū eſt ꝙ filiū ſuū bonus deus
ſub lege inimici fecit quā ipſe nō dederat?
In lege eñ Moyſi ſcriptum eſt qđ ſequiꝫ.
Quia omne maſculinū adaperiēs vuluam
ſctm̄ dño vocabiꝫ. hec ille. Tertia rō dici
tur obſeruationis. Licꝫ eñ p̄nceps ſit ſolu
tus ſuis legibꝰ. l. princeps. ff. de legi. tñ decꝫ
eū legibꝰ viuere. l. digna vox. C. eo. tit. l. ex
pfecto. C. de teſt. ij. q. vij. c. nos ſi incōpeten
ter. ⁊ c. cōfidimus. ⁊ c. ideo. §. his ita rñde
tur. xxv. q. j. ⁊ c. iuſtū eſt. ix. di. ⁊ c. cū oēs.
de cōſti. ⁊ ff. qđ quiſꝗ iu. per totū. maxime
in. l. j. vbi đr. Quis aſpernabiꝫ idē ius ſibi
dici qđ ipſe alijs dixit vel fecit? qđ q̄s in al-
terius perſonā equū eſſe credidit: id in ſua
q̄ꝫ pſona valere patiatur. Ideo xp̄s voluit
ſeruare legē quā ipſe dederat. lꝫ ad eam nō
teneretur p naturā ſuā. nec mater eiꝰ per ſui
grām. quia auguſta ex grā impatoris gau
det priuilegijs eiꝰ. d. l. p̄nceps. Femine eñ
coruſcāt radijs maritoꝝ. §. ſi vō. ⁊ al's alle
gatur. §. hec itaqꝫ. in auꝫ. de cōſu. ⁊ l. femi-
ne. ff. de ſena. ⁊ hāc rōnē ꝓbamꝰ dicto eiuſ-
dē ſaluatoris noſtri q̄ inq̄t Mat. v. Nō ve-
ni ſoluere legem ſed adimplere. Quarta
rō đr ꝟificationis. vt. ſ. verificarenꝫ ea que
p̄dixerāt ꝓphete de p̄ntatione xp̄i in tēplo.
maxime Aggei. ij. vbi inq̄t deꝰ. Adhuc vnū
modicū eſt. ⁊ ego mouebo celū ⁊ terrā. ⁊ ve
niet deſideratꝰ cūctis gētibꝰ. ⁊ implebo do-
mū iſtā gloria. ſ. tēplū Salomonis. Item
Dan. vij. inquit ꝓpheta. Aſpiciebaꝫ ego in
viſiōe noctꝭ. ⁊ ecce in nubibꝰ celi q̄ſi filiꝰ ho-
minis veniebat. ⁊ vſqꝫ ad antiquū dierū ꝑ-
uenit. ⁊ in cōſpectu eius obtulerūt eū. Ps.
q̄ꝫ ps. x. cecinit dicens. Dñs in templo ſan
cto ſuo. ſ. veniet. ⁊ Malach. iij. p̄dictū fue-
rat. Statim veniet ad tēplum ſanctū ſuum
dñator quē vos queritis. ⁊ angelꝰ teſtamē
ti quē vos vultis. Quinta ratio đr excu
ſationis. ſ. ne tēpore ſue p̄dicationis iudei
ſe excuſare poſſent ⁊ dicere xp̄o. Doctrinam
tuam nolumus accipe. quia diſſimilis es
patribꝰ noſtris. ⁊ legis traditiones non ob
ſeruas. Ut ergo eis omnes cauſas dubi-
tandi ⁊ reſiſtendi auferret: voluit legis ce-
rimonias obſeruare. Et hāc rōnem tangit

I
Ut approbaret legē

Ut legē ſeruaret.

Ut prophetie ī plerenꝫ

Ut excuſatione tolleret



R
Ut figura ceſſaret

beatꝰ Tho. in. iij. pte ſum. q. xxxvij. Se-
xta rō đr liberatiōis. Ut eñ dei filius nos
liberaret a iugo p̄ceptoꝝ cerimonialiuꝫ le-
gis antique: voluit ipſe eā cū matre ſua per
fecte adimplere. Et hāc rōnem tāgens ve-
nerabilis Beda in ſer. feſtiuitatis hodierne
inquit. Ut nos a legis vinculo ſolueremur:
ſicut xp̄s ita ⁊ b. Maria legi eſt ſpōte ſub-
iecta. Intantū aūt eſt lex purificatiōis ab-
lata. ꝙ mulier ſi vult pōt eadē hora qua fi
liū pepit intrare tēplū dei vt ei grās refe-
rat. c. ſi mulier. de cōſe. diſ. v. ⁊ c. j. de puri.
poſt par. Hoc etiā eſt illud qđ inq̄t Paulꝰ
Gal. iiij. di. Miſit deus filiū ſuū natum ex
muliere factū ſub lege: vt eos qui ſub lege
erāt redimeret. Beatꝰ vō Tho. in. iij. parte
ſum. q. xxxvij. ar. iij. addit dicēs. Et vt iuſti
ficatio legis in ſuis mēbris ſpūaliter imple
retur. Nā ꝓpter hoc ipm voluit hoſtias le
gales p ſe offerri q̄ erat vera hoſtia. vt fi-
gura veritati cōiungereꝫ. ⁊ p ꝟitatē figura
approbaretur. hec ille. Ut ergo lex purifica
tionis ⁊ p̄ntationis terminareꝫ. voluit ipſe
ad eam venire. Nā ſicut experiētia videmꝰ
adueniēte luce ceſſant tenebre. ⁊ adueniēte
ſplēdore ſolis recedit vmbra. ⁊ ita adueniē
te purificatione vera que eſt xp̄us ceſſauit
typica. i. figuratiua purificatio. Sic eniꝫ in
circūciſione xp̄i euacuata eſt lex circūciſio-
nis. ⁊ mutata fuit circūciſio in baptiſmuꝫ.
ſic nūc in purificatione innocentiſſimi xp̄i
⁊ puriſſime matris eius euacuata fuit illa
purificatio antiqua. Unde Aug. in quodaꝫ
ſermone ait. Dñs quidem ſuſcepit circunci
ſionem ablaturus ipſam circūciſionē. ſuſce
pit vmbrā daturus lucē. ſuſcepit figura im
pleturus veritatē. Ipſe eñ nobis legem de-
dit. hec ille. Xp̄s naꝗ nobis vera purifica-
tionē attulit. i. fideꝫ. iuxta illud Act. xv. Fi
de purificās corda eoꝝ. Ut ergo xp̄s ille ve
teri purificationi finem imponeret. ⁊ hanc
nouam ac nobiliorē. ſ. fidem induceret vo-
luit purificari. hinc eſt ꝙ patres de cetero
nō tenētur ad ſolutionē illaꝝ antiquaꝝ ſo-
lutionū pro filijs. nec matres ad purificati
onem vel tēpli ingreſſionē. nec filij ad illā
redēptionē de qua in ſequēti ſermōe diceꝫ
quia xp̄s omnia abſtulit. vñ merito hono-
rādus ⁊ glorificādus eſt. Hinc Aug. in q̄-
daꝫ ſer. ait. Quis igitur fratres chariſſimi
nō adoret primū ⁊ nouiſſimū. initiū ⁊ finē.
Quis inꝙ nō adoret eū per quē aſpirauit
dies ⁊ fugate ſunt vmbre. natꝰ eñ eſt impa
tor vt abſolueret pctōr. Dñs naꝗ Ihs tri-
buit nobis magnā ſpē p carnem quā ſuſce-
pit. magnā grām. magnā cōſolationē. hec
ille. Septima rō đr occultatiōis. ſ. diabo
li. Nā ſicut inquit Aug. iij. de trini. Diabo-
lus multa pōt ꝟtute ſue nature. a q̄bus tñ
ꝓhibet diuina ꝟtute. vñ ꝟtute ſue nature
poterat diabolꝰ cognoſcere matrē dei nō fu
iſſe corruptā. ſed ꝟginē remāſiſſe. ꝓhibitꝰ
tñ eſt a deo cognoſcere modū partꝰ diuini.
Nā in infantia xp̄i oportebat īpedire mali
ciā diaboli. ne cū acriꝰ pſeq̄reꝫ. qñ xp̄s nec
pati diſpoſuerat. nec ꝟtutē ſuā oſtēdere vo
lebat. ſed oibꝰ alijs infantibꝰ ſe ſil'em exhibe
re. vñ Leo papa in ſer. Epiphie ait. ꝙ magi
inuenerūt Ieſuꝫ q̄ntitate paruū. aliene opiſ
indigētē fandi impotētē. ⁊ nulla ab huma
ne infantie gnalitate diſcretū. Cū ḡ btā vir
go venit hodierna die ī tēplū vt purificareꝫ
occultatū fuit diabolo ꝙ ipſa eſſet mr̄ dei.
Octaua rō đr abiectiōis ne. ſ. xp̄s ab in-
fidelibꝰ abijcereꝫ tanꝙ illegitime natus. vñ
Ambro. ſup Lu. di. Quid iudeis. q̄d hero-
di poſſet aſcribi: ſi natū ex adulterio vide-
retur pſequi. Nā de natis ex adulterio đr ī
c. ſi gens. lvj. di. de tali cōmixtione meretri
cū. Exiſtimādum eſt degeneres populos ⁊
ignobiles ⁊ furētes libidine fore ꝓcreādos
⁊ ad extremū vniuerſam plebē ad deterio-
ra ⁊ ignobiliora vergentē. ⁊ nouiſſime nec
bello ſeculari fortē. nec ſtabilē. nec honora
bilem hoibꝰ. nec deo amabilē eſſe ventūram.
hec ibi. Propterea ꝟgo btā hodie offert fili
um ſuū in tēplo vt approbeꝫ ex lege ꝙ nō
eſt natꝰ ex fornicatione. Nona rō đr de-
fenſionis. vt. ſ. defendereꝫ. b. ꝟgo ne occide
reꝫ. Naꝫ ex parte matris ſue erat de ſtirpe
Aarō. vt dictum eſt in. ij. pte p̄ncipali huiꝰ
opis. ſer. j. pte. ij. Uirgo aūt de ſtirpe ſacer-
dotali ꝓpter ſtuprū occidebaꝫ. ſicut ſcp̄tū
eſt Leui. xxj. ſilr ſm legē lapidabaꝫ nō ſolū
illa que iā erat deſpōſata vel nupta. ſ etiā
illa que in domo patris cuſtodiebaꝫ vt ꝟgo
q̄nꝗ nuptura. Dr̄ eñ Deuꝫ. xxij. ſi nō eſt in
puella inuēta ꝟginitas: lapidibꝰ obruēt eā
viri ciuitatꝭ illiꝰ ⁊ morieꝫ. qm̄ nefas fecit in
Iſrl' vt fornicareꝫ in domo pr̄is ſui. btā igi
tur ꝟgo Maria hodie venit in tēplū vt ſe
reddat immunē ab hac pena. ne. ſ. a iudeis
tanꝙ adultera occidereꝫ. Decima ratio
đr deteſtationis. deteſtādus eñ erat error
hereticoꝝ qui male de humanitate xp̄i ſen-
ſerūt. maxime Heluidij. q̄ dicere p̄ſumpſit

L
Ut diabolo myſterium celareꝫ.

Ne a iudeis abijcereꝫ

M
Ne vt adultera occideretur

N
Ut heretici cōfutarētur

matrē xp̄i a Joſeph poſt partū fuiſſe carnaliter cognitam. hoc eñ derogat dignitati ⁊ ſanctitati matris dei que ingratiſſima videretur ſi tanto filio cōtenta nō eſſet. ⁊ ſi ꝟginitatē que in ea miraculoſe cōſeruata fuerat ſpōte ꝑdere voluiſſet ꝓ carnis ꝯcubitū. Deteſtādus etiā fuit error Manichei. q̄ dixit xp̄m nō verū ſed fantaſticū corpus habuiſſe. Hoc eñ derogat dignitati ꝑſone aſſumētis. que cū ſit ꝟitas. nō decuit vt i opere ei⁹ aliqua fictio eſſet. Reprobādus etiaꝫ fuit error Valentini: q̄ dixit xp̄m attuliſſe corp⁹ celeſte. q̄ꝛ ſic nō ſaluaret ꝟitas humane nature in xp̄o. Refutātur aūt hi errores per h᷑ ꝙ btā ꝟgo fuit vera mr̄ xp̄i. vt habetur Mat. j. vñ in capl'is cyrilli approbatis in epheſina ſynodo d̄r. ꝙ ſi q̄s nō cōfitet̄ b. ꝟginē genuiſſe ſm̄ carnē veꝝ deū. anathēa ſit. ⁊ Ro. ix. inq̄t apl's. ꝙ ex iudeis eſt ſm̄ carnē xp̄s q̄ eſt ſuꝑ oia de⁹ bn̄dict⁹ in ſecula. Nō eſt aūt ex iudeis niſi mediāte. b. ꝟgine. Jō hodie ip̄a p̄ntat ip̄m in tēplo tanq̄ ei⁹ ꝟa ⁊ nālis ac digna ⁊ imaculata mr̄. deteſtās ſupradictas erroneas opiniōes hereticoꝝ.

Ut tem plū ſcti ficaret

Undecia rō d̄r ſctificatiōis. ſ. tēpli. vñ Aggei. ij. poſt ꝓphetiā ſupraſcriptā de aduētu xp̄i in tēplū ſubdit̄. Et magna erit gl'ia dom⁹ iſti⁹ nouiſſime pl⁹ q̄ prime. ⁊ īfra. Ex die iſta bn̄dicā ⁊c. Malach. q̄q3 iij. poſt ſupraſcriptā ꝓphetiā ſubdit̄. Ipſe eñ q̄ſi ignis cōflās ⁊ q̄ſi herba fullonū. ⁊ ſedebit cōflās ⁊ emūdās argētū. ⁊ purgabit filios Leui. Sicut ergo vt ſctificaret baptiſmū Johis venit ad baptiſmū. vt inq̄t Hiero. Aug. ⁊ Chriſ. ſuꝑ Mat. Ita vt ſctificaret tēplū voluit in eo p̄ntari. vñ Greg. niſenus ſuꝑ Lu. ait. Qui terrene cōtagia corruptele nō ſenſit: nō indigebat in tēplo ſctificari ꝑ quē ſctm̄ ſctōꝝ ip̄m erat tēplū ſctificandū.

Propt' myſticā ſignificationē

Duodecima rō d̄r ſignificationis ſ. ꝓpter myſticā ſignificationē. Naꝫ Leui. xij. c. p̄cipit̄. vt illi q̄ poſſent offerrēt agnuꝫ ſil̄ ⁊ turturē ſiue colūbā ꝓ filio vel filia. qui ꝟo nō ſufficerēt ad offerēdū agnū: offerrēt duos turtures aut duos pullos columbe. Xp̄s ḡ q̄ cū diues eēt. ꝓpter nos egen⁹ factus eſt. vt illi⁹ inopia diuites eſſem⁹. vt d̄r ij. ad Cor. viij. ꝓ ſe pauperū hoſtiā offerre voluit: ſicut ⁊ in ip̄a natiuitate pānis inuolutur ⁊ reclinat̄ in p̄ſepio. Voluit aūt de iſtis animalib⁹ ꝓ ſe oblationē offerri ꝓpter eoꝝ ſignificationeꝫ. Turtur enim quia eſt auis loquax: p̄dicationē ⁊ cōfeſſionē fidei ſignificat. quia ꝟo eſt animal caſtū ſignificat caſtitatē. ⁊ quia eſt ſolitarium animal ſignificat cōtemplationē. Colūba ꝟo eſt aial māſuetū ⁊ ſimplex. vñ ſignificat māſuetudinē ⁊ ſimplicitatē. Quia aūt eſt animal gregale ſignificat vitā actiuam. Hm̄ōi ꝟo hoſtia ſignificabat ꝑfectioneꝫ xp̄i ⁊ mēbroꝝ eius. Utrūq3 aūt iſtoꝝ animaliū ꝓpter cōſuetudinē gemēdi p̄ſentes ſanctoꝝ luctus deſignat. Sed turtur qui eſt ſolitaria ſignificat orationū lachrymas. Columba ꝟo que eſt gregalis ſignificat publicas orationes eccl'ie. Utrūq3 aūt animal duplicatū offertur: vt ſanctitas ſit nō ſolum in anima ſed etiā in corpore. Et hec oia ꝓbant̄ per dicta ſacroꝝ expoſitoꝝ p̄ntis euangelij ſimul illa cōiungēdo. Dicit eñ Beda in omel'. Hoſtia aūt hec pauperuꝫ erat. p̄cepit q̄ppe dn̄s in lege. vt q̄ poſſent agnū ꝓ filio aut filia ſil̄. ⁊ turturē ſiue colūbam offerrēt. Qui ꝟo nō ſufficiebāt ad offerēdum agnū: duos turtures vel duos colūbe pullos offerrent. Ergo dn̄s cū diues eſſet pauꝑ fieri dignat⁹ eſt: vt nos ſua paupertate diuitiaꝝ ſuaꝝ donaret eſſe participes. Cyrillus ꝟo ait. Uidēdum eſt aūt quid hec oblata inſinuāt. Nimirū loquaciſſima eſt turtur in auib⁹. at colūba eſt animal manſuetū. talis autē fact⁹ eſt erga nos ſaluator manſuetudinē ꝑfecte colēs ⁊ vt turtur orbē allexit: replēs hortū ſuum ꝓprijs melodijs. Occidebat̄ ergo turtur ⁊ columba vt ipſe ꝑ figuras nobis pādatur paſſurus in carne ꝓ vita mūdi. hec ille. Et Beda vbi. s. dicit. Uel columba ſimplicitateꝫ turtur indicat caſtitatē. quia ⁊ colūba ſimplicitatis. ⁊ caſtitat̄ amator eſt turtur: ita vt ſi cōiugem caſu ꝑdiderit. nō vltra aliam querere curet. Merito ergo turtur ⁊ columba dn̄o offerūtur in hoſtiā. quia ſimplex et pudica fideliū cōuerſatio eſt illi iuſticie ſacrificiū gratū. Athanaſius aūt addit. Ideo ꝟo bina iuſſit offerri. q̄ꝛ homine ꝯſiſtēte ex anima ⁊ corꝑe duplū a nobis poſcit de⁹ caſtitatē. ſ. ⁊ manſuetudinē. nō ſolum corꝑis ſed etiā anime. alioquin erit hō fictor ⁊ hypocrita gerēs in tegumentū occulte malicie innocentiā apparentē. Beda ꝟo vbi. s. etiā dicit. Cū autē vtraq3 auis ꝓpter cōſuetudinē gemēdi p̄ſentes ſanctoꝝ luctus deſignet. in hoc tn̄ differūt. ꝙ turtur ſoliuag⁹. columba aūt gregatim volare conſueuit. ⁊ ob id iſte ſecretas orationū lachrymas: illa publicos eccleſie conuentus inſinuat. Uel



columba que gregatiꝫ volat actiue vite frequentiā demonſtrat. turtur ꝟo que ſingularitate gaudet ſpeculatiue vite culmina denūciat. Et quia eque vtraq3 conditori accepta eſt hoſtia. cōſulte Lucas vtrū turtures an pulli columbarū pro dn̄o ſint oblati nō dixit. ne vnū alteri viuendi ordinē p̄ferret. ſed vtrumq3 ſequendum doceret. hec ille.

P Moralizatio oblationum

Per oblatiōes ergo que fiebāt in tēplo in purificatiōe. ſignificabat̄ oblatio quā facere debēt qui volūt intrare tēplum celeſte. Ut eñ ſepe ſupradictū eſt oēs debebant offerre aut agnuꝫ aut duos turtures vel duos pullos colūbarum. Btā aūt ꝟgo non obtulit agnū vel q̄ꝛ pauꝑcula erat. vel quia verū illū agnū dei offerebat q̄ abſtulit peccata mūdi. vt d̄r Joh. j. Illi ergo offerētes agnū ingrediūtur tēplū celeſte qui deo offerūt innocētiā. iuxta illud p̄s. xxv. Ego autem in innocētia mea ingreſſus ſum: redime me ⁊ miſerere mei. Et iſti dicūtur diuites vt ait Hugo cardinalis ſuꝑ Lucā. q̄ꝛ redēptio anime viri diuitie ꝓprie Prouer. xiij. Illi ꝟo offerētes turturē intrāt celeſte tēplū qui vitā ſequūtur cōtemplatiuaꝫ.

Colūbā offerūt.

Sed illi offerūt columbā ⁊ ingrediunt̄ tēplū paradiſi: qui deuote vitā ducūt actiuā. Utraq3 aūt auis bina ponit̄. q̄ꝛ ⁊ vtraq3 hꝫ gemitū pro cantu. ⁊ vita cōtemplatiua dꝫ habere duplicē oculum. vnū ad cōtemplādum ⁊ deſiderādum celeſtia. ⁊ alium ad videndum ⁊ deſpiciēdum terrena. Et ſimiliter vita actiua dꝫ habere duplicem actum animi. ſ. vnuꝫ erga ſe ad ſui gubernationē. ⁊ alium erga ꝓximum ad illius edificationem. Utraq3 etiā vita dꝫ habere duplicem gemitū ſm̄ Grego. Nā cōtemplatiua debꝫ habere gemitū amoris qui fit ꝓ deſiderio patrie celeſtis. ⁊ gemitū deuotiōis qui fit ꝓ cōſideratione dn̄ice paſſionis. Similiter ⁊ actiua vita debꝫ habere duplicē gemitū. vnū cōpunctionis ꝓ pctis ꝓprijs. ⁊ alium cōpaſſionis ꝓ pctis ⁊ miſerijs alienis. ita vt vnuſq̄ſq3 actiuā vel cōtemplatiuā peragens vitā: dicere poſſit illud Treñ. j. Multi ſunt gemitus mei. De gemitu aūt amoris exponi pōt illud Cañ. ij. Fulcite me floribus. ſtipate me malis q̄ꝛ amore lāgueo. De gemitu ꝟo deuotionis illud Rom. viij. Sp̄us poſtulat ꝓ nobis gemitib⁹ inenarrabilib⁹. De gemitu aūt doloris ꝓ pctis proprijs exponit̄ illud p̄s. xxxvij. Rugiebam a gemitu cordis mei. De dolore ꝟo cōpaſſionis proximi illud Treñ. j. Oēs porte ei⁹ ſ. Hierl'm deſtructe. Ideo ſacerdotes eius gemētes.

Ut diſcamus nos deo p̄ntare.

Tredecima rō d̄r p̄ntationis. quā ponit Athanaſius ſuꝑ Lucaꝫ dicens. Sed qū a paternis aſpectibus latuit dn̄s. aut q̄s locus excipit̄ ab ei⁹ imꝑio vt ibi exiſtendo ſemotus a patre ſit niſi afferat̄ hieroſolymā ⁊ introducat̄ in tēplū? Sed forte cā noſtri hm̄ōi ſcripta ſunt. Sicut enim nō gr̄a ſui hō fact⁹ eſt ⁊ circūciſus in carne ſꝫ vt nos ꝑ gratiā faceret deos. ⁊ vt ſp̄ualiter circūcidamur. ſic ꝓpter nos ſiſtitur dn̄o vt diſcamus deo p̄ntare noſipſos. Beda q̄3 vbi s. ait. Poſt trigeſimū aūt ⁊ tertiū circūciſionis diē dn̄o ſiſtitur. myſtice inſinuās neminē niſi circūciſum vitijs dn̄icis dignum eſſe cōſpectib⁹ neminēq3 niſi mortalitat̄ nexibus abſolutū ſuꝑne ciuitat̄ gaudia poſſe ꝑfecte ſubire. hec ille.

Ut nos inſtrueret

Decimaquarta rō d̄r inſtructiōis. vt. ſ. nos inſtrueret ꝙ ſi volumus tēplū eternuꝫ ſuꝑne patrie introire debem⁹ nos renouare. q̄ renouatio figurat̄ per aialia in tēplo deo offerēda. Vñ ſciendum ꝙ in veteri teſtamēto precipue fiebat oblatio de ſex generib⁹ animaliū. de tribus volatilib⁹ que ſunt paſſer. turtur ⁊ columba. ⁊ de tribus greſſibilibus. que ſunt bos. ouis ⁊ capra. ad demōſtrandū peccati reatum. Deus eñ creauit hoīem innocentē. q̄ ſi in innocētia ꝑſtitiſſet: non fuiſſet neceſſe ipſum animaliū ſanguine expiari. nec propriā ſenſualitatē ⁊ carnē mactare. qđ ſignificat̄ in aialiuꝫ morte. Sed poſtq̄ cecidit: oportuit ip̄m redimi ꝑ imolationē agni imaculati. ⁊ ꝑ p̄ciū ſanguinis ieſu xp̄i. vñ ꝑ ſacrificia illoꝝ aialiū nō auferebat̄ pctm̄: ſꝫ ſignificabat̄ imolatio ieſu xp̄i. Et ꝑ illa ſacrificia inſtruebat̄ hō imolare ſuā ſenſualitatē ſeu beſtialitatē ſui p̄ui deſiderij. ⁊ q̄ ad pctā ſp̄ualia que deſignātur ꝑ aues. ⁊ quo ad pctā carnalia q̄ ꝑ beſtias denotant̄. Nā hō in ſtatu innocētie habuit ſex. ſ. ſagacitatem quo ad intellectū. rectitudineꝫ quo ad iudiciū. bonitatē quo ad voluntatē. ſtrenuitatē quo ad effectū. ſobrietatē quo ad victū ⁊ manſuetudinē quo ad cōuerſationē cum alijs.

In innocētia ſex habuimus

Sed ꝑ pctm̄ omnia iſta ꝑdidit. Cecidit eñ a ſagacitate in hebetudinē. a rectitudine in obliquitatē. a bonitate in maliciam. a ſtrenuitate ⁊ fortitudine in ſegniciē ⁊ timiditatē. a ſobrietate in igluuiē. ⁊ a māſuetudine in furorē ⁊ crudelitatē. Renouari ḡ dꝫ hō ab hebetudine in ſagacitatē ꝑ ſollici

ſtudinē vigilātie. Ideo offerebaꝷ paſſer. vt habeꝷ Leuit. xiiij. Et ꝓter hoc ps. ps. cj. inqͭ. Uigilaui: ⁊ factꝰ ſum ſicut paſſer ſolitariꝰ in tecto. Renouari etiā dꝫ ad rectitudinē ꝑ ſimplicitatē. ⁊ iō offerebaꝷ colūba. Leui. xij. Et ꝓpᵗ h̄ inqͭ ſaluatoꝛ Mat. x. Eſtote ſimplices ſicut columbe. Renouari etiā dꝫ ad bonitatē ꝑ dilectionē ſynceram. ⁊ iō offerebaꝷ turtur qḋ eſt animal fidele in diligēdo. Et ꝓpter hoc dꝛ in euangelio hodierno. Obtulerūt par turturū. Renouari etiā dꝫ ad ſtrenuitatē ꝑ obediētiā. ⁊ iō offerebātur boues. vituli ⁊ vacce. q̄ ſunt animalia obediētia. vñ Proū. xiiij. dꝛ. Ubi nō ſunt boues ꝓſepe vacuū eſt. Renouari etiā dꝫ ad ſobrietatē ꝑ auſteritatē ꝑſymonie. ⁊ iō offerebanꝷ capre ſiue hedi. q̄ ſunt animalia habētia pilū ⁊ cibū aſperū. ⁊ ꝓpter hoc dꝛ Cañ. iiij. Capilli tui ſicut grex capraꝝ. Renouari etiā dꝫ ad manſuetudinē ꝑ tolerantiā. ⁊ ideo offerebanꝷ oues ſiue agni q̄ ſunt animalia māſuetiſſima. Et ꝓpter hoc dicebat ſaluatoꝛ diſcipulis ſuis Matth. x. Ecce ego mitto vos ſicut oues ī medio luporꝝ.

R *Ut docēt nos debere purgare* Decimaquinta rō dꝛ purgationis. quia enī vt inqͭ apl's Roma. xv. Quecūqꝫ ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinā ſcripta ſunt Ideo debemꝰ ſcire ꝙ ſaluatoꝛ noſter voluit ſic cū matre ſua ad purificationē ire vt nobis inſinuaret. ꝙ ſi ipſi qui fuerūt ſine crimine voluerūt purificari. multo magis nos pctōꝛes ⁊ maculis ac vitioꝝ immunditijs inuoluti debemus purgari. ſ. intus ⁊ extra. Intus enī dꝫ volūtas purificari ab oīni mala affectione. iuxta illud ps. lxxvj. Exercitabar ⁊ ſcopebā ſpm̄ meum. Itē intētio ab omni duplicitate. iuxta illud Iaco. iiij. Purificate coꝛda veſtra duplices animo. Itē rō ab omni ꝑturbatiōe. Sicut enī in aqua turbida imago nō lucet ſic rō turbata verū nō videt. Iō Prouer. xv. dꝛ. Aufer rubiginē de argēto. i. ꝑturbationē ab aīo. ⁊ egredietur vas puriſſimū. i. rō erit clara ⁊ pura. ⁊ Ezech. xij. inqͭ deus. Puriſſimas reddā aquas eiꝰ. Tūc enī deꝰ aquā puriſſimā reddit qñ rōnē turbatā clarā ⁊ pacificā facit. Scḋo debemꝰ purificari extra quantū ad oēs ſenſus coꝛpis exterioꝛes. Nā debēt purgari oculi ab illicita viſione. vñ ps. dicebat deo ps. cxviij. Auerte ocu. meos ne videant vanitatē. Itē aures ab illicitoꝝ auditiōe. iuxta illud Eccli. xxviij. Sepi aures tuas ſpinis: ⁊ noli audire linguā nequā. Item os a praua locutione dicente apoſtolo Eph. iiij. Omnis ſermo malus de oꝛe veſtro nō ꝓcedat. Itē manus ab illicita opatione. dicendo cū ps. ps. xxv. Lauabo inter inno. ma. meas. Itē odoꝛatus a laſciua odoꝛatiōe. iuxta illud Amos. vj. Optimo vnguēto delibuti ⁊c̄. Iſta aūt oīa purgāda ſunt a negligentia ⁊ toꝛpoꝛe. iuxta illud Eccī. vij. de negligētia purga te cū paucis. Debemꝰ qꝫ purificari opibꝰ pietatis. Miſericoꝛdia enim ⁊ elemoſyna purgat pctā. vt dꝛ Thob. xij. ⁊ Prouer. xv. ſcriptū eſt. ꝙ ꝑ miſericoꝛdiā ⁊ fidē peccata purgātur. ⁊ Luc. xj. ait dñs. Date elemoſynā ⁊ ecce oīa mūda ſunt vobis. Sicut enī aqua extinguit ignē. ita elemoſyna pctm̄ Eccī. iij. Itē ꝑ cōfeſſionē fit iſta purgatio. Uñ vt dꝛ. j. Mach. iiij. templum purgatū fuit ꝑ Iudā ⁊ ſocios eiꝰ. Iudas v̄o interꝓ̄tatur cōfeſſio. Studeamꝰ ergo eſſe taliter mūdati ab omni vitio vt de nobis verificari poſſit illud Iudicum. xvj. Purificati obtulerūt ſacrificia. ſ. ſimul cū puriſſima v̄gine que hodie obtulit pꝛo nobis filiū ſuū in tēplo. Qui eſt bñdictꝰ in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

De eadē intemerate v̄ginis purificatione. Sermo ſecundus.

# Uſcepimus deꝰ S

s miſericoꝛdiā tuā in medio tēpli tui ps. xlvij. In ſacra ſcriptura aliqñ accipitur tēplū pꝛo tēplo ſpūali. de quo inquit apl's. j. Coꝛ. iij. di. Neſcitis qꝛ tēplū dei eſtis vos. ⁊. vj. eiuſdē epiſtole. c. iterum ait. Neſcitis qꝛ mēbꝛa veſtra tēplū ſunt ſpiritusſancti q̄ in vobis eſt? Et. ij. Coꝛ. vij. etiam dicit. Uos enī eſtis tēplū dei. Sup omnes aūt electos beatiſſima dei genitrix virgo eſt tēplū diuine maieſtatis. Uñ de ipſa merito intelligi pñt v̄ba ꝓpoſita. De q̄ tēplo etiā intelligi ſpūaliter pōt illud qḋ inquit deus. iij. Reg. ix. di. Tēplū qḋ ſanctificaui nomini meo ꝓpitiaui. Sed heu quia de quibuſdā hodie verificatum eſt illud. ij. Paral'. xxiiij. Dereliqͬrunt tēplū dñi dei ſui. Et illud. ij. Eſdre. j. Polluerūt tēplū ſanctū dñi. Et illud ps. lxxviij. vbi ꝓpheta inquit deo. polluerūt templū ſanctū tuū. Quidam enī nō ſolum dereliquerūt deuotionē quā habere tenētur erga beatā v̄ginē Mariā. ſed etiā eā blaſphemāt. ⁊ eam maculatā ⁊ pollutā oſtēdere querūt. Et ideo nō eſt mi- *Maria tēplum*



rum ſi eius excellētiā ⁊ maieſtatē cōtēplari: atqꝫ illius puritatē cōceptionis intelligere nō pñt ꝓpter ſuā obſtinationē. Uñ de illis verificatur illud. ij. Paral. vij. Nō poterant ſacerdotes ingredi tēplū dñi. Quia v̄o nūc cōiter oēs xp̄iani huius ſacratiſſimi tēpli v̄ginalis ſanctitatē venerant. iō de illis verificatū eſt illud. iiij. Reg. xj. Ingreſſus eſt oīs populus tēplum dñi. Merito aūt dꝛ beata v̄go templū. qḋ interpꝛetatur. i. tectū amplum ſm̄ Iſido. xv. ethim. ⁊ Arch. xvj. q. vj. c. ⁊ h̄ diximus. qꝛ fuit tam ampla charitate vt deū in ſe recipere potuerit. In hoc tēplo laudabat dñm pꝛinceps ꝓphetaꝝ dauid. Uñ dicebat. ps. v. Adoꝛabo ad tem. ſan. tuū ⁊ cōfitebor nomini tuo. Hoc enī eſt illud templū dei quo ſpūaliter intelligi pōt illud Ezech. xliij. Ingreſſa eſt glīa dñi tēplū. Et illud Apoca. xv. Impletū eſt tēplum dñi maieſtate eius. Hoc etiā eſt illud tēplū de quo diciꝷ Apoc. xij. Apertū eſt tēplū dei in celo. Beata enī v̄go ſemper eſt parata ſubuenire recurrētibꝰ ad eā. *Cōfugientes ad eccl'iam* atqꝫ eos defendere ab omnibꝰ malis. Quēadmodum etiā eccleſia defendit ⁊ adiuuat paruulos expoſitos ante eam. c. ſi. lxxxvij. di. Et ſicut rei ad eccleſiā cōfugiētes nō debēt ſm̄ iura extrahi ꝟ violēter de ea. vt habetur in. c. rerum. xvij. q. iiij. ⁊. c. inter alia. de immu. ec. ⁊. l. pñti. C. de his qui ad ec. cōfu. Ita ad beatā v̄ginē recurſum habētes ſaluanꝷ ab hoſtibꝰ ⁊ liberanꝷ. Uñ ipſa figurata fuit per illud tēplū. de quo. j. Macha. x. dꝛ. Quicūqꝫ cōfugerint in tēplū obnoxij regi in omni negocio dimittanꝷ. Litteraliter v̄o templū accipiꝷ ꝓ eccleſia materiali. vt in. c. ex multis. j. q. iij. ⁊ ita exponere poſſumus v̄bū thematis noſtri. in quibus oēs xp̄iani debēt deo grās referre. quia recepe-rūt ſaluatoꝛē in tēplo ꝑ matrē ſuam hodie pñtatū. Ipſum nāqꝫ recepit ſanctus ille ſenex Symeon in vlnas ſuas de ſinu glioſe v̄ginis. cui tanꝙ ꝑſone cōi ⁊ totiꝰ humane nature ꝓcuratori ipſa pijſſima v̄go filium ſuū donauit ⁊ liberaliter obtulit. de qua ſanctiſſima ſolēnitate pñtatiōis dñi noſtri Ieſu xp̄i ⁊ purificatiōis matris eius iterꝝ qͭtuoꝛ cōſiderationes faciemus.

Pꝛima diceꝷ expoſitionis
Scḋa ſubiectionis
Tertia declarationis
Quarta v̄o appellabiꝷ cōſolationis.

Pars pꝛīma huiꝰſmōis q̄ dꝛ expoſitiōis.

v Olēs moꝛaliter exponere euāgeliū hodiernū: dimittā expoſitionē lralem illoꝝ v̄boꝝ. Poſtꝙ cōpleti ſunt dies purgationis Marie ⁊c̄. In ꝓcedenti enī ſermone patuit ꝙ non fuit purgata ab aliqua macula. ſ; voluit ſeruare cerimoniā purgatiōis ad exēplū vere humilitatꝭ. Hec enī eſt vera humilitas que nō vult humilis ꝓdicari ſed vilis reputari vt ait Ber. Alijs quoqꝫ de cauſis hoc egit quas ibidē retulimus. Sed addere poſſumus ꝙ etiā voluit ad tēplū ire. ꝓ purificatione ꝓpter exēplū ⁊ meritū obediētie: que plus facit ꝙ̄ teneꝷ facere. vt inqͭ Hugo cardinalis ſup Lucā. vbi etiā dicit ꝙ beata v̄go hoc etiā fecit in ſignū futuri ⁊ faciēdi. Cōceptus enī Marie ſignificat cōceptū fidelis anime. cuius ſpōſus eſt xp̄s. iuxta illud Ioh. iij. Qui hꝫ ſpōſam ſponſus eſt. Ipſe enī illi inqͭ Oſee ij. Deſpōſabo te mihi in fide. Semē ſponſi eſt eius grā qua fecūdatur anima. iuxta illud Eſa. vj. Semen ſanctū erit qḋ ſteterit in ea. Ex hoc aūt ſemine naſcūtur filij ſancti. i. ſācta deſideria ⁊ bona ꝓpoſita ac opera. Uñ ſuſcipiēti tale ſemen inquit ꝓpheta ps. cxxvij. Et videas filios filioꝝ tuoꝝ. Sicut autē beata v̄go Maria voluit purgari licꝫ nō indigeret. ita poſt partū bonoꝝ operum debet ſe anima reputari immūda. iuxta illud Iob. ix. Uerebar omnia opera mea ſciēs ꝙ nō parceres delinquēti. Et infra. Si lotus fuero quaſi aquis niuis. ⁊ fulſerint velut mūdiſſime manus mee. tñ ſoꝛdibus intinges me. Moꝛaliter etiā per Mariā ſignificatur vita actiua ⁊ cōtēplatiua. Diciꝷ enī ſtella maris. vñ ſtella ad cōtemplationē ꝑtinet. mare v̄o ad actionē. Purgari aūt dꝫ vita actiua a ſoꝛdibus operū. ⁊ ab immūditia affectionū. ⁊ a turpitudine cogitationū. que tria tanguꝷ Eſa. j. cum dꝛ. Lauamini. ſ. ab immūditia affectionū. mūdi eſtote. ſ. ab oībus immūdis operibus. ⁊ auferte malū cogitationū veſtraꝝ quo ad tertiū. Cōtēplatiua aūt vita purgari dꝫ ab affectibus ⁊ cogitationibus tm̄. Unde contemplatiuo dici pōt illud Ioſue xvij. Nō habebis ſoꝛtē vnā. ſed aſcēdes in montē. ſ. cōtēplatiōis. ⁊ ſuccides tibi atqꝫ purgabis ad habitādum ſpacia. ſ. fugiēdo omnia mūdana. Dū aūt dꝛ in euāgelio. ꝙ Maria ⁊ Ioſeph tulerūt puerū Ieſum in hierl'm ⁊c̄. In hoc datur foꝛma parētibus vt offerāt filios ſuos dño. eos ducēdo

*Expō ebangelij*

*Pro exemplo voluit purgari*

*Quō vtraqꝫ vita dꝫ purgar.*

*Filios offerri deo debere dic*

ad eccleſias ⁊ p̄dicatiões. ⁊ inſtruēdo in bo
nis morib⁹ ⁊ ꝟtutib⁹: ſeruādo illud Eccl̄i. vij.
Filij tibi ſunt erudi illos. ⁊ incurua eos a
pueritia eoꝝ. ⁊ Leui. xv. d̄r. Docebit̄ filios
iſrael vt caueāt immūditias ⁊ nō moriaꝛ
in ſordib⁹ ſuis. Prouer. q̄z. iiij. inq̄t Salo-
mon. Nā ⁊ ego fili⁹ fui patris mei tenell⁹
⁊ vnigenit⁹ corā matre mea ⁊ docebat me.
Sed multi offerūt filios ſuos poti⁹ diabo-
lo q̄ deo curioſe ac vitioſe ornādo. ⁊ vitijs
ac malis morib⁹ eos imbuēdo. Vñ p̄s de il
lis inquit. p̄s. cv. Immolauerūt fi. ſuos ⁊

Ih̄s portat⁹ eſt ad diuſa loca

fi. ſuas demonijs. Eſt etiā hic notandū q̄
d̄r ieſus portari in hierl'm. nā Matt. ij. d̄r
portari in egyptū. ⁊ Mat. iiij. d̄r duci in de
ſertū ⁊ portat⁹ in montē excelſuz. ⁊ ſup pin
naculū templi. Hierl'm em̄ eſt vita cōtēpla
tiua. vbi eſt vere pacis viſio. ſic em̄ interp̄ta
tur hierl'm. Vñ canit eccleſia. Vrbs beata
hierl'm dicta pacis viſio. Egypt⁹ ꝟo ſignifi
cat vitā actiuā vbi eſt meror ⁊ turbatio. ſic
em̄ interp̄taꝛ egypt⁹. Et iō inquit dn̄s diſci
pulis ſuis Ioh. xvj. In mūdo preſſuraz ha
bebitis. ⁊ Lu. x. d̄r. q̄ Maria ſedebat ſec⁹
pedes dn̄i. Martha ꝟo ſollicita erat ⁊ tur-
bata circa plurima. Deſertū ꝟo eſt clauſtrū
vbi ieiunaꝛ ⁊ diabolus ſupatur. Mons ex
celſus eſt faſtigium p̄lationis. Pinnaculū
tēpli eſt ſedes magiſtralis. In his igitur
q̄nqz locis inueniri pōt Ieſus. i. ſalus. Sed
tn̄ cōſiderandum eſt quis eum ibi portaue
rit. Nam in hierl'm ⁊ in egyptū ipſum por-
tauit Maria ⁊ Ioſeph. id eſt augmentū. ſ.
fides ⁊ charitas. Spūs aūt ſanctus duxit
eū in deſertum. In montē ꝟo ⁊ ſup pinna-
culum tēpli tulit illū diabolus. Ideo lz etiā
deus ferat aliquos ſup montez p̄lationis ⁊
ſuper pinnaculuz cathedre magiſtralis. tn̄
valde timēdum eſt taz p̄latis q̄ magiſtris
ne eos diabolus in ipſum montē p̄lationis
⁊ ſedis magiſtralis portauerit. Vñ Ma-
ria flens ⁊ dolēs dicebat Iohan. xx. Tule-
runt dn̄m meū ⁊ neſcio vbi poſuerūt euz. ſ.

X

an ſuper montē, an ſup pinnaculū. Dicit
autē glo. ſup Lucā. q̄ quattuor pſone por

Ieſus a q̄ttuor pſonis moraliter portatur

tauerūt Ieſuz in hac die. ſ. Maria. ioſeph.
ſymeon ⁊ anna. p quos ſignificatur q̄ xp̄s
per gratiā a quattuor pſonis portaꝛ. Pri-
mo ab illis qui habēt pn̄iaz amarā. qui ſi-
gnificātur per Mariam. que amarū | mare
interp̄tatur. ⁊ taliter portabat ap̄ls dicēs
ad Gal. vj. Ego enim ſtigmata dn̄i Ieſu in
corpore meo porto. Et ad Hebre. xiij. Exea

mus ad eum extra caſtra improperiū eius
portantes. Sc̄do portaꝛ ab illis qui habēt
bonā operationē cōtinuā. qui ſignificantur
p Ioſeph. qui: vt diximus: interp̄tatur au-
gmentū. Tales em̄ ab adoleſcētia incipiūt ⁊
vſqz ad mortē nō deficiūt. vñ Treno. iij. di
citur. Bonū erit viro cū portauerit iugum
dn̄i ab adoleſcētia ſua. Tertio portatur ab
his qui habēt etiā in aduerſis longanimi-
tatē ⁊ pſeuerantiā. ſeruātes illud Eccl̄i. vj.
Subijce humerū tuū ⁊ porta illam. ſ. diui
nam ſapientiā. Quidā autez ſubijciūt os.
quia ſciūt alios inducere ad pn̄iam. Quidā
digitos. qui aliqualē ſeu modicam habent
patientiā. Quidaz manū ſiniſtrā. qui ſunt
patientes in paruis tribulationibus ⁊ ad-
uerſis. Quidaz manū dexterā qui ſunt pa-
tientes in pſperis. Quidam ꝟo ſubijciunt
humeros. qui ſunt patiētes in grauib⁹ tri-
bulationibus ⁊ penis. Quarto portatur ab
illis qui habent puritatē ⁊ munditiam. qui
ſignificātur per Annā que munditiā ⁊ cōti
nētiam ſeruauit. Portāt em̄ xp̄m q̄ habēt
mūdiciā corporis. j. Cor. vj. Glorificate et
portate deū in corpore veſtro. Itē illi q̄ ha-
bēt puritatē mētis. Vñ ſpōſa inuitat ſpon
ſum Cañ. j. dicēs. Lectulus noſter florid⁹.
Beatus igitur ille de quo verificabiꝛ illud
Geñ. xlix. Suppoſuit humerū ſuū ad por-
tandum. ſ. dn̄m Ieſum. Ipſe enim ſaluator
in morte eius dicet illud Ezech. xij. In hu-
meris portatus ſum. ſ. a te. ⁊ ideo ego nūc
portabo te in celum. Per oblationes au

Oblationes hodierne q̄d ſignificent moraliter

tem que fiebant in purificatione moraliter
ſignificabatur oblatio quā quilibet xp̄ia-
nus redēptori ſuo debz offerre. De q̄ Bern̄.
in quodam ſermone inquit. Quis mihi tri
buat vt oblationē meā dignetur maieſtas
tāta ſuſcipe? Duo minuta habeo dn̄e corp⁹
⁊ animā dico. Et hec tibi perfecte poſſuz in
ſacrificium laudis offerre. Bonum eniz mi
hi longeqz glorioſius atqz vtilius eſt vt ti-
bi magis offerar q̄ deſerar mihiipſi. Nam
ad meipſum anima mea cōturbatur. hec il
le. Omnes ergo deuote offeramus nos do
mino noſtro Ieſu chriſto: qui pro nobis ob
tulit ſeipſum deo patri. ⁊ quotidie p̄ſente-
mus iſta duo munera ſicut faciebat quidā
religioſus dicens ei. Quid tibi pro tantis
reddam dulciſſime grates. Saluator meri
tis? nil ſatis eſſe poteſt. Vt tamē exigua vel
ſaltē in parte rependam. Que potero tota
munera mente ferā. Omne igiꝛ toto mihi



quod ɔtingit in orbe. Atqz animā iuncto
corpe ſemp habe. O igiꝛ deuoti xp̄iani vt
nō ingrati ſimus dn̄o nr̄o ieſu xp̄o de tāto
nobis collato bn̄ficio. ſi non habemus res
tēpales q̄s illi offeramus. ſaltē offerre ſe
ſtinemus ſibi cor nr̄m imaculatū. Hoc eſt
em̄ quod ip̄e a nobis hr̄e deſiderat dicens
illud Prouer. xxj. Fili p̄be mihi cor tuuz.
O igiꝛ fornicator ⁊ adulter. o luxurioſe ⁊
immūde: ſi aliud offerre nō p̄uales. ſaltez
offer illi pctm̄ cordis tui. ⁊ tu auare iſatia
bilitatē tuā. ⁊ tu peſſime pctōr ɔtritionem
oīuz pctōꝝ tuoꝝ: q2 cor cōtritū ⁊ hūiliatū
deus nō deſpiciet. p̄s. l. Vnde idez pph̄eta
inq̄t p̄s. lxxxiiij. Audiam q̄d loquaꝛ in me
dn̄s deus: qm̄ loqueꝛ pacē in plebē ſuam.
Et ſup ſctōs ſuos. ⁊ in eos q̄ ɔuertunꝛ ad

Y

Xp̄us voluit hr̄e teſtes ſue icarnationis

cor. Seq̄ꝛ in euāgelio. Et ecce hō erat in
hierl'z cui nomē ſymeō ⁊c̄. Pro cui⁹ decla
ratiōe ē notādū q̄ dn̄s sciēs, mltos ſe hr̄e
debere ɔdictores. mltos adhibuit ſue icar
nationis teſtes. lz mag̃ credaꝛ duob⁹ affir
mātibus q̄ multis negātib⁹ ⁊ ɔdicētibus
ſm̄ Inno. in. c. q̄d pſonale. de ꝟ. ſi. ⁊ Ioh.
an. in. c. j. de reſcrip. lib. vj. ⁊ glo. in. l. diez.
§. ſi plures. ff. de arbi. Voluit etiā hr̄e te-
ſtes digniores q̄bus mag̃ crediꝛ. etiaz qn̄
tot ſunt ab vna pte quot ab alia ſm̄ gl. in
auꝛ. de teſti. §. ſcim⁹. colla. vij. ⁊ Specu. in
ti. de teſti. §. qm̄. ꝟ. porro. ⁊ pbaꝛ i. l. iij. in
p̄n. ff. de teſti. Pr̄io aūt adhibuit mariaz ⁊
Ioſeph. Sc̄do angelos. Tertio paſtores.
Quarto reges. ſ. magos. Quīto Simeo-
nē ⁊ Annā ſenes. q̄ oēs nato dn̄o teſtimo
niū reddiderūt. Iohānes ꝟo ⁊ Elizabeth
nōdum nato ſ ɔcepto teſtimoniū ſuū de-
derunt. Prophete aūt ⁊ pr̄iarche ab initio
mūdi factis ⁊ dictis nec ɔceptū nec natuz:
ſ ɔcipiendū ⁊ naſcituꝝ ac paſſuꝝ p̄ſagiati
ſunt. Ap̄li ꝟo natū. paſſum ⁊ glorificatuz
vbiqz p̄dicauerūt. Oēs ergo iſti teſtes fue
runt dn̄ice incarnatiōis. Quib⁹ Eſa. xliij.
ipſe dn̄s ait. Vere vos oēs teſtes mei. De
hac aūt teſtificatione inq̄t Amb. ſup Luc̄.
Non ſolū ab angelis ⁊ pph̄etis a paſtori-
bus ⁊ a parētibus: ſ etiā a ſenioꝛib⁹ et iu-
ſtis generatio domini accepit teſtimoniū.
Sequiꝛ. Et homo iſte iuſtus ⁊ timorat⁹
⁊c̄. Iſte Simeō cōmendatur p̄ncipaliꝛ de
tribus. Primo em̄ quātū ad pximū d̄r iu-
ſtus. Sc̄do quantū ad deū d̄r timoratus.
Merito aūt poſt iuſticiā ſubdiꝛ timor: q̄a
ipſe timor eſt cuſtodia iuſticie. iuxta illud

Eccl̄i. j. Qui ſine timore eſt nō poterit iu-

Simeō eſt forma boni ſacerdotis

ſtificari. Tertio d̄r. Et ſpūſſanct⁹ erat i eo
quātū ad ſe. In ip̄o aūt daꝛ forma cuilibz
bono ſacerdoti. qui debet eſſe homo p mā
ſuetudinē. Nam Matth. v. d̄r. Beati mi-
tes: qm̄ ipſi poſſidebunt terrā. i. eccleſiam.
Sc̄do debet eſſe Simeō. ſ. audiēs merorē
p compaſſionez. ſicut faciebat pph̄a q̄ ait
Ezech. iij. Veni ad tranſmigrationē ⁊ ſedi
vbi illi ſedebāt. ⁊ manſi ibi ſeptem diebus
merēs in medio eoꝝ. Tertio dz eſſe iuſtus
alioq̄n māſuetudo ⁊ compaſſio ⁊ facilitas
venie occaſionē tribueret delinquēdi. c. vt
clericoꝝ. extra de vita ⁊ hone. cleri. ⁊. c. pe-
nul. vbi gl. de tranſla. prela. ⁊ in auꝛ. vt hi
qui obli. ſe ha. phi. res mi. §. vt aūt nō de-
mus. ⁊. c. eſt iniuſta. xxiij. q. iiij. Et pp̄ter h̄
diciꝛ. q̄ nimia māſuetudo crudelitas eſt.
c. ipſa pietas. eadē q̄ſtione ⁊ cā. Ideo iquit
Salomō Sap̄. j. Diligite iuſticiā q̄ iudica
tis terrā. Quarto dz eē timorat⁹. Scriptū
eſt em̄ Eccl̄i. xxvij. Si nō in timore dn̄i te-
nueris te inſtāter: cito ſubuerteꝛ dom⁹ tua.
Quīto dz eē ſollicitus p cōi vtilitate. Vñ
diciꝛ hic. Expectās cōſolationē iſrl'. Ser-
uabat em̄ illud Act. xx. Attēdite vobis ⁊
vniuerſo gregi. Sexto debet eē hitaculuz
ſpūſſancti p hūilitatē. Quia humilib⁹ dat
grām de⁹ Iac. iiij. Vnde d̄r. Et ſpūſſctūs
erat i eo. Scriptū ē em̄ Eſa. lvj. Sup quez
reſpiciā niſi ſup humilē ⁊ q̄etū. Poteſt ⁊

Z

aliter exponi ſm̄ moralitatē hoc quod d̄r.
Et ecce homo erat in hierl'z ⁊c̄. Hieruſalē
em̄ que vt. ſ. dictū eſt interp̄taꝛ viſio pacis
ſignificat eminētiaz vite clauſtralis. Ex q̄
videri poteſt pulchritudo pacis celeſtis in
quā aſcēdit ppl'us dei. Qui aūt ſunt i imo
vite ſecularis: nō poſſunt q̄ remota ſunt vi
dere. Symeon ꝟo figuraz tenet bonorum

Simeō tenz formā boni clauſtralis.

clauſtraliū. Vnde dicunꝛ hic ſex de eo que
debēt eſſe in bono clauſtrali. Primū eſt vt
ſit audiēs triſticiā. q̄ hoc nomē Symeon
ſonat. nā ea que ad luctū penitētialē exci-
tant libēter debet audire. nō ea q̄ cōmouēt
ad riſum. Ait em̄ ſaluator. Bt̄i qui lugent.
qm̄ ipſi cōſolabunꝛ. Matth. v. Ecōtra ꝟo
de diſſolutis inq̄t Lu. vj. Ve vobis qui ri
detis: quia lugebitis ⁊ flebitis. In h̄ ergo
noīe Symeon inſinuaꝛ nobis amor diſci-
pline. Secundū eſt amor obedientie quod
notaꝛ ibi iuſtus. Vulgariter em̄ ille iuſt⁹
diciꝛ qui nihil vult de alieno habere. Iuſt⁹
ergo eſt ille qui de his que a ſe alienauit cū

clauſtruʒ intrauit nihil vult habere. Jdeo Bern̄. dicebat fratribꝰ ſuis. Qui vr̄i curaʒ ſemel nobis cōmiſiſtis. q̄d rurſus de vob̄ vos intromittitis? Tertiū eſt timor. vn̄ additur timoratꝰ. Jnitiū em̄ ſapiē timor dn̄i. Eccli. j. Debet ergo clauſtralis eē talis vt verificet̄ de eo illud Eſa. xj. Et replebit eū ſpūs timoris dn̄i. Quartū eſt ꝙ habeat cōtinuā anhelationē ad ſpūales ⁊ ſupernas cōſolationes. Jdeo dr̄. expectās ꝯſolatōeʒ iſrael. Non em̄ debet q̄rere mūdanā conſolationē que amittere facit diuinā. dicente Bern̄. Delicata eſt dina ꝯſolatio. ⁊ nō dat̄ admittētibus alienā. Quintū eſt deſideriū ꝓficiendi. Jdeo dr̄. Et ſpūſſctūs erat i eo. Ut em̄ ait Bern̄. Teſtis inhabitātis ⁊ trahentis ſpūſſancti eſt bona volūtas. Nā ſicͤ apparet in velis cū a ventis ferunt̄. ſic bn̄ apparet cum vētis ſpūſſancti cor hominis ꝑcutit: quia eū ad bonū ꝓpoſitū ⁊ opꝰ virtuoſum implēdū īducit. iux̄ illud ps̄. cxlij. Spūs tuus bonꝰ deducet me ī terrā rectā. Sextū eſt ꝙ deſideret videre xp̄m an̄ mortem ſuā. Jdeo dicit̄. Reſpōſum acceperat Simeō a ſpūſancto nō viſurū ſe mortem niſi videret xp̄m dn̄i. Debet aūt appetere illam viſionē quaʒ efflagitabat ps̄. cv. di. Viſita nos in ſalutari tuo. ad videnduʒ in bonitate electoꝝ tuoꝝ. Apparet eniʒ dn̄s ieſus. ⁊ ſi nō ſemꝑ corꝑaliter. tn̄ v̄tualiter et ſpūaliter per internā conſolationē electi ſuis. ita vt q̄ſi certos eos reddat de ſalute ſua. dicēs aīe fideli illō ps̄. xxxiiij. Salꝰ tua ego ſum. Unde ipſi electi talē fiduciaʒ de ſalute ſua habētes in hac vita dicūt cuʒ ap̄lo illud Philip. j. Cupio diſſolui et eſſe cū xp̄o.

A Quoīr obuiare xp̄o debemus.

Sequit̄ euangeliū. Et venit in ſpū in templū. Hoc aūt factū eſt vt oñdat̄ ꝙ ⁊ nos debemꝰ in ſpūſancto obuiare xp̄o dn̄o veniēti in templū. vt poſſit de vnoq̄ʒ noſtrū dici illud Eſa. lxiiij. Occurriſti letāti: ⁊ facienti iuſticiā. Propter hoc autē iſta ſolēnitas non ſolū purificatio ⁊ cādelaria ſed etiā hypopāti. i. occurſus vel obuiatio appellat̄. vt ait Alex. de ales. in. iiij. ſui cōpendij. Debet igit̄ quilibet intrare eccl'iaʒ ex deuotione ⁊ nō ex cupiditate. ſicut aliq̄ faciunt qui ſolū ꝓpter pecuniā ad eccl'ias vadunt vt cantēt. ſicut dicebat quidā. Domine miſere. za candille za dane. Non dʒ etiā quis intrare in templū in ſpū ſuꝑbie ſicut ambitioſi qui ſibi vſurpāt dignitates eccleſiaſticas. Nō in ſpiritu auaricie ſicut Simon magus. Non in ſpū inanis glorie ſicut illi qui ſe ornāt pompatice: vt appareant hoībus alijs maiores ⁊ digniores. Nō in ſpū ſimulationis ſicut hypocrite: vt videant̄ alijs ſanctiores. Non in ſpū luxurie ſicut illi qui ideo ad eccl'ias vadūt vt mulieres videāt: ⁊ mulieres vt videāt viros. ⁊ cōcupiſcant vel cōcupiſcant̄. Non in ſpū vanitatis. ſicut illi qui vadūt ad eccl'ias cā ſolatij. vel vt vana loquant̄ ſiue de temporalibus. Non in ſpū accidie. ſicut illi qui in eccleſijs dormiūt quādo dicunt̄ dina officia. vel quādo p̄dicat̄ ⁊ nō orant. nec ſtant attenti. Tales em̄ nō inueniūt chriſtū. nec illū amplexāt̄ brachijs ſpūalibus anime. Jn ſpū ergo ſancto debet vnuſq̄ſqꝫ tēpluʒ intrare. vt poſſit puerū ieſum videre. ⁊ amplecti cū ſancto Simeone.

B Xp̄z acciꝑe ī vlnas moralr debemꝰ

Sequit̄ aūt in euāgelio. ꝙ p̄dictus Simeō accepit eū in vlnas ſuas. i. in brachia ſua. ad innuendum ꝙ per opa bona venit̄ ad ſalutē. Nō em̄ ſufficit fides habenti tp̄us et modum bene operādi. iuxta illud Jac̄. ij. Quid ꝓderit fratres ſi fidē dicat quis ſe habere. opa aūt nō habeat: nūquid poterit ſaluare eū? quaſi dicat nō. Unde etiā addit. Sic corpꝰ ſine ſpū mortuū ē: ita fides ſine operibus mortua eſt. Unde. j. ad Corinth. iij. dicit̄. Unuſq̄ſqꝫ ꝓpriā mercedē accipiet ſm̄ ſuuʒ laborē. Gloſa vͦo ſuper hoc euāgelio dicit ꝙ per hoc ꝙ ſenex accepit infantē. inſtruimur ꝙ depoſita vetuſtate debemꝰ induere nouitateʒ vite. iuxta illud ad Roman̄. xij. Renouamini ſpūs mētis veſtre: ⁊ induite nouū hoīem qui ſm̄ deū creatus eſt. Jtem ꝑ hoc ꝙ vlne iuſti ſenis corꝑe ſuſcepti pueri tegunt̄. ſignificat̄ ꝙ lex vetus operiēda erat gratia euāgelica. Jtem ꝑ hoc denotabatur. ꝙ mūdus in peccatis inueteratus xp̄iane infantie nouitate erat induēdus. Jtem vt inq̄t Hugo cardinalis vbi. ſ. Simeon qui Jeſum in vlnis portauit: tenet figuram bonoꝝ actiuorū. Maria vͦo que in vtero ip̄m detulit: tenet figurā bonorū contemplatiuorum qui in corde chriſtum geſtant. Joſeph aūt qui credit̄ eū in humeris in egyptū portaſſe: tenet figurā prelatoꝝ. qui magis ꝑ xp̄o laborāt. ⁊ minꝰ eius viſione ꝯfruunt̄. hec ille. Beda vͦo ſuꝑ illa verba. iuſtus ⁊ timoratus: ait. Quia difficulter iuſticia ſine timore cuſtoditur. Non illum dico timoreʒ qui tempalia ſibi bona ſubtrahi ꝑhorreſcit queʒ perfecta dilectio



foras mittit: ſed timorē dn̄i ſanctū q̄ manet in ſecula: quo iuſtus deū quāto ardētiꝰ diligit tāto ſolertiꝰ offēdē cauet. et Amb. addit. Et bene iuſtus q̄ nō ſuaʒ ſed populi grām req̄rebat. Unde ſequitur. Expectās conſolationē iſrael. Qđ exponit Greg. niſſenus di. Non vtiqꝫ mūdanā felicitatem in ꝯſolationē iſrl'. prudēs Simeō expectabat. ſed verā tranſlationē ad v̄itatē decorē ꝑ ſeparationem a legis vmbra. Habuerat nāqꝫ per oracula. ꝙ viſurus eſſet xp̄m dn̄i p̄us q̄ de ſeculo p̄nti trāſmigraret. Unde ſequit̄. Et ſpūſſanctus erat in eo. a quo. ſ. iuſtificabat̄. Amb. aūt dicit. Cupiebat ipſe quidē corporee vinculis fragilitatis abſolui: ſ; expectabat videre ꝓmiſſum. Sciebat em̄ quia beati oculi qui viderēt dn̄m.

E Quāto deſiderio q̄ſqꝫ dʒ ſatagē xp̄m videre

Greg. vͦo. xviij. moral'. inq̄t. Jn q̄ etiaʒ diſcimus quāto deſiderio ex plebe iſraelitica ſancti viri incarnationis eius myſteriū videre cupierunt. Beda autē dicit. Uidere aūt mortē expiari eā ſignificat. Multūqꝫ felix mortem videbit carnis. quicūqꝫ xp̄m dn̄i p̄us oculis carnis videre ſategerit cōuerſationem habendo in celeſti hierl'm. ac templi dei limina frequētando. hoc ē ſanctorum. in quibꝰ deus habitat exempla ſectando. Eadē aūt ſpūs gratia qua olim vēturū ꝓcognouerat. ⁊ nunc venientē cognouit. Unde ſequit̄. Et venit in ſpū in tēplū. Ubi inquit Origenes. Et tu ſi vis tenere xp̄m ⁊ amplexari manibus: omi labore niſtere vt ducem habeas ſpm̄. veniaſqꝫ ad tēpluʒ dei. Gregorius vͦo ait. Quā beatꝰ ille ſacer ad ſacra introitus per quem ad vite terminū maturauit. beate manꝰ q̄ verbum vite palpauerūt. ⁊ vlne quoqꝫ quas ad ſuſceptionem parauit. Beda aūt inquit. Accepit aūt iuſtus ſm̄ legē puerum Jeſuʒ in vlnas ſuas: vt ſignificet iuſticiaʒ operum que ex lege erat ꝑ manus ⁊ brachia figuratorum. humili quideʒ: ſed ſalutari fidei euangelice gratie imitāda. Accepit ſenior infantē xp̄m vt inſinuet hoc ſeculuʒ quaſi ſenio iam defectū ad infantiā ⁊ innocētiā chriſtiane religionis rediturum. hec ille. Jn quibꝰ verbis cōfirmat ea que ſuperius diximus de ſenectute Simeonis. Origenes vͦo de eodeʒ Simeone loquēs ait. Si ad tactum fimbrie veſtimēti mulier ſanata eſt. quid putādū eſt de Simeone qui in ſuas vlnas accepit infantem. ⁊ gaudebat videns ꝑuuluʒ a ſe geſtari qui venerat ad vinctos ſoluēdos: ſciens neminē eū poſſe de clauſtro corꝑis emittere cuʒ ſpe future vite: niſi eum quē in brachijs continebat.

D Extrā~ admiratur Augu. hūilitatem xp̄i

tur in leua. i. in pñti vita. ⁊ nõ in dextera. i.
in btitudine. qr̃ h̃ eſt fides ibi viſio ⁊ ſpẽs.
ſiue qr̃ fides eſt nobis ſcutũ cõtra diaboli
tẽtamẽta. vñ apl's ad Ephe. vj. ait. In om
nibus ſumẽtes ſcutũ fidei vt poſſitis oĩa
tela inimici ignea extinguere. Nõ tñ auteꝫ
in paradiſo erat diuerſitas arboꝝ. ſed ma-
xime fuit ibi a deo poſitũ lignũ vite in me-
dio paradiſi Gen. ij. De quo ſic dicit Aug.
virgo Maria paradiſus dr̃. In cuiꝰ medio
poſitum eſt lignũ vite, cuiꝰ folijs ſanant in-
firmi. cuius odor viuificat mortuos. cuius
ſapor dulcorat amaros. cuiꝰ vmbra refrige
rat miſeros. cuius aſpectus letificat ange-
los. hec ille. Scd̃o in paradiſo fuit iocun
ditas riuuloꝝ. vñ Gen. ij. dr̃. Fluuiꝰ egredi
ebatur de loco voluptatis ad irrigãduꝫ pa
radiſuꝫ. qui diuidit i quattuor capita. Iſte
fluuius paradiſi eſt abũdantia ſpũſſancti q̃
fuit copioſiſſime in Maria. ⁊ diuiditur in
quattuor capita. quia vnũ mittit ad contẽ
platiuos: dans eis gratiã ⁊ deuotionẽ orã
di. Aliũ mittit ad actiuos dans eis gratiã
perſeuerãdi. Aliũ mittit ad plãtos: dãs eis
gratiã preſidendi. Aliũ ꝟo mittit ad ſubdi
tos dans eis gratiã obediẽdi. Tertio fu C
it in paradiſo aure tenuis gratum refrige-
riũ. vñ Gen. iij. dr̃. de Adam. Cum audiſſet
vocem dñi deambulãtis in paradiſo ad au
ram poſt meridiẽ. Iſtud autẽ refrigeriũ fe
cit in beata ꝟgine ſpũſſancti gratia. iuxta
illud Lu. j. Spũſſanctus ſupueniet in te. ⁊
virtus altiſſimi obumbrabit tibi. i. ab om-
ni eſtu carnalis ꝯcupiſcẽtie te refrigerabit. D
Quarto in paradiſo fuit cantus auium
maxime ſpũalium. ſ. angeloꝝ. qui laudẽ dei
ſemp cantant. iuxta illud Job. xxxiiij. Cuꝫ
me laudarẽt aſtra matutina. ⁊ iubilarent
oẽs filij dei. Iſte igit aues. i. angeli ad hono
rem bñdicte ꝟginis decãtauerũt in ſuo hor
tu. iuxta illud Heſter. viij. Iudeis noua lux
oriri viſa eſt ⁊c̃. Cantauerũt etiam in ſuo
partu dicẽtes. Gl'ia in excelſis deo ⁊c̃. Lu E
ce. ij. Iteꝫ in ſua aſſumptione. vñ in figura
pdictũ fuerat. ij. Reg. vj. Deducebãt archã
dñi. i. beatã ꝟginẽ cũ iubilo ⁊ clangore tu-
be. Et etiam modo cantant in ſua glorifica
tione. ⁊ ſimiliter xp̃s cum eis laudat mrẽm
ſuã. iuxta illud Prouer. vl. Surrexerũt filij
eius ⁊ beatiſſimã predicauerũt. vir eius et
laudauit eam. Quinto in paradiſo ter- F
reſtri fuit dulcedo fructuũ. de quibꝰ licituꝫ
erat comedere. dicente dño Gen. ij. de omni
ligno paradiſi comede. Unus tñ fructꝰ fuit
phibitus. de quo ibidem ſubdidit deus. De
ligno autẽ ſciẽtie boni ⁊ mali ne comedas.
Beata auteꝫ ꝟgo Maria meliorẽ ⁊ dulcio
rem fructũ ptulit illum. ſ. de quo ipſi virgi
ni dictum fuit Lu. j. Bñdictus fructus ven
tris tui. Iſte etiã eſt fructꝰ ille q̃ inq̃t Iohã.
vj. Ego ſum panis viuus qui de celo deſcẽ-
di. Fructus quidẽ ſcientie boni ⁊ mali fuit
occaſionaliter cauſatiuus morꝫ. dicẽte do-
mino Gen. ij. primis parentibꝰ. Quacunq;



hora comederitis ex eo morte moriemini.
Hic aũt fructus btẽ ꝟginis eſt viuificatiuꝰ.
vñ dixit. Ego ſum panis viuꝰ. Fructus etiã
A oĩs paradiſi terreſtris fuit de humo pdu-
ctus. iuxta illud Gen. ij. pduxit aũt domi-
nus deꝰ de humo omne lignũ ⁊c̃. Sed fru-
ctus ꝟginalis fuit de celo delatꝰ. vñ ait. q̃
de celo deſcẽdi. Itẽ fructus ligni vite poſi-
tus in medio paradiſi cõſeruabat vitã cor-
poralẽ. vñ poſt pctm̃ Ade dixit deꝰ angelis
Gen. iij. videte ne forte ſumat de ligno vite
⁊ viuat in eternũ. Iſte aũt fructus celeſtis
dat nobis vitã celeſtẽ ppetuã. vñ dr̃ Joh.
vj. Si qs mãducauerit ex h̃ pane viuet in
eternũ. Btã igitur ꝟgo q̃ nobis attulit hũc
cibũ bñdictuꝫ. facta eſt q̃ſi nauis inſtitoris
B de longe portãs panẽ ſuũ Prouer. vltimo.

Exorat actor in beatam virginẽ

O igitur dñe deus q̃ formaſti Adam in
agro damaſceno. ⁊ poſtea eũ tranſtuliſti in
paradiſo terreſtri Gen. ij. ⁊ ibi Nico. de ly-
ra. ⁊. c. illud. ⁊ ibi glo. xl. diſt. Et p glo. in. l.
aſſumptio. ff. ad muni. ⁊ p magiſtrum ſen.
in. ij. diſt. xvij. ⁊ p magiſtrũ in hyſtoria ec-
cleſiaſtica. Me qꝫ de agro damaſceno in q̃
eſt terra rubea. i. de rubedine pcti eripe. ⁊ li
bera me de ſanguinibꝰ. ps. l. ac trãſfer ĩ pa
radiſum terreſtrẽ ad deuotionẽ bñdicte ma
tris tue. q̃ eſt amenior paradiſo illo terre-
no. Fac vt ſuperẽ oẽs in amore huiꝰ ame-
niſſimi paradiſi. ita vt in bono dicatur de
me illud Ezech. xxxj. Cedri nõ fuerũt altio
res illo in paradiſo dei. trãſſumptiue in. c.
principiũ. de pe. di. ij. Hic eſt enĩ ille paradi
ſus de quo inquit filius dei Eccĩ. xxiiij. Ego
ſicut aqueductꝰ exiui de paradiſo. Iſte autẽ
ꝟginalis paradiſus aliũ paradiſuꝫ pduxit
vñ dixit illi eius ſponſus celeſtis Can. iiij.
Emiſſiones tue paradiſus. Et ideo ipſe pa
radiſus celeſtis dñs noſter poſtea dixit la-
troni cõuerſo. Hodie mecũ eris in paradi-
ſo. Lu. xxiij. ⁊ trãſſumptiue in. c. baptiſmi
vicẽ. de cõſe. di. iiij. O igitur dñe Jeſu para
diſe de padiſo. rogo te ne emittas me vnq̃
de h̃ paradiſo voluptatis ſicut eieciſti Adã
Gen. iij. ⁊. c. Adã. ⁊. c. quelibet. xl. di. Btã
enĩ huiꝰ bñdicte matris tue q̃ eſt ſicut para-
diſus in bñdictionibꝰ Eccl'i. xxiiij. Fac ergo
vt dicere poſſim cõtinue illud Gen. iij. Uo
cẽ tuã audiui in paradiſo. Fac vt nõ ſolum
ſemel mihi dici poſſit illud Ezechie. xxviij.
In delitijs paradiſi dei fuiſti. ſed perpetuo
dicatur illud. ij. Cor. xij. Raptꝰ eſt in para
diſum. ⁊ illud Eccl'i. xliiij. Trãſlatꝰ eſt in pa
radiſum. Et tũc ero ſecurus ⁊ cõſolatꝰ. Cuꝫ
enĩ de paradiſo materiali dicat Gen. iij. ꝙ
deꝰ collocauit ante paradiſuꝫ voluptatꝭ che
rubin. ⁊ flãmeũ gladiũ atq; ꝟſatilẽ ad cu-
ſtodienduꝫ ne qs introeat. Multo magis
ad cuſtodiã iſtius celeſtis paradiſi collocaq;
uit multos angelos. ⁊ flãmã ignis ſpũſſan-
cti ad defendendũ ne aliquis demõ vnq; in
eum introiret per peccatũ. ⁊ nõ ſoluꝫ ad cu
ſtodiendum ipſuꝫ paradiſum. ſed etiaꝫ eos
qui in illo per deuotionem ingrediũtur. O
igitur felix. o fortunatus. o beatꝰ ille qui in
paradiſum iſtum deuoto mẽtis affectu in-
troierit. Nam inquit ſaluator noſter Apo-
cal. ij. Dabo ei edere de ligno vite qđ eſt in
paradiſo dei mei. In hoc etiaꝫ paradiſo in-
ueniet omnia bona que dicũtur fuiſſe in pa
radiſo materiali. de quo ait Damaſce. li. ij.
Paradiſus in oriente poſitus eſt omni ter
ra excelſior tẽperato ⁊ tenuiſſimo ac puriſſi
mo aere fulgẽs. plantis ſemper floridis co
matus. ac bono odore plenus. lumineq; re
pletus. hec ille. Et idem dicit Auguſtinus
ſuper Gen. ⁊. xiiij. de ciuitate dei. Bern.
etiam ſuper Can. inquit. Habitabat homo
in paradiſo. ⁊ in loco voluptatis conuerſa-
tio eius. vbi nihil doloris aut moleſtie ſen-
tiebat. odoriferis ſtipatus malis ⁊ pomis.
fulcitus floribus. honore et gloria corona
tus. et magna claritate ob inſigne diuine
ſimilitudinis refulgebat. Et erat ei fors atq;
ſocietas cum beata plebe angelorum. ⁊ cũ
militia celeſtis curie atq; exercitꝰ. hec ille.
Albricus autem de roſate in ſuo dictiona-
rio in verbo paradiſus dicit. Iſte paradiſus
dicitur ameniſſimus ex mirificis inſertio-
nibus. ex pulcherrimis plantationibus. ex
fragrãtiſſimis aromatibus. ex vernãtibus
floribus. ex tẽperatiſſimis roribus. ex mo-
deratiſſimis ventis ⁊ flatibus. ex ameniſſi
mis auium cantibus. ex puriſſimis flumini
bꝰ. ex validiſſimis ſepibꝰ. ⁊ ex oculatiſſimis
cuſtodibꝰ. Ibidẽ etiam inquit pdictus do-
ctor ſm̃ Catholicon. ꝙ paradiſus dr̃ quaſi
parãs dei viſum. Que oĩa excellẽtiſſime fu
iſſe in paradiſo noſtro ꝟginali poſſent mo
raliter declarari. ſed breuitatis cã pertranſ
eo. relinquẽs illa cõtemplãda ſagaciſſimo
ac prudẽtiſſimo lectori. q̃ nouit ſugere mel
de petra oleũq; de ſaxo duriſſimo. atq; de
exiguis eximia cogitare. Scd̃o pncipalr
in hac pte dico. ꝙ btã ꝟgo eſt hortꝰ delitia
rũ. quẽ quidẽ ortũ deus manu ſua plãtauit.

paradiſ9 ubi ſit ſitus.

aug.

M Maria aſſimilat horto delitiarum

Unde in figura dr̄ Heſter.i.c. Juſſit rex.i.
deus cōuiuiū ꝑparari in veſtibulo horti ⁊
nemoris.i. in vtero ꝟginis. qđ regio cultu
⁊ manu cōſitū erat. Tūc em̄ deus ibi para-
uit cōuiuiū: qn̄ naturā humanā ſue diuini-
tati vniuit. De iſta etiā plātatione dr̄ Eccli.
xliij. Plātauit illū dn̄s. Itē de ipſa bn̄dicta
ꝟgine pōt exponi illud Ezech. xvij. Plāta-
bo eā ⁊ erūpet in germen ait dn̄s. Et illud
eiuſdē li. c. xlvij. Sup aquas multas plāta
ta eſt. Scđo deus iſtū hortū plantatū con-
ſeuit diuerſis arboribꝰ. i. diuerſis ꝟtutibꝰ.
Un̄ in huiꝰ ſignificatione pōt exponi illud
qđ dr̄ Eccl. ij. vbi ait Salomon. i. deus. Fe
ci hortos ⁊ pomeria. ⁊ cōſeui ea cūcti gene
ris arboribus. Et dicit hortos in plurali.
quia deus cōſeuit ⁊ hortū ſui corporis ꝟgini
tate. ⁊ hortū ſue mentis humilitate. Tertio
ipſum cōſertum diuerſis riuis gratiaꝝ irri
gauit ⁊ quodāmodo inebriauit. iuxta illud
Eccli. xxiiij. Rigabo hortum plātationum
mearum. ⁊ inebriabo partus mei fructum.
Quarto ipm̄ irrigatū totū ameniſſimuꝫ fe
cit. iuxta illud Ezech. xxvij. Terra illa in-
culta. i. Maria que fuit integra ⁊ illibata.
facta eſt vt hortus voluptatis. ⁊ in iſtū hor
tum ſic delicioſuꝫ deus deſcēdit ⁊ ibi come
dit. quia carne ⁊ ſanguine ꝟginis ſe ibi pa-
uit ⁊ lilia collegit. quia in eiꝰ puritate mul-
tum delectatꝰ fuit. Unde Can̄. vj. inq̄t ipſa
ſponſa celeſtis. Dilectus meus deſcēdit in
hortū ad areolam aromatū vt paſcatur in
hortis ⁊ lilia colligat. Iſte autem hortꝰ fuit
clauſus. irriguus. amenus. ⁊ fructiferus.

I

Hortus clauſus

Primo nāqꝫ fuit hortus clauſus. qꝛ ita
ſemꝑ habuit beata virgo cor clauſum ma-
loꝝ ꝙ nūꝙ in illud ſubitrauit aliqua demo
nis ſuggeſtio vel praua delectatio. ⁊ h̄ eſt
qđ dr̄ Can̄. iiij. Hortus concluſus es ſoror
mea ſpōſa. fons ſignatus. qđ ideo dr̄. quia
nūꝙ eius cor ſubintrauit aliq̄s prauus cō
ſenſus. Deus em̄ ipſam ſignauit ⁊ clauſit. ⁊
ipſe ſolus clauē portauit. cuius theſaurus
intus latebat. Nꝛ autē predicta ꝟba canti
coꝝ intelligantur de beata ꝟgine pꝫ ꝑ glo.
in. c. omnibus. xxiiij. q. i. Et notandum ꝙ
in preallegata autoritate bis dr̄ hortus cō
cluſus. quia ꝟgo glīoſa in corpore ⁊ in ani
ma ſic ab omni infectione ⁊ vitio clauſa fu
it. ꝙ nunꝙ aliquā maculam recepit.

Hortus irriguꝰ

Se
cundo fuit hortꝰ irriguus. iuxta illud Can̄.
iiij. Fons hortoꝝ puteus aquarum viuen-
tiuꝫ que fluūt impetu de lybano. Aque em̄
gratiarū iſtius horti bonos fecundant. et
ideo dr̄ fons hortorum. Boni enīꝫ ſunt hor
tus dei. qui ſenſus ſuos clauſerūt cōtra de-
lectamēta mundi. Iſte etiā aque peccato-
res mortuos in peccatis viuificāt. Et ideo
dr̄ puteus aquarū viuentiū. Mali em̄ qui
ſunt ꝓfundati in peccatis ſunt puteus dia
boli. ⁊ ideo deo de malis dr̄ ps. liiij. Dedu-
ces eos in puteuꝫ interitus. Unde etiā exo
rabat deum idem ꝓpheta. dicēs ps. lxviij.
Neqꝫ vrgeat ſuꝑ me puteus os ſuū. Aque
igitur beate ꝟginis ideo dicūtur viue. quia
ipſos pctōres per pctm̄ mortuos ad vitam
gratie reuocāt. Iſte etiam aque beatos in
celo letificāt. Et ideo dicitur: que fluūt im-
petu de lybano. Unde ⁊ ꝓpheta inquit ps
xlv. Fluminis impetus letificat ciuitatem
dei.

Hortus amenꝰ

Tertio iſte hortus fuit amenus. Et
ideo poſtꝙ ſpōſus celeſtis ſponſam ſuaꝫ cō
mendans dixit. Hortus cōcluſus es ⁊c̄. ſta
tiꝫ amenitatē iſtius horti deſcripſit dicēs.
Emiſſiones tue paradiſus maloꝝ punicoꝝ
cuꝫ pomoꝝ fructibus. Cyprus cum nardo.
⁊ crocus cū fiſtula. ⁊ cynamomū cū vniuer
ſis lignis lybani. Myrrha ⁊ aloes cū om-
nibus primis vnguētis. Ecce ꝙ amenus ⁊
delicioſus eſt hortus iſte. qꝛ emiſſiones ſue
. i. ꝟtutes quas emittebat fuūt quaſi para-
diſus. i. delicioſe ⁊ amene. Deinde oſtendit
ſuā amenitatē. quia ibi fuerūt mala puni-
ca cum pomoꝝ fructibus. i. virtutū odora-
bilitas ⁊ deuotiōis myrrha ſuauitatis. Nā
mala punica habēt grana ordinata. ⁊ po-
ma ſunt dulcia. Ad iſta aūt poma ipſa ſpō
ſa inuitat ſpōſum ſuum. dicēs Can̄. v. Ue-
niat dilectus meus in hortum vt comedat
fructū pomoꝝ ſuoꝝ. Ibi etiā fuit cyprus cū
nardo. i. fama odorifera: ⁊ humilitas pro-
funda. quia cyprus eſt herba humillima. et
nardus eſt odoris boni. Un̄ Tybullus ait.
Illius puro diſtillāt tēpora nardo. Ibi q̄qꝫ
fuit nardus ⁊ crocus. id eſt feruens chari-
tas ⁊ celeſtis cōtemplationis ſublimitas.
Nardus enim eſt herba calida. ⁊ crocus ha
bet colorem aureum. Unde Uirgilius. iiij.
georgi. inquit. Et glaucas ſalices. caſſiam
crocūqꝫ rubentem. Et de hac herba fit opti
mū ⁊ vtiliſſimū vnguētum. vt inquit Pli-
nius. xxj. lib. naturalis hyſto. Unde Pro-
pertius canit. Et crocino nares myrrheus
vngat onix. Ibi etiam fuit fiſtula ⁊ balſa-
mū cū vniuerſis lignis lybani. qꝛ in ea fuit
puritas ꝯſcientie. odor boue fame. ⁊ incor-



ruptibilitas in carne. Fiſtula em̄ hꝫ ſuam
ꝟtutē in medulla. ⁊ cinamomū hꝫ odoreꝫ
ſuū in cortice. lignū ꝟo lybani ē īputribile.
Ibi q̄ꝫ fuit myrrha ⁊ aloes cū oībꝰ primis
vnguētis. qꝛ in ea fuit amaritudo tribula
tionis ꝑ filij ſui paſſione. ⁊ amaritudo cō-
paſſionis ꝑ miſeroꝝ cōpaſſiōe ⁊ afflictōe.
atqꝫ ſuauitas deuotiōis in mēte. Myrrha
em̄ eſt amara. ⁊ ſilr̄ aloes. vnguēta ꝟo ſūt
ſuauia.

K

Hortꝰ fructiferus

Quarto iſte hortꝰ fuit fructiferꝰ
Tūc aūt hortus fructificat qn̄ bn̄ irrigat̄.
et vētus frigidus ⁊ ſiccꝰ ab eo amouetur.
et vēto calido ⁊ humido bene perflat̄. ⁊ ſic
iſte hortus fuit fructiferꝰ. Nam pmo fuit
bene irriguꝰ. modo lachrymis doloris pre
filij paſſione. Modo lachrymis cōpaſſio-
nis ꝑ miſeroꝝ afflictione. Mō lachrymis
deuotiōis ꝑ deſiderio celeſtis prie. Et mō
lachrymis lamētatiōis ꝑ incolatu pſentis
miſerie. vn̄ ſibi pōt ꝯuenire illud quod dr̄
Eſa. lviij. Eris qſi hortus irriguꝰ. ⁊ ſicut
fons cuiꝰ nō deficiēt aq̄. Scđo vētꝰ aq̄lona
ris ab iſto horto fuit excluſus. nam ab au
ſtro ſpūſſancti fuit ꝑfuſus. vnde Can̄. iiij.
inq̄t celeſtis ſpōſus. Surge aq̄lo. Alia aūt
lr̄a dicit. fuge aquilo. ⁊ veni auſter. perfla
hortū meū. ⁊ fluāt aromata illiꝰ. ꝑ aq̄lonē
aūt intelligit̄ ſuggeſtio diaboli. Aq̄lo em̄
eſt vētus frigidus ⁊ ſiccus ac pluuie diſſi-
patiuꝰ. Diabolꝰ em̄ infrigidat a dei amore
iux̄ illud Eccl. xliij. Frigidꝰ vētus aquilo
flauit. Item deſiccat ⁊ euacuat ab oī deuo
tione. iux̄ illud Job. xxvj. Qui extēdit aq̄-
lonē ſuꝑ vacuū. Item diſſipat celeſtis grē
pluuiā. iux̄ illud Prouer. xxv. Uētus aq̄lo
diſſipat pluuiā. ſed iſte vētꝰ ab hortu vir-
ginali penitus fuit fugatꝰ. Non em̄ potuit
aliquod frigꝰ immittere: qꝛ ipa ſemꝑ fuit fer
uētiſſima. nec in aliq̄ deſiccare. qꝛ ſēꝑ fuit
deuotiſſima. nec aliquā guttā celeſtis plu
uie ab ea expellere. qꝛ oīn gr̄a fuit pleniſſi
ma. Per auſtrū aūt intelligit̄ afflatio ſpi-
ritusſancti. Auſter em̄ eſt vētus calidus et
hūidus ⁊ fecūdatiuꝰ. q̄ q̄dē hortū ꝟginalē
ꝑflauit: qꝛ fecit ipam calidā ꝑ charitateꝫ.
humidā ꝑ pietatē. et fecundā per operum
vbertatē. ⁊ ſic fluxerūt aromata odorifera.
qui odor ad inſtar balſami quodammodo
deū recreauit ⁊ ad inſtar cinamomi hoīes
cōfortauit. qꝛ cinamomū ſtomachum con
fortat. ⁊ ad inſtar myrrhe demones effu-
gauit. quia odor myrrhe vermes expellit.
Et ꝓpter iſta tria dr̄ in ꝑſona ꝟgis Eccli.
xxiiij. Sicut cinamomū ⁊ balſamum aro-
matizans odorē dedi. ⁊ quaſi myrrha ele-
cta dedi ſuauitatē odoris.

L

De iſto autē
horto ab hoc auſtro ꝑflato inq̄t Bern̄. in
ſmone de natiuitate ꝟginis. Hortꝰ plane
delitiarū eſt maria. quā non ſoluꝫ afflauit
veniēs. ſed etiā ꝑflauit ſuꝑueniens auſter
ille diuinꝰ vt vndiqꝫ fluāt aromata illius.
In iſto etiā horto fuit viola humilitatis.
liliū ꝟginitatꝭ. roſa charitatꝭ. ⁊ vinea flori-
da fecūditatis. Iſta aūt auſtro ſpūſſancti
ꝑflata magnū fecerūt odorē. Nā hūilitas
odorē fecit deo. ꝟginitas odorē fecit an-
gelo. charitas odorē fecit diabolo. q̄ odor
ipm̄ ꝑcuſſit. Unde in ꝟginis figurā dicit̄
deo Judith. ix. Percuties eū labijs chari-
tatis mee. Fecūditas aūt iſtiꝰ vinee odorē
fecit mūdo. iuxta illđ Eccli. xxiiij. Ego q̄ſi
vitꝭ fructificaui ſuauitatē odoris. In iſtuꝫ
hortuꝫ ſic delicioſuꝫ introiuit rex celeſtis.
vnde Heſter. vij. dr̄. Intrauit rex in hortū
arboribꝰ cōſitum. Ipſe quoqꝫ celeſtis ſpō
ſus inquit Can̄. vj. Deſcēdi in hortū meuꝫ
vt viderē poma conualliū et inſpicerem ſi
floruiſſet vinea ⁊ germinaſſent mala pu-
nica. Et ipa ſpōſa dei inquit filio ſuo illud
Can̄. vij. Ueni dilecte mi. Mane ſurgamꝰ
ad vineas. Uideamꝰ ſi floruit vinea ſi flo-
res fructꝰ parturiūt. ſi floruerūt mala pu-
nica. Ibi dabo tibi vbera mea: oīa poma
noua ⁊ vetera dilecte mi ſeruaui tibi. hec ibi.
Rogemus ergo oēs vt etiam nobis dare
dignet̄ de iſtis pomis ſuis. ⁊ dicamꝰ ei ſin
guli illud Can̄. viij. Tu que habitas ī hor
tis fac me audire vocē tuā. De ipa em̄ que
erat futura hortus dei. ꝑdictum fuit Eſa.
lviij. Erit quaſi hortꝰ voluptatis terra co-
ram eo. Terra nāqꝫ. i. beata ꝟgo fuit corā
deo quaſi hortus voluptatꝭ. Fac igit̄ o bn̄-
dicta ꝟgo vt nos ꝯtinue habitemꝰ ī hortis
iſtis. ⁊ verificet̄ de nobis illud Amos. ix. c.
Faciēt hortos ⁊ comedēt fructus eoꝝ. Tu
em̄ es ille hortus in quem introiuit ieſus
Job. xiij. Fac ergo vt mihi dicat pr̄ eṫnus
illud Job. xviij. Ego te vidi ī horto cū eo.
Btūs em̄ ille erit qui hortuluꝫ iſtum bene
coluerit. ⁊ in eo delectationē ſuā poſuerit.
Ipſius nāqꝫ dn̄s ieſus hortulanꝰ eſt Job.
xx. Nō em̄ errauit magdalena q̄ vt ibideꝫ
dicit̄ eū hortulanū putauit. Iſte ē ille hor-
tus qui fructū vite eṫne nobis ꝓduxit: et
florē paradiſi generauit. Et iō nō imerito
dicere poſſum cuilibet fideli illud poeticū.

pauca verba imutando. Hortulꝰ iſte parit
fructū cū flore pennē. Cum fructu florem
collige, carpe duo.

Q̄ btā ɣgo dr cedrus Aſſiſatio. ij.

M C Edrus ſignificat beatā ɣginē
mariā que inquit Eccl'i. xxiiij.
Quaſi cedrus exaltata ſum in
libano. Sunt aūt duo gn̄a ce⸗
drorꝝ. vnū qḋ naſcit in libano. Aliud ɣo
cedri genus qḋ naſcit in locis maritimis.
Primū genꝰ cedri ɔſideraṫ quātū ad ar⸗
Cedruſ arbor bore, fructū ꝛ ſuccū. Primo eius arbor eſt
alta, iputribilis, odorifera, ꝛ ſemꝑ virens.
Et ſic beata ɣgo maria fuit alta ꝑ celeſtiū
ɔtemplationem, vnde ipā ait Eccl'i. xxiiij.
Ego i altiſſimis habitaui, ꝛ de illa poteſt
dici illud Amos. ij. Altitudo cedrorꝝ altitu
do eiꝰ. Fuit etiā iputribilis ꝑ omimodam
icorruptionē. Fuit ei figurata ꝑ archā dei
que facta fuit de lignis ſethim iputribili⸗
bus Exo. xxv. Fuit q̄ꝫ odorifera ꝑ reple⸗
tionē oium ɣtutū ꝛ chariſmatū. iuxᷓ illud
Cant. iiij. Odor vnguētorꝝ tuorꝝ ſuper oīa
aromata. vnde Hugo de ſctō vict. in q̄daꝫ
ſmone alloquens ipām beatā ɣginē ait.
Nullus in grā tibi ſil'is eſſe potuit, ꝑ quaꝫ
gratia ſuper oēs hoim filios venit. Spiri
tusſanctus in tua ſingulariter humilitate
venit: q̄ in tua ɣginitate miraculum nulli
cōparabile fecit. Idcirco odor vnguentorū
tuorꝝ ſuꝑ oīa aromata. Filius tuꝰ vnctus,
tu q̄ꝫ es vncta. Ille quideꝫ ſuper te et pre
cūctis participibꝰ ſuis accepit vnguēti ple
nitudinē. Tu ɣo poſt ipm̄ precūctis ſua⸗
uitatē. Fuit etiā ſemꝑ virēs. quia plātata
fuit ſuꝑ aquas oium gratiarū. iuxta illud
Hiere. xvij. Erit quaſi lignū quod trāſplā⸗
taṫ ſuꝑ aquas quod ad humorē mittit ra
dices ſuas ꝛ ñ timebit cuꝫ venerit eſtꝰ. Et
erit foliū eius viride, ꝛ in tꝑe ſiccitatis nō
erit ſollicitū. vñ Hiero. in ſmone de aſſum
ptione de hac ſacratiſſima ɣgine ſecretorꝝ
contemplatrice celeſtiū, ſuꝑ illud quod de
ipā canit eccl'ia dicēs. vidi ſpecioſaꝫ quaſi
columbā aſcēdentē deſuꝑ riuos aquarum
ait. Quia ſuꝑ aquam refectionis educauit
eam dn̄s, ex ea multi riui deducti totā ter
raꝫ irrigant delitiarū. Secūdo cedrus
N Cedri fructus conſideraṫ quantū ad fructū. Nam poma
illius cedri in aliqua parte ſunt dulcia, in
alia ɣo acetoſa, ꝛ in alia inter dulce ꝛ ace
toſuꝫ ſunt media. Similr̄ virgo aliquādo
fuit plena dulcedine, aliquādo amaritudi
ne, aliquando ɣo ſimul vtroq̄ꝫ. Nam fuit
tota plena dulcedine in xp̄i ɔceptione, iuxᷓ
illud Cañ. iiij. Fauus diſtillans labia tua
ſpōſa, mel ꝛ lac ſub lingua tua. Que verba
exponēs Hugo de ſancto vict. in perſona
xp̄i ait. Mel erat diuinitas mera, cera ɣo
humanitas tua. Inde meipm̄ feci fauum
mellis, quod em̄ impſſum eſt in te, aſſum⸗
ptum eſt de te, hec ille. Qui etiā alloquēs
beatam virginē inq̄t. O ꝙ̄ dulcis ꝛ ſuauis
es, que ſola digna eras. vt ſuꝑne dulcedis
oſculū in tuo cōceptu ſuſciꝑes, ꝛ totiꝰ mū
di ſuauitatē in partu ſtillares. Ideo mel ꝛ
lac ſub lingua tua, hoc eſt ɣbuꝫ patris ſub
carne tua. ꝛ ſub lingua tua. q: abſconditū
mel ꝛ lac deus homo. Mel dinitas et lac
humanitas. q: mel de rore celi. ꝛ lac expri
miṫ de carne. Scḋo fuit plena amaritudi
ne in filij paſſiōe, ſicut p̄dixerat ei Simeō
Lu. ij. dicens. Et tuā ipſius animā ꝑtranſi
bit gladius. Unde Bern̄. alloquēs beataꝫ
ɣginē ait. Animā xp̄i nō attigit crudelis
lancea. quia xp̄s iaꝫ ſpm̄ ſuū emiſerat, ſed
tua ibi erat. Nam gladius doloris animā
tuā ꝑtranſiuit, vt te plꝰ ꝙ̄ martyrē nō ime
rito p̄dicemus. In qua nimirū ſenſum cor
poree paſſionis exceſſit affectꝰ cōpaſſiōis.
Tertio fuit dulcis ꝛ amara poſt xp̄i aſcen
ſionem. Amara quidem ꝑpter filij ſubtra⸗
ctionem. Unde Hiero. vbi. ſ. inq̄t. Quātis
putas ɣgo filij doloribus afficiebaṫ: quod
deſiderio eſtuabat dum animo reuolueret
cūcta que viderat ꝛ audierat? Puto ꝙ de
quid humane ɣtutis eſt cogitare nō ſuffi
ciat ꝛc̄. Fuit etiā plena cōſolatione ꝑpter
filium quē ad patris dexterā ſublimare vi
debat. Et ꝑpter fideliū inſtructionē. quia
eorū magiſtra remāſerat. ꝛ apoſtolos ac
diſcipulos docebat. Uñ Hiero. vbi. ſ. ait.
Ecce dn̄o ieſu aſcēdēte in celū. ɣgo vacat
in ſchola ɣtutum, ac meditaṫ in lege mā
datorꝝ dei. vt ipā ſit forma diſcipline xp̄i ꝛ
exemplū ꝑfectionis. Cōuerſaṫ cū ſenatori
bus celi infra curiā paradiſi ſub diſciplia
ſp̄ūſſancti. Inuenit p̄ma inter p̄mas co⸗
hortes ſummi regis, quorꝝ vita iā nō erat
de terris: ſed de celis. Tertio cedrus cō O
ſideraṫ quantū ad ſuccū qui multipliciter Cedri
habet virtutē. Nā caliginē oculorꝝ deṫgit. ſuccꝰ vꝫ
timorē dep̄mit. carnes a putrefactiōe cu⸗ ad mul
ſtodit, ꝛ contra morſus ſerpentum nobis ta
ſubuenit. vt dr in li. de ꝓprie. re. Iſte autē
ſuccus eſt amor ſiue charitas beate ɣgis,



que in nobis multa bona facit. Nā deṫgit
caliginē ignorātie lumine ſue veritatis. ꝛ
io vocaṫ Eccl'i. xxiiij. Maṫ agnitionis. q:
ignorantiā repellit. ꝛ verā de deo nobis co
gnitionē infundit. Unde de ipā exponi pt
illud Prouerb. xiiij. Sapiēs mulier edifi⸗
cat domū ſuā. Scḋo dep̄mit tumorē ſuꝑ⸗
bie exemplo ſue humilitat̄. Non eſt em̄ ali
quis ita ſuꝑbus nec ita ſublimis qui non
debeat humiliari ex cōſideratione tāte hu
militatis. ꝛ tūc beata ɣgo de ſuꝑbis ad hu
militatē ſuo exemplo reuocatis dicet illud
Eccl'i. xxiiij. Oium excellentiū ꝛ ſublimiū
colla ꝓpria ɣtute calcaui. Tertio cuſtodit
a putredine luxurie ɣtute ſue virginitat̄ ꝛ
puritat̄. ꝛ ideo aſſil'aṫ myrrhe Ecci. xxiiij.
vbi ipā ait. Quaſi myrrha electa dedi ſua
uitatē odoris. Sicut em̄ myrrha cōſeruat
carneꝫ a putrefactione. ſic eius puritas et
ɣginitas cōſeruat nos ab omi fetore car⸗
nalis concupiſcentie. Quarto ſubuēit no
bis cōtra morſus ſerpentū. i. demonū im⸗
perio ſue poteſtatis. Nā Gen̄. iij. dixit deꝰ
diabolo. Ipſa cōteret caput tuū. Tunc em̄
maria caput ſpentis cōterit quādo p̄uas
ſuggeſtiones demonum a nobis expellit:
Sicut igiṫ cedrꝰ libani qui cādidatio inter
pretaṫ odore ſuo fugat ſpentes ꝛ interfic̄
vermes. ſic ipā beatiſſima virgo fugat ſer
pentes. i. demones. ꝛ extinguit vermes. i.
prauas cogitatiōes: ꝛ reddit cādidas mē⸗
Cedrꝰ maritia tes. Scḋo dico ꝙ eſt quedā cedrus ma
ritima q̄ eſt pua ſed fructifera ꝛ odorifera
ꝛ figurat benedictā ɣginē que fuit parua
ꝑ humilitatē. fructuoſa ꝑ fecunditateꝫ, et
odorifera ꝑ ſanctitatē. Poma autē iſtius
cedri triplicē habēt ſubſtantiā. Prima eſt
calida. media tempata. vltima ɣo eſt fri⸗
gida. fructus igiṫ iſtius cedri ſignificat be
nedictū fructū beate ɣginis dn̄m noſtruꝫ
ieſum xp̄m qui cōſtat ex tribus ſubſtātijs
ſ. diuitate, anima, ꝛ carne. Quarū p̄ma. ſ.
diuinitas eſt valde calida. q: eſt oium vi⸗
ciorꝝ cōſumptiua. ꝛ oium cordiū inflāma⸗
tiua, iuxta illud ad Heb. xij. Deus noſter
ignis cōſumens eſt. Media aūt. ſ. anima
fuit valde tempata. quia oēs virtutes in
ipā ſuū tenuere mediū. ꝛ nulla vnq̄ꝫ ad ali
quod declinauit extremū. Ultima ɣo ſcꝫ
caro fuit frigida: quia ab omi inordinato
Exorat in btāꝫ ɣgineꝫ calore fuit penitꝰ aliena. O igiṫ bn̄dicta
ɣgo tu es illa arbor diuina ſuꝑ omes fru⸗
ctuoſa, de qua poteſt exponi illud p̄s. lxxix.
Arbuſta eius cedros dei. ꝛ illud p̄s. xcj. ſic
cedrus libani multiplicabiṫ. ꝛ illud Num̄.
xxiiij. Quaſi cedrus ꝓpe aquas. ſ. diuiarū
gratiarū. Et illud p̄s. ciij. Cedri libani q̄s
plātauit. ſ. dextera dei. ꝛ ſequiṫ in eodem
p̄s. Illic paſſeres iuſtificabūt. paſſeres. i.
humiles. Paſſer nanq̄ꝫ eſt auis parua. In
tuo em̄ exemplo ꝛ patrocinio o virgo hu⸗
millima oēs deuoti tui faciūt ſuū funda⸗
mentū. ꝛ nidū ſue deuotionis in te conſti⸗
tuunt. Tu etem̄ es illa de qua p̄dixit deus
Ezech. xvij. dicens. Sumā de medulla ce⸗
dri ſublimis. ꝛ plantabo ſuꝑ montē excel
ſum ꝛ eminentē. In mōte ſublimi iſrl' plā
tabo illā ꝛ erumpet in germē, ꝛ faciet fru
ctū. ꝛ erit i cedrū magnā, ꝛ habitabūt ſub
ea oēs volucres ꝛ vniuerſum volatile ſub
vmbra frondiū eius nidificabit, ꝛ ſciēt oīa
ligna regionis. quia ego dn̄s humiliaui li
gnū ſublime ꝛ exaltaui lignū humile, hec
ibi. De te quoq̄ꝫ exponi pōt illud Eccl'i. l.
Quaſi plātatio cedri in mōte libano. Sic
em̄ hec cedrus eſt altiſſima. ꝛ oiuꝫ arborū
dn̄a ꝛ regina. vt ait Rabanus ſuper p̄s.
ita ꝛ tu es oium ſanctoruꝫ altiſſima atq̄ꝫ
regina. O igiṫ dn̄e deus. mitte mihi obſe⸗
cro ligna cedrina de libano. ij. Paralip. ij.
id eſt deuotionē beatiſſime ɣginis matris
tue. vt poſſim dicere cū alijs deuotis eius
illud Cant. j. Tigna domorū noſtrarū ce⸗
drina. Et vt cordi noſtro quod ē oſtiū aie.
faciamus illud quod diciṫ Cant. viij. ſcilꝫ
Cōpingamus illud tabulis cedrinis. Fac
igiṫ o bone Ieſu vt faciā voluntatē tuam
in lignis cedrinis. iij. Regū. v. Fac vt ve⸗
rificetur in me illud. iij. Regum. vj. Texit
domū laquearibꝰ cedrinis. Et iterū illud.
operuit domū lignis cedrinis. ꝛ parietes
domus intrinſecꝰ tabulatis cedrinis. Fac
vt de porticu anime mee verificetur illud
quod in. vij. eiuſdē libri. c. habeṫ. ſcꝫ Por⸗
ticū texit lignis cedrinis a pauimēto vſq̄ꝫ
ad ſummitatē. Fac etiā vt de me dici poſ⸗
ſit illud quod in eodē. c. ſcripū eſt. ſ. Tabu⸗
latis cedrinis veſtiuit totā camerā. i. ani⸗
mam. Et illud quod in. vj. eiuſdem libri. c.
habeṫ. ſcꝫ Cedro oīs domus intrinſecus
veſtiebatur. ꝛ iterum ibidem. Omnia ce⸗
drinis tabulis veſtiebanṫ. nec omnino la⸗
pis apparere poterat in pariete. Per lapi
dem em̄ hic moral'r itelligi poteſt peccatū
quod in die iudicij nō apparebit in illo qui
fuerit veſtitus h̄ cedro p̄cioſo. i. deuotiōe

beatiſſime ꝟginis. Fac igiꝉ o benigne ieſu
vt tibi in ꝟitate dicere poſſim illō .ij. Reg.
vij. Uides ꝙ ego habitē in domo cedrina.
Et illud .j. Paral. xvij. Ego habito in do⸗
mo cedrina.

Qꝛ btā ꝟgo dꝛ liban⁹ Aſſimilatio. iij.

Maria liban⁹.

Licet ſm grāmaticos libanus
in maſculio accipiaꝉ ꝓ mōte.
In femīno ꝓ arbore. Et in neu
tro ꝓ thure. Tñ ſcriptura ſacra
que aliqñ trāſgrediꝉ reglas donati vt cer
tius exꝓmat intellectū ſpūſſcti. ⁊ q̄ nō eſt
ſubiecta regulis Priſciani. vt in. c. idignū.
xxxviij. di. accipit in maſculino libanum ꝓ
arbore cui aſſilaꝉ btiſſima ꝟgo. Unde ipa
ait Eccl'i. xxiiij. Ego q̄ſi liban⁹ nō inciſus
euaporaui habitationē meā. Ab iſta em̄ ar
bore qñqꝫ fuit thus cortice inciſo. ⁊ illō nō
eſt ita bonū. qñqꝫ ꝟo fluit cortice nō iciſo.
⁊ hoc eſt magis lucidū ⁊ mag̾ electū. ⁊ ta⸗
li libano nō inciſo aſſilaꝉ beata virgo. In
quacūqꝫ aūt ſignificatiōe liban⁹ accipiaꝉ
cādorē ſonat. In ꝟgine ꝟo fuerūt tria cā
dida ⁊ nō inciſa. ſ. ſpūs. aīa. et corpus. De
q̄bus dꝛ. j. ad Theſ. v. Ipſe autē deus pac̾
ſanctificet vos ꝑ oīa vt integer ſpūs vr̄ et
aīa ⁊ corpus in die dn̄i noſtri ieſu xp̄i ſine
querela ſuet. ſicut aūt dꝛ hic liban⁹ mōs.
hec liban⁹ arbor. ⁊ hoc libanuꝫ thus. ſic dꝛ
nūc ab apl'o hic ſpūs. hec aīa. hoc corpus.
Spūs ĝ marie dicaꝉ mons libani. corpus
ꝟo ipſius dicaꝉ thus libani. ſiue libanum.
Iſta ei tria nō ſolū fuerūt cādida ꝑ purita⸗
tem: vñ illis nomē libani optime cōgruit.
ſed etiam fuerūt nō inciſa ⁊ nunꝙ̄ diuiſa.
Et ideo bñ dixit beatiſſima ꝟgo. q̄ſi liban⁹
nō inciſus ⁊c̄. Spūs em̄ eius nunꝙ̄ fuit a
deo diuiſus: qꝛ nūꝙ̄ ab eo ꝑ pc̄m̄ aliquod
ſeparat⁹ fuit. Anima q̄ꝫ eius nunꝙ̄ fuit di
uiſa a rōne: qꝛ ab eius dn̄io nunꝙ̄ receſſit.
Corpus etiā ipīus nunꝙ̄ fuit diuiſum. qꝛ
ſemꝑ integrū ⁊ illibatū remanſit. Talis ĝ
libanus euaporauit habitationē ſuā. quia
illos in q̄bus habitat ꝑ grām euaporat. i.
odore bono replet ꝑ odoriferā cōſcientiā.
Unde ibidē ipa ait. ⁊ ſicut cinamomuꝫ et
balſamum aromatizans odorem dedi ⁊c̄.
Quoſdā em̄ cōfortat vt ꝑſeuerēt in domo
gratie. ⁊ iſtis eſt odor cinamomi. q̄a cina⸗
momū habet cōfortare. Quoſdā ꝟo pſeꝛ
uat a corruptione culpe. ⁊ iſtis ē odor bal⸗
ſami: quia balſamū a corruptiōe pſeruat.
A quibuſdā aūt fugat vermes tētationis
diabolice. ⁊ iſtis eſt odor myrrhe q̄ fugat
vermes. Beatiſſima igitur virgo ſeruauit
illud Eccl'iaſtici. xxxix. Quaſi liban⁹ odo⸗
rem ſuauitatis habere. Et ideo de ipa di⸗
ci poteſt illud Canticorū. v. Species eius
vt libani. et illud Eſa. xxxv. Gloria libani
data eſt ei. De illa quoqꝫ exponi pōt illud
quod predictū fuerat Oſee. xiiij. Erumpet
radix eius vt libani. Aperi igitur o libane
portas tuas Zach. xj. c. vt in me diſcurrat
fons hortoꝝ ⁊ puteus aquarum viuentiū
que fluūt impetu de libano. Canticoꝝ. iiij
Et tu dn̄e ieſu qui in hoc mōte cādido na⸗
tus es. dic mihi illud Hiere. xxij. Aſcende
libanum. i. deuotionē matris mee. Felix
em̄ ille qui de lignis iſtius libani faciet ſibi
ferculum. ſicut Salomon in figuram fecit
Canticoꝝ. iij. ca. Fac vt de me verificetur
illud Eſaie. lx. Gloria libani ad te veniet.
et illud Ezechielis. xvij. c. Aquila grandis
magnarū alarū. longo membroruꝫ ductu.
plena plumis ⁊ varietate venit ad libanū
et tulit medullaꝫ cedri ⁊ ſummitatē fron⸗
dium eius. ⁊ trāſplantauit eam in terram
ꝓ ſemine: vt firmaret radicē ſuper aquas
multas. ⁊ cū germinaſſet creuit in vineaꝫ
latiorē. ⁊ fructificauit in palmites ⁊ emi⸗
ſit propagines.

Qꝛ beata virgo diciꝉ cypreſſus. Aſſimi
latio. iiij

Maria cyp̄ſſus

Fingunt fabula poetarū ꝙ q̄dā
puer nomine cipariſſus in ſui
nois arborēꝫ cōuerſus ē. De q̄
per Ouid. tractaꝉ i. iij. li. Me⸗
tham̄. De hac ꝟo arbore que cipariſſus dꝛ
loquitur Uirgilius in. iij. Eneid. di. Aeree
quercus ⁊ conifere cipariſſi. ⁊ Marcialis
ait. Daphneas platanos. et aereas cipa⸗
riſſos. Hāc tamē arborem latini cōmuni⸗
ter appellant cypreſſum. quā etiam aliqui
mutato. y. greco in. u. noſtrum appellant
cupreſſum. iuxta illud Uirgi. in. j. Georg.
Et tenerā a radice ferēs ſilua ne cup̄ſſum
de quo vide. C. de cypreſſis ex luto dam⸗
natoꝝ ſuper rubrica lib. xj. Sacra aūt ſcri
ptura appellat dictā arborem cypreſſum.
cui aſſimilaꝉ beata virgo que inquit Eccl'i
xxiiij. Quaſi cypreſſus in monte ſyon. ſcilꝫ
exaltata ſum. Eſt autem cypreſſus ar⸗
bor odorifera. ſolida. et ꝟtuoſa. vt ait Iſi⸗
dorus. xvij. ethimolog̾. Quo ad primuꝫ
dico ꝙ lignū cypreſſi exiccatuꝫ magis re⸗
dolet ꝙ̄ viride; et igni appoſitum vel ſoli



expoſitū multū redolet. huius quoqꝫ ligni
odor fugat ſpentes ⁊ ꝟmes. Et rōne iſti⁹
odoris dꝛ cypreſſus ꝟgo bñdicta. Fuit em̄
odorifera. ꝑmo quia fuit ab omī humore
mūdani amoris penitus exiccata. ſecūdo
quia fuit igni ſpūſſancti appoſita. imo to⸗
ta fuit in ignē amoris cōuerſa. tertio quia
fuit ſoli diuio expoſita. immo ipa fuit ipo
ſole tota veſtita. vt dꝛ Apoc. xij. Et q̄a ſic
fuit tota odorifera. ideo odor ſue ſctitatis
expellit ſpentes. i. diabolicas tētationes.
⁊ ꝟmes. i. malas cogitationes ꝯſcientiaꝫ
R corrodētes. Scd̄o cyp̄ſſus eſt arbor ſo
lida. Ex qua ſoliditate accidit ꝙ non pōt
putrefieri. nec aliq̄ pōdere flecti. ⁊ ꝙ eſt a⸗
pta cōſeruatiōi. vt ait Iſid. vbi. ſ. ⁊ eodeꝫ
modo btiſſima ꝟgo ſic fuit in dei grā ſoli⸗
data ꝙ eius corp⁹ nūꝙ̄ potuit putrefieri.
nec in vita ꝑ aliquam corruptionem: quia
fuit ꝓditū ꝟginitate. nec in morte ꝑ aliquaꝫ
reſolutionē. qꝛ fuit veſtitū immortalitate.
Sicut etiā cyp̄ſſus pōdere aliq̄ nō curuaꝉ
ſed ſemꝑ in ſua rectitudīe ꝑſeuerat. ſic btā
ꝟgo intātū fuit ī dei grā ſolidata ꝙ nullo
pōdere alicui⁹ tribulatiōis vnꝙ̄ fuit a ſua
rectitudīe incuruata. Paſſa ē em̄ magnuꝫ
pōdus tribulatōis qñ puella tenera ⁊ deli
cata ⁊ de nouo ſurgēs a partu in egyptuꝫ
fugit. ⁊ ꝑ ſeptē ānos ibi ꝑegrina remāſit.
Paſſa etiā eſt magnū pōdus tribulatiōis
qñ filiū ſuū vidit añ oculos ſuos crucifigi
⁊ vulnerari. Sed qm̄ ſolidata erat in grā
dei. iō flecti nō potuit ꝑ aliquā impaciētiā
ſed ſemꝑ tenuit rectitudinē iuſticie ⁊ fidei
ac grē. Nec mirū ſi fuit ſic firma et ſolida.
quia ſeptē colūnis. i. ſeptē donis ſpūſſācti
fuit ſtabilita ⁊ fundata. iux̄ illud Prouer.
ix. Sapīa edificauit ſibi domum. ⁊ excidit
colū nas ſeptē. Eſt etiā lignū cyp̄ſſi aptuꝫ
cōſeruationi. Et ꝓpter hoc de ipo fiūt ca⸗
pſelle ⁊ alia vaſa in q̄b⁹ ſctoꝝ reliq̄e cōſer⸗
uanꝉ. quia ꝓpter ſuā ſoliditatē nō patitur
vt res poſite in eo aliquam recipiāt corru⸗
ptionē. Quia igiꝉ btiſſima ꝟgo fuit valde
ſolida in ꝓpoſito ꝟginitat̾ ⁊ in imo hūili⸗
tatis. iō eius ꝟtus fuit idonea ad recipiē⸗
dū ac ꝯſeruandū ⁊ retinēdū dei filiū nouēꝫ
S mēſibus in vtero eius. Tertio cypreſſus
eſt arbor ꝟtuoſa. Oīa em̄ q̄ in cypreſſo
ſunt medicinalia ⁊ ꝟtuoſa exiſtūt. ſ. folia.
cortex ⁊ fruct⁹. vt dicit Plateari⁹ ⁊ Diaſco
rus. ꝓut etiā poniꝉ in li. de ꝓpe. re. Et ſilr̄
oīa que fuerūt in beata ꝟgine ꝟtuoſa ex⸗
titerūt. Primo folia. i. ei⁹ ꝟba fuerūt val⸗
de ꝟtuoſa. Nam vnū ꝟbū dixit. ſ. Ecce an
cilla dn̄i Lu. j. qd̄ fuit tante ꝟtutis ꝙ deū
incarnari fecit. Aliud etiā verbū dixit. ſcꝫ
ſalutādo Elizabeth. vt ibidē habeꝉ. ꝙ fuit
tante ꝟtut̾. vt ipām elizabeth repleri ſpū
ſancto: ⁊ iohēm in eius vtero exultare fe⸗
cerit. Aliud q̄ꝫ verbū dixit. ſ. Fili q̄d feciſti
nobis ſic: qd̄ fuit tāte ꝟtutis ꝙ deū hoib⁹
ſubditū fecit. Unde ſequiꝉ. Erat ſubditus
illis Lu. ij. Aliud inſuꝑ verbū dixit. vt ha⸗
beꝉ Ioh. ij. ſ. vinū nō habēt. qd̄ fuit tante
ꝟtutis ꝙ aquā in vinū cōuerti fecit. Eius
etiā cortex. i. ꝯuerſatio. tāte fuit ꝟtutis et
gratioſitat̾ ꝙ faciebat deo magnā gl'iam:
angelis magnā leticiā. ⁊ hoibus magnaꝫ
honorificētiā. iux̄ illud Iudith. xv. Tu gl'a
hierl'm. i. dei. in q̄ eſt viſio pac̾ nr̄e. Tu leti
cia iſrl'. i. angeloꝝ. qui vident deū facie ad
faciē. Tu honorificētia ppl'i nr̄i. i. toti⁹ ge
neris hūani. Eius etiā fruct⁹. i. opa fuerūt
magne ꝟtutis. Unde de illa dꝛ Prou. vl.
Manū ſuā miſit ad fortia. Iſta aūt fortia
q̄ fecit notanꝉ Iudith. xv. vbi poſt ꝓdicta
verba. Tu gl'ia hierl'm ⁊c. ſubdiꝉ. Quia fe
ciſti virilr̄. ⁊ cōfortatū eſt cor tuū. eo ꝙ ca
ſtitatē amaueris. ⁊ poſt virū tuū aliuꝫ ne⸗
ſcieris. Iō man⁹ dn̄i ꝯfortauit te. ⁊ eris be
nedicta in eternū. Ex q̄b⁹ ꝟbis colligiꝉ ꝙ
q̄tuor fortia ⁊ magna opa fecit. Primuꝫ
ꝙ diabolicā ꝟtutē cōfregit. qd̄ notaꝉ cum
diciꝉ. Quia feciſti virilr̄. ⁊ ꝯfortatū eſt cor
tuū. Tūc em̄ virilr̄ egit qñ caput holofer⸗
nis. i. ꝟtutē diaboli cōfregit. Scd̄m eſt: qꝛ
carnalē ꝯcupiſcentiā in ſe penit⁹ reſecauit
quod notaꝉ cum dꝛ. eo ꝙ caſtitateꝫ ama⸗
ueris ⁊c̄. Tertiū eſt. qꝛ manū diuini auxi⸗
lij ad ſe inclinauit. qd̄ notaꝉ cū dꝛ. Iō ma⸗
nus dn̄i cōfortauit te. Quartū eſt. q̄a ſibi
bñdictiōneꝫ eterne gl'ie acq̄ſiuit. qd̄ notaꝉ
cū diciꝉ. Eris bñdicta in eternū. Propter
ſuꝑdictas aūt ſilitudīes q̄s habꝫ btiſſima
ꝟgo cum cypreſſo. poſſumus de illa dicere
illud Eccl'i. l. Sicut cypreſſus in altitudīe
ſe extollēs. ſ. fuit.

4or fortia fecit beata maria

Qꝛ btā ꝟgo dꝛ palma. Aſſilatio. v.

Palma ſignificat btām ꝟgineꝫ.
Unde ipſa inquit Eccl'i. xxiiij.
Quaſi palma exaltata ſum in
cades. vbi dicit Nic. de lyra. ꝙ
cades eſt locus in quo optime creſcūt pal⸗
me. ſicut etiā lyban⁹ eſt locus in quo opti
me creſcūt cedri. ⁊ mons ſyon cypreſſis. et

Vierico roſis valde congruit. ⁊ ſic de alijs
locis magis aptis ad augmentū certaruꝫ
arboꝝ qui noiantꝛ in ſacra ſcriptura. maxi
me in ꝓxime allegato. c. eſt dicēdū. Beata
etenī dei mr̄ ideo illis arborib⁹ natis i loc̄
ſibi magis ꝯuenientib⁹ aſſimilatꝛ. vt oñdat
ꝙ ipa habuit in ſe ꝑfectionē oēm q̄ in tali
bus arborib⁹ poteſt repiri. Sed quo ad

Palma quantū ad arborem.

pñtem aſſimilationē eſt ſciendū. ꝙ palma
ꝯſiderari pōt quātū ad arborē. ⁊ quantuꝫ
ad folia. ⁊ quātū ad fruct⁹. De pmo inquit
Amb. in quodā ſmone. Eſt plane palma
vmbroſa ad requiē. honorabil' ad triūphū
ſemꝑ virēs. ſemꝑ veſtita folijs. atqꝫ ideo
nō marceſcit. Quas palme ꝓꝑetates etiā
ponit Yſid. xvij. ethim. Btūs vo Greg. in
moral. ait. ꝙ palma inferius eſt anguſta.
ſupius vo ramoꝝ expāſiōe ē lata. Prio
igitꝛ palma eſt vmbroſa ad requiē. qꝛ eius
vmbra ad reqeſcendū eſt grata. Et ſimilit'
vmbra beate vginis marie q̄ eſt cōſidera-
tio vite ſue refrigeriū nobis pſtat. ⁊ malū
ignē refrigerat. Nam ꝯſideratio ſue pauꝑ
tatis refrigeriū dat cōtra eſtum auaricie.
Cōſideratio ſue humilitat̄ refrigeriū dat
cōtra eſtum ambitionis humane. Cōſide
ratio ſue caſtitat̄ dat refrigeriū ꝯtra eſtuꝫ
carnalis cōcupiſcentie. Unde quilibet ſic
refrigeratus poteſt dici illud Cañ. ij. Sub
vmbra illius quem deſideraueram ſedi.

V Palma datꝛ victorib⁹.

Sc̄do palma eſt honorabilis ad trium-
phum. vnde antiqtus in ſignū victorie da
batur palma in manibus triumphātis. vt
inqt Yſid. xvij. ethim. Et in hui⁹ ſignifica-
tione dr̄ de martyrib⁹ qui mūdū vicerunt.
Apoc. vij. ꝙ palme erāt in manibus eoꝝ.
Ꝓpter hoc etiā ponitꝛ palma ꝓ victoria ſiue
pro fine laboris. vt. C. de pnci. agē. in re. l.
j. li. xij. cum ibi nota. Et in hoc ſenſu poteſt
exponi illud Deut. xxv. quem iuſtū cōſpe-
xerint illi iuſticie palmā dabunt. Et illud
quod canit Proſper in li. epigrā. epigrā.
xx. dicens. Palmā qui capitꝛ glīa finis ha
bet. Sed notandū ꝙ ſunt quidaꝫ qui non
habēt palmā in manib⁹: ſꝫ habere ꝓponūt.
quia modo nō vincunt ſed vincuntꝛ. In fu
turo aūt vincere intēdunt. ⁊ iſtud eſt incer
tum. Alij vo ſunt qui nō habēt palmaꝫ in
manibus ſed in ore. quia multū bñ ſciunt
alios docere artem vincēdi: ſed ſeipōs nō
docent. ⁊ iſtud ē vanū. Alij aūt ſunt q̄ hn̄t
palmā in manibus. i. in opibus. quia pu-
gnant ⁊ vincūt. ⁊ hoc eſt perfectum. Duo
prima Paulus apoſtolus a ſe remouebat
⁊ tertiū ſe habere dicebat. Nō em̄ volebat
currere ſiue pugnare in futuro tm̄. qꝛ hoc
erat incertū. ⁊ ideo dicebat. j. ad Corin. ix.
Ego igitꝛ ſic curro nō quaſi in incertū. Nec
volebat pugnare verbo alios inſtruendo ⁊
ipē ſuccumbēdo. quia hoc fuiſſet vanum.
et ideo ſubdit. Sic pugno nō quaſi aerem
verberans. vox em̄ nihil aliud eſt ꝙ aeris
tenuiſſimus ictus. ſed pugnabat facto ho
ſtem. i. corpus ſuū feriendo. ⁊ ideo ſubdit.
Sed caſtigo corpus meū ⁊ in ſeruitutē re-
digo ⁊c̄. Beata vgo maria non in futurū.
nec ſolo verbo: ſꝫ facto pugnabat. Et quia
faciebat illud qd̄ de machabeis dr̄. ij. Ma
chab. ij. Manu quidē pugnātes: ſꝫ deum
corde ſemꝑ orātes. ideo ſemꝑ vincebat. et
palmā in manu tenebat. Unde Prouerb.
vlti. dr̄ de illa. Manū ſuā miſit ad fortia.
tunc em̄ manū ad fortia miſit qñ mūdum
cū ſuis vanitatib⁹ ſupauit. Tertio pal-

X Palma ſꝑ virēs

ma eſt ſemꝑ virēs. ⁊ ſimiliter beata vgo
ſemꝑ habuit virides cogitatiōes: qꝛ fuerūt
ſancte. virides intētiones: quia fuerūt re-
cte. virides affectiones: qꝛ fuerunt mūde.
et virides opatiōes: quia fuerūt ſollicite: ⁊
que oīa valde fuerūt deo grata. iuxta illd̄
Eccli. xl. Grām ⁊ ſpēm deſiderabit oculus
⁊ ſuꝑ hec virides ſationes. De hac viridi-
tate. b. vginis exponi pōt illud Hierem.
xvij. vbi pdictū fuit. Et erit foliū eius viri-
de. De ipa qꝫ pōt exponi illud Gen. j. vbi
dixit deus. germinet terra. i. b. vgo maria
q̄ in ſcriptura diuina appellatꝛ tra. herbaꝫ
virentē. Ipſa etenī vgo ſemꝑ fuit virens.
Unde ſicut palma hꝫ viroris ꝑpetuitatē.
⁊ diuturnis veſtitꝛ folijs. ⁊ ea cōſuat. non
ſolū in eſtate: ſꝫ etiā in hyeme. Sic glīoſa
vgo virorē fidei ſemꝑ tenuit. ⁊ nūꝙ ami
ſit. nec tpe eſtatis. i. pſperitat̄. nec tempe
hyemis. i. aduerſitat̄. ſ. tpe paſſiōis qñ di-
ſcipli ⁊ alij fideles ꝑdiderūt fidē. Quar-

Y Palma nō marceſcit.

to palma nō marceſcit. Et ſilr virgo nūꝙ
fuit corrupta: ſꝫ ſemꝑ remāſit integra taꝫ
quo ad ſpm̄ ꝙ quo ad aiam. ꝙ etiam q̄ ad
corpus. iuxta conſiliuꝫ apli. j. ad Theſ. v.
Corp⁹ em̄ eius corrumpi nō potuit. qꝛ fuit
diuītate ibalſamatū. iux̄ illud Eccli. xxiiij.
Sicut cinamomū ⁊ balſamū aromatizās
⁊c̄. Anima qꝫ ipſius corrūpi nō potuit. qa
cū anima filij ſui vnita fuit. imo quodā-
modo de duabus aiabus vna effecta ē. qd̄
innuitꝛ Lu. ij. dum beate vgini ꝑ ſimeonē



dicitꝛ. Tuāipſius aiam ptranſibit gladius.
tuāipſius aiam. i. aiam tuā q̄ ipſi⁹ eſt. vel
aiam ipſius q̄ eſt tua. Spiritus etiā eius
nō potuit corrūpi: qꝛ fuit totus deificat⁹.
⁊ quodāmodo totus in dei amorē ꝯfuſus.
Un̄ Hiero. in ſmone ad Euſto. ait. Totā
eā ſpūſſancti repleuerat grā. totā incādue
rat diuin⁹ amor. Poſſum⁹ etiā hic dicere.
ꝙ ſicut palma hꝫ ſtipitis firmitatem. Eſt
em̄ trūcus eius magne ⁊ imputribilis fir-
mitatis. Sic trūcus ipi⁹ btē vgis habuit
imputribilē vginitatē: qꝛ fuit vgo nō ſolū
ante partū: ſed etiā in partu ⁊ poſt ꝑtum.

Z Palma ē iferi⁹ āguſta.

Quinto palma vt. ſ. dictū eſt inferius ē
anguſta. ſupius vo eſt lata. ꝑ quod ſigni-
ficantꝛ tria de ſanctis viris. vt dicit Greg.
in mora. Primo ꝙ inferi⁹ ſunt arti et an-
guſti ad appetendū terrena. ſuperius vo
ſunt lati ad amandū ⁊ appetēduꝫ ſpūalia
⁊ eterna. Quo ad pmū facit illud quod dr̄
j. ad Thi. vj. Habētes victum et veſtitum:
his cōtenti ſimus. ecce ꝙ anguſti ſunt ad
terrena. De ſecūdo aūt dicitꝛ. j. Corinth. v.
Charitas dei diffuſa eſt in cordib⁹ veſtris
⁊c̄. Ecce ꝙ lati ſunt ad ſpūalia et eterna.
Et de hac ſimilitudine viri ſancti cuꝫ pal-
ma habetꝛ in. c. oēs. xlvij. diſt. Secūdo dic̄
Grego. vbi. ſ. ꝙ ſerui dei inferius ſunt in-
firmi corꝑe. ſupius vo ſunt fortes in mē-
te. Unde Paulus. ij. Corinth. xij. dicebat.
Cum infirmor tunc potens ſum. Tertio
dicit Greg. ꝙ ſerui dei a paruis incipiūt:
ſed ad magna ꝑueniunt. iuxta illud Pro-
uer. iiij. Juſtorum ſemita quaſi lux ſplen-
dens procedit. ⁊ creſcit vſqꝫ ad perfectum
diem. Maria igitꝛ fuit anguſta in infimis
amore terrenoꝝ: ſed alta i ſummis i amo-
re celeſtiū. quia ſemꝑ ibi habitabat. iuxta
illud Eccli. xxiiij. Ego in altiſſimis habita
ui. Fuit etiā debilis corꝑe: ſꝫ fortis i mēte.
que quidē fortitudo ſpōſum ſuū celeſtem
multū delectabat. iuxta illd̄ Prouer. xxv.
Mulier fort̄ oblectat virū ſuū. Incepit ēt
abiſſimo loco humilitat̄. ⁊ ꝑuenit ad ſum
mū locum beatitudinis. Unde inqt Lu. j.
Reſpexit humilitatē ācille ſue. Ecce ꝙ in-
fima. Ecce em̄ ex hoc beatā me dicent oēs
generatiōes. Ecce ꝙ ſumma. Secundo

B Palma quantū ad folia

principalr̄ dico. ꝙ palma cōſideratꝛ quātū
ad folia. cuius quidē folia ſunt ſurſum ele
uata. in infimo ſunt pūctione acuta. in la-
teribus ſunt incidentia. in medio plana et
ſuauia in longū ꝓtēſa. ⁊ ſunt ſemꝑ virētia
vt dr̄ in li. de ꝓprie. re. Iſta igitꝛ folia ſigni
ficant verba marie. q̄ ipa dicit i cātico ſuo.
Nam ibi dixit vba ſurſum eleuata quādo
deū magnificauit ⁊ in ipō exultauit dicēs.
Magnificat aīa mea dñm. Et exultauit
⁊c̄. Sc̄do ibi dixit vba acuta qb⁹ demones
ꝑforauit cū ait. Quia reſpexit humilitatē
ancille ſue. Nihil em̄ eſt quod ita hoſtē ſu-
perbū ſuperet ⁊ ꝓſternat ſicut vera humi
litas. Tertio habuit vba plana et ſuauia.
qbus dei beneficia in ſe cognouit di. Quia
fecit mihi magna qui potens eſt. Quarto
habuit verba in longū ꝓtenſa. qb⁹ vſqꝫ in
finē mūdi a generatione in generationem
dei miſcdiam oibus affuturā eſſe predixit
cū ait. Et miſcdia eius a ꝓgenie in ꝓge-
nies timētibus eū. Quīto habuit vba incī
ſiua qbus vicia incidebat. Nā a potētibus
incidebat ſupbiā di. Fecit potentiā i bra-
chio ſuo: diſpſit ſupbos ⁊c̄. A diuitib⁹ inci
debat auaritiā dicēs. Eſuriētes impleuit
bonis: ⁊ diuites dimiſit ianes. Sexto ha-
buit verba virētia qbus admonuit ꝙ bene
ficiū incarnationis diuine in cordib⁹ nr̄is
ſemper debet virere dicēs. Suſcepit iſrael
puerū ſuuꝫ ⁊c̄. vſqꝫ in finē cātici. Tertio

A Palma rū fructus

pncipalr̄ dico ꝙ palma conſideratꝛ quātū
ad fructus quos ꝓducit. Sed nota ꝙ pal-
ma multū fructificat quādo eſt plantata
in terra arida. vel quādo radijs ſolis ē ex
poſita. vel quādo palme maſculine eſt vici
na. quia afflata a vento maſculine palme
feminine fructificāt. Et hec omnia ponit
Plinius. xiij. li. natural. hyſto. c. v. ⁊ Ari.
in li. de vegetabilib⁹ ⁊ plātis. ⁊ etiā ponūtꝛ
in lib. de ꝓprie. re. Optime etiā fructificat
quādo eſt antiquata. Dicitꝛ eniꝫ ꝙ palma
generoſa nō fructificat ante centū annos
⁊ tūc facit fruct⁹ dulciſſimos. Beata igitꝛ
vgo fructū illū ꝓtulit. de quo dr̄ Cañ. vij.
Aſcendā in palmā ⁊ apphendā fructū ei⁹.
nec mirū ſi hec palma vginalis ita bñ fru
ctificauit. Fuit em̄ pmo eius aīa plantata
in terra arida. i. in carne ab omni humore
carnalis ꝯcupiſcentie deſiccata. Et de hoc
moraliter exponi poteſt illud Gen. j. Con-
gregentꝛ aque q̄ ſub celo ſunt i locū vnū. i.
in totū alium mundū. ⁊ appareat arida. i.
virgo maria ab oibus aquis ꝯcupiſcentie
penit⁹ aliena. Sc̄do fuit radijs ſolis expo
ſita. Sicut em̄ ſol magis lucē ſuā diffūdit
in lunā. ⁊ poſtea in ſtellas. ⁊ poſtea in nu-
bes. ⁊ poſtea i mōtes. deinde in valles. Sic

ſol iuſticie xp̄s claritatē ſuā p̄ncipal'r dif⸗
fundit in lunā.i.in bn̄dictā ꝟginē mariā.
⁊ poſtea in ſtellas.i.in ãgelos. ⁊ poſtea in
nubes.i.i apl'os.⁊ poſtea in mōtes.i. i do
ctores.⁊ vltio ivalles.i.i ſubditos hūiles.
Tertio fuit ſpōſo ſuo deo n̄ tm̄ vicia.⁊ nō
tm̄ cōiūcta:ſed total'r innixa.iux̄ illō Cañ.
viij.Que eſt iſta que aſcēdit de deſ̄to deli
Tripl'x antiquitas — tijs affluēs:innixa ſup dilectū ſuū?Quar⸗
to fuit antiquata . Eſt aūt quātū ad p̄ns
ꝓpoſitū ſpectat triplex antiq̄tas.Una eſt
quā fecit ſenſus maturitas.iux̄ illō Sap.
iiij.Cani eniz ſunt ſenſus hoīs.Iſtam ꝟo
antiq̄tatē maturitatis habuit btā ꝟgo.de
qua d̄r Lu.ij. Maria ꝯſuabat oīa ꝟba h̄
cōferens in corde ſuo. Scd̄a antiq̄tas eſt
illa:quā facit vite ſanctitas.iux̄ illud quod
in p̄allegato.c.habet̄.ſ.et etas ſenectutis
vita imaculata. Et iſtā etiā antiquitatem
habuit:quia fuit ſine macula Cantic̄. iiij.
Tota pulchra es amica mea ⁊ macula nō
eſt in te.Tertiū eſt quā facit moꝝ ḡuitas ⁊
honeſtas.vn̄ de tali ſene d̄r Sap̄.iiij.Cō⸗
ſummatꝰ in breui expleuit tp̄a ml'ta.⁊ ibi⸗
dem. Senectꝰ em̄ venerabilis eſt nō diu⸗
turna neq; numero ānoꝝ cōputata.Et iō
de iuuene tempe ſed ſene moribus d̄r Iob
xlj. Exiſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcētez.
Diabolꝰ em̄ magis timet ⁊ plus dolet cuz
videt iuuenē in abyſſo hūilitatis ⁊ aliaruz
ꝟtutū imerſum. ꝙ cū aſpicit ſenem eiſdez
ꝟtutibus ditū.Et iō ſemꝑ valde timuit
beatā ꝟginē q̄ a p̄mena etate fuit imerſa
in abyſſo oiūz bonoꝝ moꝝ ⁊ ſap̄ie diuine.
p̄dictū em̄ fuerat de illa Eccl'i.xxiiij.A ma
ri abūdabit cogitatio eiꝰ.⁊ cōſiliū illius in
abyſſo magna.Et i eodē.c.ip̄a inq̄t. Pro
fundū abyſſi penetraui.⁊ ꝯliter hoc tertio
modo antiqua fuit.⁊ iō ſumme fructuoſa.

Aliter palme aſſil'at. — Alijs q̄z rōnibꝰ ip̄a beatiſſima ꝟgo aſſi⸗
milat̄ palme.ſicut em̄ palma habet radiq̄
ꝓfunditatē.habet em̄ radicē in terra mul
tuz defixā.ſic benedicta ꝟgo habuit radiq̄
ꝓfunditatē.i.cordis ꝓfundiſſimā humili⸗
tatem.⁊ iō deus reſpexit humilitatē ãcille
ſue Lu.j. Item ſicut palma habet culmis
ſublimitatē.q2 eſt arbor magne ꝓceritatq̄ ⁊
altitudis.ſed ad cedri altitudinē nō ꝑtigit
vt dicit gloſa ſuꝑ p̄s.Sic btā ꝟgo magnā
habet altitudinē meritoꝝ ⁊ p̄mioꝝ.iuxta
illud quod ſuꝑius allegatū eſt Eccl'i.xxiiij.
vbi ip̄a ait.Ego i altiſſimis habitaui:ſ̄ tm̄
non ꝑuenit ad altitudinē cedri.i.xp̄i.ꝓpt̄
hanc aūt altitudinē de ip̄a ꝟgine dici pōt
illud Cañ.vij.Statura tua aſſil'ata ē pal⸗
me.Sicut etiā fructꝰ palme.ſ.dactili ſunt
ſuauiſſimi.ita etiā fructꝰ beatiſſime ꝟgis
fuit ſuauiſſimꝰ.de q̄ ipſi ꝟgini d̄r Lu.j.be
nedictꝰ fructꝰ vētris tui.Qui etiā fructus
palme tāto dulcior ⁊ ſaporoſior eſt quāto
imediatiꝰ radijs ſolis exponit̄.nō eſt mirū
ſi fructꝰ ꝟginalis fuit dulciſſimꝰ ⁊ ſapidiſſi
mus cū radiꝰ et̄ni ſolis.i.dīnis ſplēdori⸗
bus imediate ſit ꝯiunctꝰ.imo ip̄e ē ſplēdor
gl'ie diuīe.ad Heb.j.Sicut etiā palma eſt
arbor pulcherrima.Vn̄ Leuit̄.xxiij.dixit
deus filijs iſrl'. Die p̄mo mēſ̄ ſeptimi ſu⸗
meq̄ fructꝰ arboris pulcherrīe.ſpatulaſq;
palmarū.⁊ letabimi corā dn̄o deo veſtro.
Sic etiā btiſſima virgo fuit pulcherrima.
cui dixit eiꝰ celeſtis ſpōſus Cañ.j. O pul⸗
cherrima mulierū pulchre ſūt gene tue ⁊c̄.
Sicut etiā palma lōgiſſimo tēꝑe ꝑdurat.
iux̄ illud Iob.xxix.Sicut palma ml'tipli⸗
cabo dies.ita btā ꝟgo nō ſolū longiſſimo
tp̄e ſed in et̄nū ꝑdurabit.vnde ip̄a inquit
Eccl'i.xxiiij.Uſq; ad futurū ſcl'z nō deſinā.
Quia autē mr̄ dn̄i nr̄i ieſu xp̄i d̄r in ſacra
ſcriptura ciuitas dei.vt pz p̄s.lxxxvj.ideo
merito etiā appellat̄ vrbs palmarū.q̄a hz
oēs ꝓꝑetates ipſius palme.Felix igit̄ ille
erit qui ꝑ deuotionē i iſta vrbe ſꝑ hītabit.
Btūs ille de q̄ i morte ſua poterit dici illō
Iudic̄.iij. Poſſedit vrbē palmarū.⁊ illud
eiuſdē lib.iiij.c.Sedebat ſub palma.i. ſub
vmbra ⁊ ꝓtectiōe ꝟgis gl'ioſe. ⁊ de eiꝰ aīa
dici poterit illud.ij. Paral'.iij.ſculpſit i ea
palmas.O igit̄ bone ieſu q̄ dixiſti Neem̄.
viij.Afferte ramos palmaꝝ.Cōcede mihi
vt tibi obuiam deuote veniam cum ramis
palmarū ſicut dum adhuc mortalis eſſes
tibi obuiauerūt pueri hebreorum Ioh̄.xij.
Fac vt deuotio matris tue nunq̄ a me di
ſcedat.vt de me poſſit dici illud Eccl'i.l.c.
Steterūt circa illum quaſi rami palmaꝝ.
⁊ illud Ezech̄.xlj. Palme celatura erat in
pariete templi.i.animi mei. Non eſt autē
mirū ſi mater tua appellat̄ palma.nam ⁊
de capillis tuis d̄r Cañ.v.Come eius ſicut
elate palmarū. Preterea ſi de q̄libet ſācto
d̄r p̄s.xc.Iuſtus vt palma florebit.Quare
mater tua ſanctoꝝ ſcīſſima ⁊ iuſtoruz iu⸗
ſtiſſima tanq̄ palma excellentiſſima floru
iſſe non credatur?

Beata virgo dicitur roſa Aſſimi⸗
latio.vj.



R
r — Oſa d̄r beatiſſima ꝟgo.vn̄ ip̄a in⸗
quit Eccl'i.xxiiij.Quaſi plātatio ro
ſe in hiericho.Hiericho q̄ppe inter
pretat̄ luna.⁊ ſignificat eccleſiā militantē
que ad modū lune q̄diu eſt in preſenti vita
multos defectus hz.In hac ergo hiericho
beata ꝟgo eſt plātata.q2 inter nos ⁊ deum
Qualitas roſe — eſt media cōſtituta. Roſa aūt pōt conſi⸗
derari quantū ad ſui qualitatē.amenitatē.
⁊ ꝟtutē.Prio q̄litas eiꝰ eſt q̄druplex. Una
eſt ꝙ roſa eſt frigida in folijs ⁊ calida in ſe
mine.ita ꝙ paſſiones calidas ſanat frigidi
tate folioꝝ.⁊ paſſiones frigidas caliditate
ſeminū.Scd̄a eſt ꝙ roſa eſt aquoſa ⁊ rori⸗
da.i.rore plena. Tertia eſt ꝙ roſa quanto
plꝰ ꝯtcat̄.tāto maior eiꝰ odor ſentit̄.Quar
ta eſt ꝙ roſa de ſpinis naſcitur.⁊ tm̄ ſpinaz
nō hz nec illā imitat̄.Et ꝓpter hec omnia
beatiſſima ꝟgo roſe aſſil'atur.Quidā enim
ſunt frigidi in amore dei. ⁊ iſtā frigidā paſ
ſionē ipſa ſanat dū eoꝝ corda ad dei amo⸗
rem inflāmat.Et iō d̄r de illa Prouer.vlt.
Nō timebit domui ſue a frigoribus niuis.
Oēs em̄ domeſtici eius veſtiti ſunt duplici
bus.Frigus niuis eſt frigiditas mētis.Cō
tra qd̄ frigus ipſa ſuos domeſticos.i.deuo
tos veſtit duplicibꝰ.i.charitate dei ⁊ ꝓximi.
Quidam ꝟo alij ſunt calidi.i.malo igne cō
cupiſcētie inflāmati.quoꝝ calidam infirmi
tatē ipſa ſanat.q2 in eis ignē male cōcupi⸗
ſcētie extinguit ⁊ rorē gratie refrigerātis
infundit.Et ideo d̄r Eccl'i.xliij.Ros obui⸗
ans ardori veniēti humilē efficit eū. Scd̄o
Roſa ē rorida — ipſa eſt tota rorida.i.rore ſpūſſancti plena.
vn̄ angelus ei dixit.Aue gratia plena Lu.
j.Iſtam autē rorem diuine gratie ab ea ex
cutimus qn̄ ipſam ꝑ deſideria feruētia exo
ramus.Iſta autē excuſſio aliqn̄ fit calore
ſolis.⁊ aliqn̄ calore ignis.Sol eſt xp̄s.iu⸗
xta illud Malach.iiij.Uobis timētibꝰ no⸗
men meū orietur ſol iuſticie.Ignis eſt ſpi⸗
rituſſanctus.de quo ſaluator ait Luce.xij.
Ignē veni mittere in terram. Qn̄ ergo ad
ipſam vehemēter afficimur ex eo ꝙ ſolē iu
ſticie in ſuo vtero habuit.tūc ꝟtute ſolis ab
ea rorē gratie excutimus.Qn̄ ꝟo ad ip̄am
vehemēter afficimur ex eo ꝙ ignis ſpiri⸗
tuſſancti in eā ſuꝑuenit ⁊ eius ꝟtute dei fi
lium generauit tūc ꝟtute ignis ab ipſa ro⸗
rem gratie impetramus.Iſta aūt deſideria
feruētia ipſa in nobis generat.immo etiaz
preoccupat.iuxta illud Sap̄.vj. Preoccu⸗
pat qui ſe cōcupiſcūt vt ſe illis prior oſten⸗
dat.Tertio ipſa valde fuit cōtrita.i. tribu⸗
lationibꝰ afflicta.⁊ quāto maiores ſuſtine⸗
bat contritiones:tanto maiores reddebat
odores.Nam in egypto expulſa dedit odo
rem patiētie.In paſſione filij gladio perfo
rata dedit odorē fidei perfecte. In tribula⸗
tionibꝰ ꝟo q̄s a iudeis paſſa eſt dedit odorē
actionis gratiaꝝ.nā de omnibꝰ ſuis aduer⸗
ſitatibꝰ grās deo referebat. Poſſumꝰ q̄z di⸗
cere ꝙ quāto aliq̄s magis cōtractat beatiſ
ſimā ꝟginē de ea meditādo.loquēdo.⁊ ſcri
bendo.tanto maiorē ſentit deuotiōis odo⸗
rē.Quarto ipſa fuit de iudeis ꝑ pctm̄ ſpi⸗
noſis nata.ſed tm̄ ipſa nūq̄ fuit aliq̄ pecca
to infecta.nec eoꝝ mores eſt imitata.vn̄ ca
nit eccleſia in quodā officio quo vtūtur ali
qui religioſi.Sicut ſpina roſam genuit iu⸗
dea mariā.Iudei em̄ erāt ſuperbi:ſed Ma
ria hūilima.Iudei erāt vitijs pleni.⁊ ipſa
grā pleniſſima.Iudei erāt terrena appeten
tes.⁊ ipſa celeſtiū auidiſſima. Iudei erant
luxurie dediti.⁊ ipſa caſtiſſima. Seruauit
nāq; cōſiliū patris ſui Dauid ſibi dicent̄ p̄s
xliiij.Audi filia ⁊ vide ⁊ obliuiſcere ppl'm
tuū ⁊ domū patris tui.Domum em̄ patris
ſui ⁊ populū ſuū eſt oblita.q2 eiꝰ mores nō
fuit imitata. Fuit etiam iſta roſa nata de
Eua ſpinoſa.ſed eius naturā nō eſt imita⸗
ta.vn̄ Ber.in quodā ſermone inquit.O vir
go virga nobilis.virga ieſſe per quā in ra⸗
mo conualuit qui perierat in radice.Radix
amaritudinis Eua.ramus eterne dulcedi⸗
nis maria.Mirāda ⁊ ꝓfundiſſima diſpen
ſatio diuine ſapiētie:ꝙ talis virga naſcitur
de radice tali.talis filia de tali matre.talis
libertas de tali ſeruitute p̄ſcripta.talis im
peratrix de tali captiua.de tam ſicca ſpina
tam florēs roſa. Secundo roſa pōt con⸗
ſiderari quantuz ad ſuam amenitatez ip̄a
enim ex ſua amenitate delectat viſum.olfa
ctum.guſtum.⁊ tactum.vt dicit Plini.li.
xx.naturalis hyſto.Et ſil'r beata ꝟgo dele
ctat nos quātū ad ſpūalem viſum ſua pul⸗
chritudine.q2 eius ſpēs eſt valde gratioſa.
Unde in eius figura d̄r Heſter.ij.Erat pul
chra valde ⁊ icredibili pulchritudine.⁊ om⸗
niū oculis gratioſa ac amabilis videbat̄.⁊
xv.c.etiam d̄r.Ipſa aūt roſeo colore vultu
ꝑfuſa.ac gratis ⁊ nitētibus oculis ⁊c̄.Dele⸗
ctat etiā angelos q2 facies eſt valde gl'ioſa.
vn̄ p̄s.xliiij.d̄r ei.Uultū tuū depcabuntur
oēs diuites plebis.Diuites em̄ plebis ſunt
angeli q̄ pre ceteris hn̄t diuitias regni celo
Roſa ē amena

rū. Delectat qꝫ ipm xp̄m q ei⁹ facies valde eſt ſpecioſa. Uñ in pallegato pſ. xliiij. ei dictum fuit. Cõcupiſcet rex decorē tuū. Ipſe eñ Cañ. ij. illi inqͭ. Oſtēde mihi faciē tuā. ſonet vox tua in aurib⁹ meis. Uox enī tua dulcis ⁊ facies decora nimis. Et ꝓpter iſta tria dr ei illud Judith. xv. Tu glīa hierlm .i. xp̄i q̄ eſt pax nr̄a. ad Ephe. ij. Tu leticia iſrael. i. angeloꝝ q̄ in celo ſemꝑ vidēt faciē patris Mat. xviij. Tu honorificētia populi nr̄i. i. generis humani. Nā omne hominū genus in terris ſimili cõſurgit ab ortu ⁊c. vt ait Boe. in. iij. de cõſo. c. xij. Oēs eñ hoies traxerūt originē ab Adā Eccī. xlix. ⁊ iō dicūtur h̄ reſpectu vni⁹ pp̄ls. In viſiōe ei⁹ faciei bt̄e ꝟginis xp̄s gl'iaꝛ. angelus letaꝛ. ⁊ humanū gen⁹ honoraꝛ. Scd̄o delectat ſpūalē olphatū p̄ ſui odoris imēſitate. de q̄ odore dr Cañ. iiij. Odor veſtimētoꝝ tuoꝝ. i. virtutū. ſicut odor thuris. q ⁊ deo fuit gratū ſacrificiū ⁊ recreauit animū noſtrū. De iſto etiā odore dr pſ. xliiij. Myrrha ⁊ gutta et caſſia a veſtimētis tuis ⁊c. Myrrha enī q̄ eſt amara ſignificat caſtitatem ſiue carnis mortificationē. Gutta que tumores frāgit ſignificat humilitatē. Caſſia ꝟo q̄ in aquis naſciꝛ ſignificat fidē q̄ in baptiſmo ꝑcipiꝛ. Iſte nāq tres ꝟtutes fuerunt in ipa valde odorifere. Nā caſtitas ſiue ꝟginitas fecit odorē angelo. humilitas deo. ⁊ fides eius odorē fecit toti mūdo. Tertio delectat ſpūalē guſtū ſua ſuauitate. Uñ ipſa inqͭ Eccl'i xxiiij. Qui edūt me adhuc eſuriēt. ⁊ q̄ bibūt me adhuc ſitiēt. Ipſa eñ reficit memoriam cogitationib⁹ ſanctis. intelligentiā intētionib⁹ rectis. ⁊ volūtatē affectionib⁹ mundis. Et ideo dr Eccl'i. xv. Cibabit illū pane vite ⁊ intellect⁹. ⁊ aqua ſapiētie ſalutaris potabit illū. Ipſa nāq cibat memoriā pane vite. qñ in talib⁹ cogitationib⁹ eā reficit. ⁊ intelligētiā pane intellect⁹ qñ rectis intētionib⁹ eā paſcit. ⁊ voluntatē potat aque ſapiētie ſalutaris. qñ ſapidis affectionib⁹ eā nutrit. Quarto delectat ſpūalem tactū ſua humanitate ⁊ lenitate. Uñ Bern. inqͭ. Quid ad Mariā trepidat accedere humana fragilitas? Nihil auſterū in ea. nihil terribile inuenies. tota ſuauis eſt. Quia igiꝛ eſt ita ſuauis: ab omnib⁹ eſt querēda arripiēda ⁊ āplexāda. Querēda ꝑ meditationē. iuxta illud Sap. viij. Hāc amaui ⁊ exq̄ſiui a iuuētute mea. Arripiēda ꝟo eſt ꝑ imitationē. ⁊ amplexāda ꝑ deuotionē. Et iō dr Prouer. iiij. Arripe illā ⁊ exaltabit te. ⁊ glorificaberis ab ea cū eā fueris amplexat⁹. Dabit capiti tuo augmēta gratiaꝝ ⁊ corona inclyta ꝓteget te. Propter iſta aūt oīa canit eccleſia. Specioſa facta es ⁊ ſuauis in delitijs tuis ſancta dei genitrix. Per h̄ eñ ꝙ dr ſpecioſa. notaꝛ ꝙ ipſa delectat ſpūalē affectū. Per h̄ ꝙ dr ⁊ ſuauis. notaꝛ ꝙ ipa ſpūalē delectat guſtū. ꝑ hoc ꝟo ꝙ dr ſancta dei genitrix. notaꝛ ꝙ ipa delectat ſpūalē olphatū. In hoc eñ ꝙ dei genitrix fuit in vtero ſuo balſamū paradiſi habuit. ⁊ iō tota odorifera fuit.

Roſa delectat olphatū

F Uirtus roſe

Tertio roſa pōt cõſiderari quātū ad ſuā ꝟtutē. ſiquidē ex roſis aliqñ fit electuariū. aliqñ oleū vel collirium: aut emplaſtrū. ⁊ diuerſe ꝑparatiões ꝯ diuerſas infirmitates. Maxime aūt hꝫ roſa ꝟtutē ſuper quadruplicē infirmitatē. Ipſa eñ ſtomachum ⁊ cor cõfortat. fluxū vētris refrenat. oculos clarificat. ⁊ dolorē capitis ſanat. vt dr in li. de ꝓpri. re. q̄s ꝟtutes roſe cū multis alijs ponit Pli. vbi. s̄. ⁊ ſimiliter beata virgo cor cõfortat dando charitatē dei. q̄ intantum cor forte facit. vt ꝓpter xp̄m vitā etiā paruipendat ⁊ mortē libēter ſubeat. iuxta illud Cañ. viij. Fortis eſt vt mors dilectio. Uñ Aug. inquit. Omnia ſeua ⁊ immania facilia ⁊ ꝓpe nulla facit amor. Ipſa qꝫ fluxum peccatoꝝ refrenat dando timorē q̄ peccata vitare facit. iuxta illud Prouerb. xv. In timorē dñi declinat omnis hō a malo. Ipſa qꝫ oculum intellectus clarificat dando diuinoꝝ cognitionē. que quidē cognitio oculū mētꝭ illuminat. iuxta illud pſ. cxviij. Declaratio ſermonū tuoꝝ illuminat. ⁊ iterū. preceptū dñi lucidū illuminās oculos. Ipſa etiā caput mētis q̄ eſt ſpes ſanat. qñ ſpē noſtrā tepidā ad celeſtia deſideria ſubleuat. Qꝛ eñ ſpes ſit caput mētis ꝓbatur ꝑ illud. j. Theſ. v. ⁊ galeā ſpē ſalutis aſſumēre. Propter iſta aūt oīa dr Eccl'i. xxiiij. ego mater pulchre dilectiõis. Ecce ꝙ cor cõfortat ꝑ charitatē. ⁊ timoris. Ecce ꝙ fluxū vitioꝝ reſtrigit ꝑ timorē. ⁊ agnitionis. Ecce ꝙ ſpūalem viſū clarificat ꝑ diuinoꝝ illuminationē. ⁊ ſancte ſpei. Ecce ꝙ caput mētis ſanat ꝑ ſpei ſubleuationē. Pro cõcluſione aūt hui⁹ partis dico. ꝙ bt̄ā virgo fuit illa roſa. de qua exponi poſſet illud Uirgilij in culice dicentis. Et roſa purpureo creſcit rubicūda colore. Semꝑ eñ fuit quaſi roſarū flos in diebus vernis Eccl'i. l. Seruauit nāq documētū qd̄ in eiuſdē li. xxxix. c. ha



betur. vbi dr. Quaſi roſe plantate ſuper riuos aquaꝝ fructificate.

Qꝛ beata ꝟgo dr oliua. Aſſīl'atio. vij.

B b

Oliua arbor

Beatiſſima ꝟgo ꝑ oliuam figuraꝛ. Oliua eñ cõſiderari pōt quantū ad arborē ⁊ quātū ad fructū ⁊ quātū ad liquorē. Quātū ad primū eſt ſciēdum. ꝙ oliua eſt viriditatis cõtinue eſt ſignū recõciliatiõis facte. eſt ſignū victorie aſſecute. ⁊ eſt fecūda in ſobole. Et quātū ad iſta quattuor oſtēditur de bt̄ā virgine q̄lis fuit quantū ad ſeipſam. ⁊ quātū ad deū. ⁊ q̄ntū ad demones. ⁊ quātū ad nos. Primo igitur oliua eſt viriditatis cõtinue. q virer in eſtate. in hyeme. in verē. ⁊ in autūno. Et q̄ntū ad hoc oſtēdiꝛ de bt̄ā ꝟgine q̄lis fuit q̄ntū ad ſe. viriditatē ſue ſanctitatis nūq̄ amiſit. nec in eſtate cõſolationis. nec in hyeme tribulatiõis. vnde dicere poterat illud Job xxvij. Donec deficiā nō recedam ab innocētia mea. Juſtificationē meā quā cepi tenere nō deſerā. Tenuit etiā viriditatē ſanctitatis in vere iuuētutis ⁊ in autūno ſenectutis. q eūdem feruorē quē habuit in iuuentute ſeruauit in ſenectute. Uñ pōt ſibi cõuenire illud Deuꝛ. xxxiij. Sicut dies iuuentutis tue ita ⁊ ſenect⁹ tua. Secundo oliua eſt ſignū recõciliatiõis facte. vñ dr in hyſtorijs romanoꝝ. ꝙ qñ legati romanoꝝ mittebantur ꝑ pace faciēda. portabāt ramos oliuarū. prout etiā refert Iſido. xvij. ethimo. Et quantū ad hoc oſtēdiꝛ qualis fuit bt̄ā ꝟgo quantū ad deū q ipm nobis recõciliauit. vñ in ſignū hui⁹ recõciliatiõis facte angeli in ei⁹ parturitiõe cātauerūt. Glīa in excelſis deo. ⁊ in terra pax hominib⁹ bone volūtatis Lu. ij. Hec eſt illa mulier ſapiētiſſima que recõciliauit Dauid filio ſuo. ij. Regum xxiiij. ⁊ q̄ deū recõciliauit generi humano. hec eſt illa colūba innocētiſſima que portauit in archa noe ramū oliue virētib⁹ folijs in ore ſuo Geñ. viij. trāſſumptiue in. c. vnico. §. q ꝟo. de ſa. vnc. ꝑ hoc indicās deū homini eſſe recõciliatum. Tertio oliua eſt ſignū victorie aſſecute. Nā olim apud Athenas victores ramis oliuarū cõſueuerāt coronari. ſicut dicit plinius li. xvij. naturalis hyſtorie. ⁊ poniꝛ etiā in li. de ꝓprie. re. Et quantū ad hoc oſtēdiꝛ qualiter beata ꝟgo ſe habuit quātū ad demones. q eos ſuperauit ⁊ vicit. Ipſa q̄ppe cõtriuit caput diabolice ſuggeſtionis. iuxta illud Geñ. iij. Ipſa cõteret caput tuū. Itē cõfudit aſtutiā ſue deceptionis. iuxta illud Judith. xiiij. Una mulier hebrea fecit cõfuſionē in domo Nabuchodonoſor. Itē eiecit eū a dñio ſue poteſtatis. iuxta illud Judith. ix. Erit memoriale nominis tui cū manus femine deiecerint eū.

Oliua ſignū reconciliationis

Oliua ſignū victorie

Oliua eſt fecūda ſobole

Quarto oliua eſt fecunda in ſobole. q multas nouellas plātationes generat. ⁊ q̄ntū ad h̄ oñdiꝛ q̄lis ſit bt̄ā ꝟgo q̄ntū ad nos. Ipa ei tāq̄ mulier fecūda multos filios gñat in fide ⁊ grā. vñ dicere pōt cū ꝓpheta pſ. lj. Ego aūt ſicut oliua fructifera in domo dei ⁊c. Itē ei dici pōt illud pſ. cxxvij. Filij tui ſicut nouelle oliuaꝝ in circuitu menſe tue. Ipſa ꝟo filios quos generat poſtea ſecū in mēſa cibat. iuxta illud Eccī. xv. Cibauit illum pane vite ⁊ intellect⁹. Ipſa enim cibat intellectū dei cognitiõe. ⁊ affectum dei amore. qui amor eſt vita anime.

D Fruct⁹ oliue

Scd̄o oliua cõſideratur quantū ad fructū. Scd̄m aūt Iſid. vbi. s̄. Fruct⁹ oliue primo rubeſcit. poſtea vireſcit. deinde nigreſcit. ⁊ ſimiliter beata ꝟgo fuit rubea ꝑ charitatē. viridis ꝑ ꝟginitatē. ⁊ nigra ꝑ humilitatē. iuxta illud Cañ. j. Nigra ſum. ecce nigredo humilitatis. ſed formoſa. ecce viredo virginitatis. ſicut pelles Salomonis ecce rubedo charitatis. Uel pōt dici ꝙ fructus iſtius oliue fuit xp̄s. qui fuit viridis in tota ſua cõuerſatione. iuxta illud Luce. xxiij. Si in viridi ligno hoc faciūt. in arido quid fiet. Fuit etiā rubeus in paſſione. vñ angeli dixerūt ei in eius aſcēſione illud Eſa. lxiij. Quare rubrū eſt indumentū tuū? Fuit autem niger in morte. iuxta illud Apoca. vj. Sol factus eſt niger ⁊c.

I Liquor oliue

Tertio oliua cõſideratur quantū ad liquorē. De quo liquore ſic dicit Iſido. xvij. li. ethim. Surgit oleū ex amaritudine radicis in pabulum luminis in refectionē eſuriētis. ⁊ in medicinam vulneris. Sic igiꝛ oleū oliue eſt valde vtile mortalibus. Nā in lucernis ponitur ad illuminandum ⁊ ad ignem nutriendum. ⁊ languidis mēbris apponitur ad medendū. ⁊ cibis additur ad condiendum. Sic oleum beate virginis. id eſt pietas eius illuminat tenebroſos in dei agnitione. vnde appellatur mater agnitiõis Eccleſiaſtici. xxiiij. qd̄ quidem facit lumine ſue gratie. ⁊ ideo ipſa inquit in p̄dicto. c. penetrabo inferiores partes terre. ⁊ inſpiciam omnes dormientes. ⁊ illuminabo omnes ſperātes in dño. Ipſa quoq curat languidos ⁊ ſanat vulneratos medicina ſue miſericordie. iuxta illud Eccl'i. xxiij. Medicina oīum in feſtinatione nebule. i. in feſtina miſeratiõe marie.

Poſſumus etiā dicere ꝙ eos cōſolidat dei
timoꝛe qui expellit pctm̄ Eccli.j.pctm̄ autē
eſt languoꝛ anime. Et ꝓpter hoc ipſa dicit
mater timoꝛis Eccli.xxiiij. Ipſa qꝫ cibat et
nutrit ſuos deuotos multiplici cōſolatiōe.
⁊ ſatiat famelicos dulcedine grē ⁊ viſitatio
nis ſue.iuxta illud Pꝛoū.vl. De nocte ſur/
rexit ⁊ dedit pꝛedā domeſticis ſuis.⁊ ciba/
ria ancillis ſuis.immo nos oēs inuitat di/
cēs Eccli.xxiiij. Trāſite ad me oēs q̄ concu
K piſcitis me.⁊ a gn̄ationibus meis adimple
Triplex mini. Nō immerito igitur oliua ſignifi/
miſcðia cat miam beate ꝟginis. Un̄ ipſa inqͭt Eccl
Marie xxiiij. Quaſi oliua ſpecioſa in cāpis. Ex q̄/
bus ꝟbis habetur ꝙ ipſa hꝫ miam excellē/
tem cōgruentē ⁊ patentē. Pꝛimo autē hꝫ
miſericoꝛdiā excellentem.⁊ hoc pꝫ ꝑ hoc ꝙ
vocatur oliua.ſicut enim oleum ſupeminet
omnibꝰ liquoꝛibꝰ.⁊ ſi ſubtus ponaꝛ ſupna
tat.ſic miſericoꝛdia beatiſſime ꝟginis ſup/
eminet omnibꝰ alioꝝ ſanctoꝝ miſerationi/
bus. Un̄ de ipſa exponi pōt illud Eccli.xx/
viij. Miſericoꝛdia hoīs.ſ.cuiuſlibet alteriꝰ
circa ꝓximū ſuū. Miſcðia aūt eiꝰ ſup oēm
carnē. Scðo hꝫ miam cōgruētē.quia tunc
maxime miam exhibet:qn̄ maioꝛ neceſſitas
imminet.qð notatur ꝑ hoc ꝙ dꝛ ſpecioſa.
qꝛ ſicut dꝛ Eccli.xxv. Specioſa eſt mia in
tpe tribulatiōis. Tertio hꝫ miam cōmunē
⁊ patentē.qð notatur ꝑ hoc ꝙ dꝛ in cāpis.
Ad oliuas em̄ hoꝛtoꝝ nō pꝫ omnibꝰ ingreſ
ſus.ad oliuas aūt campoꝝ omnibus eſt ac
ceſſus. Quidam em̄ ſancti ſunt ſicut oliue
hoꝛtoꝝ.quia tenēt miſericoꝛdias ſuas clau
ſas.eo ꝙ digni nō ſumus eas recipe. Bea/
ta autē virgo hꝫ miſericoꝛdias omnibus cō
munes ⁊ apertas. Et ideo ipſa oēs inuitat
ad ſuā miſericoꝛdiā.dicēs illud Pꝛouer.x.
Uenite comedite panē meū.⁊ bibite vinum
Maria ſ.miſericoꝛdie mee. Et illud Eſa.lv. Omēs
habuit ſitiētes venite ad aquas ⁊c. Poteſt etiā
miam dici ꝙ ꝑ hoc qð dꝛ.quaſi oliua ſpecioſa in
nālē. to campis.denotatur ꝙ ipſa habet miſericoꝛ
talem ⁊ diam naturalē.totalē ⁊ vniuerſalem. Pꝛi
vniuer/ mo em̄ habet miſericoꝛdiā naturalē. quod
ſalem notatur cum dꝛ.quaſi oliua. Solus em̄ deꝰ
eſt ꝓpꝛie oliua.i.ipa miſericoꝛdia.quia ipi
naturale eſt ⁊ ꝓpꝛiū miſereri ſemꝑ ⁊ parce
re.vt canit eccleſia. Beata autem virgo eſt
quaſi oliua.qꝛ intantū eſt miſereri aſſueta:
⁊ ad miſericoꝛdias ita pꝛōpta:ꝙ quodam/
modo eſt deo ſimillima. Tcðo habꝫ miam
totalē.qð notatur ꝑ hoc qð dꝛ. Specioſa.

qꝛ in omni ſui ꝑte eſt pulchꝛa.ſ. in ramis.
in folijs.⁊ in fructu. Aliq̄ em̄ habēt miſeri/
coꝛdiā in ramis.i.in coꝛde ꝑ affectū cōpaſ
ſionis. Alij ꝟo in folijs.i.in ꝟbis ꝑ effectuꝫ
cōſolationis. Alij aūt in fructu.i.in ope per
effectū exhibitionis. Uirgo aūt Maria eſt
oliua ſpecioſa.qꝛ hꝫ miam in coꝛde: exhibē
do materne cōpaſſionis affectū. Et in oꝛe
ꝓ nobis aduocādo apud deū. Et in ope ex
hibēdo nobis ſue miſeratiōis auxiliū. Ter
tio hꝫ miſericoꝛdiā vniuerſalē.qð notatur
per hoc ꝙ dꝛ in campis. Sunt em̄ quidam
ſancti qui videtur habere miſericoꝛdiā ſpe
cialē.qꝛ aliquibꝰ ſubueniūt.⁊ aliquibus nō.
Alij ꝟo particularē.quia ſup aliquibꝰ infir
mitatibus videnꝛ accepiſſe a deo poteſtatē
curandi.vel in certis gratijs ſubueniēdi.ſi/
cut beatus Anthonius ſuper aduſtione cu/
iuſdam ignis. Et ſanctus Leonardus ſup
incluſos in cuſtodia carceris.⁊ hmōi. Qui/
dam ꝟo ſancti videnꝛ habere miſericoꝛdiā
localē.qꝛ maioꝛa bn̄ficia pꝛeſtāt in aliquibꝰ
locis.ſicut in loco ſue ſepulture.vel vbi reli/
quie cōſeruātur. Quidā autē tēpoꝛalēꝫ. qꝛ
aliquibꝰ tēpoꝛibus magis ſubueniūt. ſicut
patet in martyribꝰ ⁊ in alijs ſanctis. qui tē
poꝛe ſue paſſionis vel canonizatiōis. qn̄.ſ.
efficiūtur noui xp̄i milites:ſunt ſe inuocan
tibus magis liberales. Miſericoꝛdia autē
bn̄dicte virginis eſt ſicut oliua in cāpis.qꝛ
omnibꝰ eſt vniuerſalis.atqꝫ cōis. omnibus
ꝑſonis.ſup omnibꝰ moꝛbis curādis ⁊ gra/
tijs cūctis cōcedendis.⁊ in omnibus locis
atqꝫ tēpoꝛibꝰ. Poſſumus etiā dicere ꝙ
beatiſſima ꝟgo aſſimulatur oliue multꝭ ali L
is ex cauſis. Naꝫ oliua in arboꝛe ſiue ligno Maria
hꝫ ſoliditatē.⁊ ſimiliter ipſa fuit valde ſoli oliua a
da in fide. Un̄ de illa dici pōt illud Eccli.l. lijs rati
Quaſi vas auri ſolidum ⁊ ſicut lignū oliue onibus
eſt imputribilis puritatis.ſic ipſa fuit im/
putribilis ⁊ puriſſima in carne. Fuit nāqꝫ
illud lignum.de quo dꝛ Eſa.xl. Lignū im/
putribile ſibi elegit artifex ſapiēs. Itē ſicut
oliua in medulla eſt multe humoꝛoſitatis.
ita ipſa fuit plena humoꝛe gratie in mente.
iuxta illud Lu.j. Aue gr̄a plena. Iteꝫ ſicut
oliua habet in fronde viriditatē. naꝫ.vt.ſ.
diximus.folia oliue ſemper virēt.ſic folia.
id eſt verba beate ꝟginis.ſemꝑ fuerūt viri
dia.id eſt virtuoſa. In omni em̄ verbo ſuo
viroꝛ ꝟtutis apparuit. Eius enim pꝛuden
tia apparuit in inquirendo.qn̄ dixit ange/
lo. Quō fiet iſtud ⁊c. Lu.j. Humilitas aūt



in cōſentiēdo.qn̄ dixit. Ecce ancilla dn̄i ⁊c.
Ibidē. Deuotio aūt in laudādo deū cū ait.
Magnificat aīa mea dn̄m. Ibidē. Dilectio
charitatꝭ in querēdo qn̄ dixit. Fili quid feci
ſti nobis ſic:ego ⁊ pater tuꝰ Lu.ij. Pietas
in cōpatiēdo:cū dixit. Uinū nō habēt Ioh.
ij.⁊ ſic de alijs eiꝰ ꝟbis. Itē ſicut oliua hꝫ
in floꝛe ſuauitatē.naꝫ floꝛes eius ſuauiter
redolēt.ita floꝛes btē ꝟginis.i.eius moꝛes
odoꝛe honeſtatis plurimū redolebāt. Naꝫ
tanta floꝛebat ipſa ꝟgo moꝝ honeſtate:vt
in eius aſpectu omnis tētatio carnalis ab
ea inſpiciēte fugaretur.ſicut ait Hiero. Et
ideo de illa dici pōt illud Iob.xv. Leteꝛ q̄ſi
oliua pꝛoijciens floꝛem. Et illud Aggei.ij.
Lignū oliue floꝛuit. Sicut etiā oliua hꝫ in
fructu vnctuoſitatē.⁊ quāto oliue ſunt ni/
grioꝛes exteriꝰ tanto ſunt maturioꝛes ⁊ vn
ctioꝛes interius.⁊ ad exprimēdum ex eis
oleū ſunt aptioꝛes. Siliter fructus.i.ope/
rationes beatiſſime ꝟginis.ꝗuis exterius
nigreſcerēt ꝑ humiliationē.tn̄ interius ha
bebāt immēſam gratie ⁊ deuotionis vnctio
nem. Et ideo oēs debemus hoc oleo vngi.
vt de quolibet noſtrū verificetur illud pſ.
ciij. Ut exhilaret faciē eius in oleo.tranſ/
ſumptiue in.c.vnico.§.quia ꝟo.de ſacra vn
ctio. Ue autē illi de quo verificatur illud
Deuꝛ.xxiiij. Oliuas habebis:⁊ illis nō vn
geris. Beati autem illi qui dixerūt huic oli
ue Impera nobis Iudicū.ix. Hec eſt enim
oliua pullulās Eccli.xxiiij. Nō ſolum autē
ipſa dicitur oliua:ſed etiam eius filius. Un̄
de ambobus dici pōt illud Zach.iiij.⁊ Apo
cal.xj. Hi ſunt due oliue. Quia igitur dn̄s
noſter de hac oliua natus eſt poteſt dici de
eo illud Oſee.xiiij. Erit quaſi oliua ramus
eius. Et ꝓpterea de illo pꝛophetatum fuit
Zach.xiiij.vbi dicitur. Stabūt pedes eius
ſuper montem oliuarum qui eſt cōtra Hie/
ruſalem ad oꝛientem. In ipſo etenim mon
te oliueti Ieſus libēter moꝛabatur. vt pꝫ
Matth.xxvj. Marci.xj.⁊ Ioh.viij. O igi
tur amenıſſima olineta.ſ.chꝛiſti ⁊ beatiſſi/
me ꝟginis. Et beati illi de quibus dici po/
terit in eoꝝ moꝛte illud Neemie.ix.poſſede
rūt olueta ⁊ ligna pomifera. Iſtis autem
dici poteſt illud Deuꝛ.vj.⁊ Ioſue.xxiiij. De
dit vobis deus oliueta que nō plantaſtis.
O igitur dn̄e deus:qui pꝛecipis nobis il/
lud Neemie.viij.di. Afferte frondes oliua
rum. Fac vt in me verificetur illud Deute.
viij.vbi populo Iſrael dictum eſt. Introdu

cet te dn̄s in terram in qua naſcūtur oliue.
Si enim me in hoc oliueto ſemel introdu/
xeris.tantū nō ſolum de frondibus ſꝫ etiaꝫ
de oliuis colligā ꝙ tibi placitū ſacrificium
de ipſis quotidie offeram.

Q beata virgo dicitur platanus. Aſſimi
latio.viij.

P Latano aſſimilatur virgo benedi/ M
cta.pꝛimo ratione adaquationis.
quia ſicut platanus optime creſcit
iuxta aquas.ſm̄ illud Ouid.in.j.de reme.
amo. Quā platanus riuo gaudet:ꝙ popu
lus vnda. Et ꝙ limoſa canna paluſtris hu
mo. Ita beata ꝟgo optime creuit iuxta aq̄s
diuine gratie.⁊ ideo illis ꝟſibus nos adde
re poſſumus ⁊ dicere. Gratia ſic ſanctaꝫ fo
uit diuina Mariā. Et ꝓpter hoc ipſa inqͭt
Eccli.xxiiij. Quaſi platanus exaltata ſum
iuxta aquas. Scðo aſſimilatur platano ra
tione equationis. quia ſicut platanus licꝫ
aſcēdat in altū.iuxta illud Uirgilij in culi/
ce. Nā pꝛimū pꝛona ſurgebāt valle paten/
tes Aeree platanus.tn̄ ad altitudinē cedri
lybani nō aſcēdit. iuxta illud Ezech.xxxj.
Et platani nō fuerūt equales frondibꝰ illi/
us.trāſſumptiue in.c.pꝛincipiū.de pe.diſt.
ij. Sic beata virgo licꝫ in altum aſcenderit
per ꝟtutū omniū ſublimitatē. nō tn̄ perue
nit vſqꝫ ad altitudinē cedri.i.filij ſui. Ter/
tio aſſimilatur platano rōne inſertiōis. qꝛ
ſicut platanus licꝫ de ſe ſit ſterilis. tn̄ ſi in/
ſeratur facit bona poma.iuxta illud Uirgi
lij in.ij. geoꝛg. Et ſteriles platani malos
geſſere valētes. Sic beatiſſima ꝟgo licꝫ ꝓ
pter votū virginitatis eſſet ſterilis. tn̄ per
inſertionē ſpūſſancti ꝓduxit ex ſe ⁊ ꝓtulit
in vtero ſuo pomum dulciſſimuꝫ paradiſi.
Quarto aſſimilaꝛ platano rōne dilatatio/
nis.ſ.folioꝝ. Platanus em̄ eſt arboꝛ ſic di/
cta ꝓpter latitudinē folioꝝ.vt ait Iſidoꝛus
xvij.li.ethimo.eo ꝙ eiꝰ folia ſunt patula et
ampla. Nā platos grece planum dꝛ latine.
Folia aūt ꝟginis bn̄dicte.i. eius virtutes
quibus oꝛnata fuit eius vita:fuerūt patula
per exemplū.⁊ ampla per meritū.⁊ tn̄ pla/
na.i.humilia per deſpectum.quia quantū/
cunqꝫ eſſet gratia ⁊ ꝟtutibꝰ plena.tn̄ ſe ſem
per humiliabat ⁊ deſpiciebat ancillam dei
ſe vocādo. Quinto aſſimilatur platano ra/
tione cōplexionis.quia platanus eſt arboꝛ
frigida ⁊ ſicca:dicitur in lib. de ꝓpꝛie.re.⁊
beata ꝟgo ab om̄i ardoꝛe auaritie frigida
fuit.⁊ ab omni humoꝛe cōcupiſcentie ſicca.

quia terrena toto corde deſpexit.⁊ nihil in
ſe cõcupiſcẽtie habuit.Sexto aſſimilaṫ pla
tano rõne curationis.Nã folia platani ad
curãdas paſſiones calidas ⁊ humidas in⸗
firmitatũ ſunt valde vtilia.quia humorem
deſiccãt ⁊ calorẽ tẽperant. reuma reſtrin⸗
gũt.⁊ cõtra tumorẽ calidum oculoꝝ iuuãt.
ſm Diaſcoꝝ.ꝑut etiã ponitur in li.de ꝓꝑe.
re.⁊ a Plinio in.xij.li.naturalis hyſto.Si
militer etenim folia beate ꝟginis.i.eiꝰ ver
ba qñqȝ ardorẽ auaritie tẽperant. ſicut qñ
dixit in ſuo cantico.Eſuriẽtes impleuit bo⸗
nis ⁊c̃.qñqȝ ꝟo humorẽ luxurie deſiccant.
ſicut qñ dixit angelo.qm̃ virũ nõ cognoſco
Lu.j.Qñqȝ etiam fluxum reumatũ.i.co⸗
gitationum coartant.Naȝ velut reuma ca
pitis ad inferiora fluẽs eſt cogitatio men⸗
tis ad inferiora tendens.quã virgo benedi
cta ſuo ꝟbo ⁊ exẽplo ad ſuꝑiora reuocat ⁊ re
ſtringit di.Magnificat anima mea dñm.
Et exultauit ſpũs meꝰ in deo ſalutari meo.
Dicit ei in deoꝛ nõ ĩ mũdo.Itẽ ꝯ tumorẽ.i.
ſuperbiã iuuãt eius ꝟba cuȝ dicit.Fecit po
tentiã in brachio ſuo:diſperſit ſuꝑbos ⁊c̃.
⁊ Depoſuit potẽtes de ſede ⁊c̃.Dicit quoqȝ
vnicuiqȝ ſuperbo illud Job.xv.Quid te ele
uat coꝛ tuũ:⁊ quaſi magna cogitãs attoni
tos habes oculos?Quid tumet cõtra deuȝ
ſpũs tuus.

Qꝛ beata virgo dicitur cynamomum.
Aſſimilatio.ix.

N c

Cynamomo aſſimilatur ꝟgo beatiſ⸗
ſima:que Eccl'i.xxiiij.inquit.Sicut
cynamomũ ⁊ balſamũ aromatizãs
odorẽ dedi.Eſt aũt cynamomũ ſpẽs ſicca.
calida ⁊ aromatica.ſm Diaſcoꝝ ⁊ Platea
riũ.ꝑut etiã ponitur in lib.de ꝓꝑie.re.de
qua ſpecie fit mentio in.l.fi.ff.de publi.Et
ſimiliter ipſa fuit ſicca in carne ꝑ temperã⸗
tiã ⁊ parcitatẽ.Calida in aĩa per feruoꝛem
⁊ charitateȝ.⁊ aromatica in vtroqȝ ꝓpter
munditiã ⁊ puritatẽ.Eſt aũt ſciendũ.ꝙ cy
namomũ cognoſcitur ꝑ quinqȝ ſigna quã⸗
do eſt bonũ.ꝓpter que virginẽ bñdictã me

Cyna⸗ momuȝ cogno⸗ ſcitur ꝑ quinqȝ

rito repñtat.Primo ex coloꝛe.qꝛ nõ dȝ eſſe
pallidum.nec nigrũ:ſed ſubruffum.vt dici
tur in li.de ꝓꝑi.re.Et ſimiliter beata ꝟgo
nõ fuit pallida per vanam gloriã.nec nigra
ꝑ alicuiꝰ peccati maculã:ſed ſubruffa ꝑ cha
ritatẽ ſuccẽſam.iuxta illud qd̃ inquit Hie⸗
ro.in ſermone aſſumptionis di.Totã ipaȝ
incanduerat diuinus amoꝛ.totãqȝ repleue
rat ſpũſſancti grã:vt in ea nihil eſſet qd̃ mũ
danus violaret affectus.ſed ardoꝛ cõtinuꝰ.
ac ꝑfuſi amoris ebrietas ⁊c̃.Scd̃o cogno⸗
ſcitur ex odoꝛe quia ex ſua aromaticitate
multũ cõfoꝛtat cerebrũ.⁊ fluxuȝ reſtringit.
vt dꝛ in ꝑdicto lib.de ꝓꝑie.rerum.A cere⸗
bro aũt fluũt ſenſus ⁊ motus.Odoꝛ igitur
ſanctitatis beate ꝟginis cõfoꝛtat ꝟtutem
motiuã:dum eã allicit ad bñ oꝑandum.cõ
foꝛtat etiã virtutẽ affectiuaȝ:dum illaȝ in⸗
flãmat ad diligendum.Itẽ ꝟtutẽ intellecti
uam:dum eã illuminat ad cognoſcendum.
Iſte etiã odoꝛ ſue ſanctitatis reſtringit flu
xum carnalitatis.⁊ iõ aſſimilaṫ odoꝛi thu⸗
ris.cuiꝰ ꝟtute reſtringitur fluxus reumatꝫ.
Vñ ei dꝛ Cañ.iiij.Odoꝛ veſtimẽtoꝝ tuoꝝ
ſicut odoꝛ thuris.Tertio cognoſcitur cyna⸗
momũ ex ſapoꝛe.qꝛ appetituȝ acuit.⁊ ideo
in ſalſamẽtis poni cõſueuit.⁊ ſil'r btã ꝟgo
inflãmat noſtrũ deſideriũ ⁊ acuit appetitũ.
Unde Eccl'i.xxiiij.ipſa inquit.Qui edunt
me adhuc eſuriẽt ⁊c̃.Quarto cognoſciṫ ex
ſubtilitate.groſſum em̃ cynamomũ non eſt
bonũ:ſed ſubtile.vt dꝛ in dicto li.de ꝓꝑ.re.
Et ſil'r beata ꝟgo nõ fuit groſſa per ſuper⸗
biã.ſed ſubtiliſſima ꝑ maximã humilitatẽ.
Vñ illi dixit deus Ezech.xvj.indui te ſubti
libꝰ.Subtilibus em̃ eã veſtiuit.qñ dedit ei
humilitatẽ in coꝛde.⁊ mãſuetudinẽ in con
uerſatione.cynamomũ etiaȝ in hoc figurat
humilitatẽ ipſius ꝟginis.qꝛ ſitu breui na⸗
ſcitur ramo humili ac deꝓſſo.vt inquit So
linus in li.de mirabilibꝰ mũdi.Quinto co⸗
gnoſcitur cynamomũ ex ꝟtute.Qñ eniȝ eſt
bonũ ac laudabile hȝ multiplicẽ virtutẽ.vt
dꝛ in ꝑdicto li.de ꝓꝑie.re.de qua etiã tra⸗
ctat Plinius li.xij.naturalis hyſto.⁊ valet
maxime cõtra labioꝝ defectũ.i.pctã locuti
onũ.Iſta aũt locutionũ vulnera ſanat btã
ꝟgo ſua locutione moderata.Oĩa eniȝ ſua
ꝟba fuerũt noſtroꝝ vulneꝝ medicina.⁊ no
ſtrarũ locutionũ exẽpla.Ipſa em̃ fuit diſcre
ta in inquirẽdo.humilis in obediẽdo.⁊ pia
in cõpatiendo.vt declarauimus in.vij.par
te huius ſermonis.Itẽ fuit curialis in ſalu
tando.qñ ſalutauit Helizabeth Lu.j.⁊ fu⸗
it grata in regratiãdo.qñ.ſ.dei bñficia reco
gnoſcẽs regratiata eſt deo di.Magnificat
⁊c̃.Itẽ fuit moderata in repꝛehẽdẽdo.qñ.vt
hꝛ Lu.ij.dixit.Fili qd̃ feciſti nob̃ ſic?Fuit
q̊ȝ ſapiẽs in cõſulẽdo.qñ miniſtris nuptia
rũ dixit.Quodcũqȝ dixerit vobis facite Jo
han.ij.Propter iſtas aũt ꝓꝑietates quas
hȝ beatiſſima ꝟgo.dicit de illa ſpõſus eius.



celeſtis.Fiſtula ⁊ cynamomũ cũ vniuerſis
lignis lybani ⁊c̃.Ipſa q̊ȝ ſuo ſponſo dicere
põt in bonũ illud Prouer.vij.Aſperſi cubi
le meũ cynamomo.

Qꝛ btã ꝟgo dicitur balſamum.Aſſimi⸗
latio.x.

O b

Beatiſſima ꝟgo aſſimilaṫ balſamo.
Eſt aũt balſamũ arboꝛ ſiue frutex
duoꝝ cubitoꝝ in q̃titate.ſimiliſqȝ
viti in ſtipite.in folijs ꝟo ruthe vt dicit Iſi
do.xvij.li.ethi.⁊ ſic dicit glo.ſuꝑ.iij.Cañ.
olim balſamũ naſcebaṫ in vineis engaddi.
⁊ inſtar vinee colebatur.ſ.in duobꝰ hoꝛtꝫ re⸗
gijs.quoꝝ maioꝛ.xx.iugerũ erat.vt etiam
inquit Plinius lib.xij.natu.hyſto.Sed ſi⸗
cut legitur in quadã hyſtoria facta captiui
tate iudeoꝝ Cleopatra regina illas vites in
egyptũ trãſtulit.⁊ in quodã cãpo vbi ſunt
vij.fontes ipſas plantauit.In vno quoꝛuȝ
fontiũ dicta virgo dũ in egyptũ fugeret dꝛ
lauaſſe puerũ Jeſuȝ.⁊ faſcias ⁊ alia linthea
mina quibꝰ inuoluebaṫ eius coꝛpus.vñ di⸗
cũtur ille vites nõ ferre fructũ niſi a xp̃ia⸗
nis ſolũmodo excolãtur.⁊ ſi ad alium locũ
poꝛtẽtur ⁊ ibi plãtenṫ.nõ appꝛehẽdũt nec
radices faciũt niſi cũ predicti fontis aqua
balnectur ⁊ ſolũ ibi tãdiu viuũt ⁊ fructifi⸗
cãt q̃diu cũ predicta aqua nutriunṫ.Sicut
aũt dicit glo.ſuꝑ Eccl'i.xxiiij.Oĩa q̃ in bal
ſamo ſunt ꝟtuoſa ſunt.ſ.lignũ.fructus ⁊ li
quoꝛ.de cuius ꝟtutibꝰ ponit Plinius vbi.s̃.
⁊ diffuſe ponitur in li.de ꝓꝑi.re.ſed breui
tatis cã omẽs eius ꝓꝑietates nõ refero.
Sufficiat aũt ĩ gñali dicere ꝙ.vt dicit Pli
nius vbi.s̃.Balſamũ eſt arboꝛ tota medici

Arboꝛ balſa⸗ mum.

nalis.lignũ quidẽ eſt ꝟtuoſuȝ ⁊ odoꝛiferũ.
fructꝰ ꝟtuoſioꝛ.liquoꝛ aũt eſt ꝟtuoſiſſimus
⁊ ſuauiſſimꝰ.Et iõ bñ ꝑ balſamũ ꝟgo bñdi
cta ſignificaṫ.qꝛ oĩa que in ipſa fuerũt vir
tuoſa ⁊ odoꝛifera extiterũt.ꝑ lignũ aũt in⸗
telligiṫ eius coꝛpus ꝟgineũ.coꝛtex ꝟo huiꝰ
ligni fuit eius cõuerſatio exterioꝛ.ſemẽ aũt
huius balſami fuit eius aĩa bñdicta.in ter
ra mũda.i.in carne ꝟginea ſeminata.Di⸗
co igitur pꝛimo.ꝙ iſtud lignũ.i.coꝛpus vir
gineũ intantũ fuit virtuoſum.ꝙ deũ traxit
ad ſuũ vterũ.vñ ipã ꝟgo inq̃t Cañ.j.dum
eſſet rex in accubitu ſuo nardus mea dedit
odoꝛẽ ſuauitatꝫ.Nardꝰ em̃ eſt herba aroma
tica ⁊ nigra.de q̃ etiã ꝑcioſum ꝯficiṫ vnguẽ
tũ.⁊ ſignificat beatã ꝟginẽ cuiꝰ coꝛpus fuit
aromaticũ per odoꝛẽ puritatis.iuxta illud
Eccl'i.xxiiij.Sicut cynamomũ ⁊ balſamuȝ
aromatizans odoꝛẽ dedi.tranſſumptiue in
c.vnico.C.ad exhibendum.de ſa.vnc.Sed
ipſa habuit nigredinẽ humilitatis.iuxta il
lud Cañ.j.Nigra ſum ſed foꝛmoſa.Itẽ ple
na fuit vnguentis omniũ grãꝝ.iuxta illud
Cañ.j.Trahe me poſt te.in odoꝛẽ curremꝰ
vnguẽtoꝝ tuoꝝ.Scd̃o fructus balſami eſt

Fructꝰ balſami

ꝑcioſus.eſt aũt in coloꝛe rubicũdus.in odo
re aromaticus.⁊ interiꝰ videṫ eſſe melliſluꝰ.
Et ſignificat btẽ ꝟginis fructũ bñdictuȝ.ſ.
dñm noſtrũ Jeſum xp̃um.In quo fuerunt
tres ſubſtãtie.ſ.caro q̃ fuit in paſſiõe rubi⸗
cũda.iuẋ illd̃ Eſa.lxiij.Quare rubrũ eſt in⸗
dumentũ tuũ ⁊c̃.⁊ aĩa que fuit aromatica
.i.odoꝛe omniũ ꝟtutuȝ repleta.iuxta illud
Cañ.iij.ſicut ꝟgula fumi ex aromatibꝰ.Et
diuinitas q̃ eſt dulcedo ⁊ ſuauitas noſtra.
iuxta illud Eccl'i.xxiiij.Spũs meꝰ ſuꝑ mel
dulcis ⁊c̃.Tertio dico ꝙ in balſamo eſt li⸗
quoꝛ precioſiſſimus.Rami em̃ balſami re
ſcindũtur.⁊ inde ſtillat liquoꝛ balſami miri
odoꝛis.vt ait Iſido.xvij.li.ethimo.Et iſte
odoꝛ fuit in btã ꝟgine.que dicit Eccl'i.xx⸗
iiij.Quaſi balſamũ nõ mixtũ odoꝛ meꝰ.Et
põt intelligi iſte odoꝛ vel de odoꝛe vteri ꝟgi
nalis.vel de odoꝛe ſue ſanctitatꝫ.Qñ enim
ipſa bñdicta ꝟgo habebat in vtero chꝛiſtũ.
tunc ibi habebat balſamum.⁊ ideo ibi fuit
odoꝛ balſami nõ mixti.Nulla enim fuit cõ
mixtio naturarũ.quia natura diuina ⁊ hu
mana nõ fuerũt mixte ſed vnite.Vn canit
eccleſia.Id qd̃ fuit ꝑmanſit ⁊ qd̃ non erat
aſſumpſit.Nõ etiã ibi fuit cõmixtio ſemi⸗
nũ.quia ꝟgo nõ cõcepit de humano ſemi⸗
ne:ſed myſtico ſpiramine.Nec etiaȝ fuit in
bñdicta ꝟgine cõmixtio vitioſa ꝑ aliquod
pctm̃.aliter nõ poſſet in veritate dicere ꝑdi
cta ꝟba.quaſi balſamũ nõ mixtũ odoꝛ me⸗
us.Nõ em̃ fuiſſet balſamũ nõ mixtũ ſi cum
ea cõmixtũ fuiſſet oꝛiginale peccatũ.Eru⸗
beſcãt ergo ⁊ iam ſuis cauillationibꝰ finem
ponãt.qui hactenus oſtẽdere conati ſunt
hoc puriſſimũ atqȝ imꝑmixtiſſimum balſa
mũ fuiſſe putredine atqȝ fetoꝛe oꝛiginalis
peccati cõtaminatũ. Quãuis aũt in cõce

P

ptione ꝟginali nõ fuerit aliqua mixtio.fu⸗
it tñ ibi triplex coniunctio:Nam ſicut dicit
Ber.cõiuncta ſunt ad inuicẽ deꝰ ⁊ hõ.mṙ ⁊
ꝟgo.fides ⁊ coꝛ humanũ.Si aũt ꝑ illa ꝟba
quaſi balſamũ nõ mixtũ odoꝛ meꝰ.intelli⸗
gamꝰ odoꝛẽ ſanctitatꝫ ꝟginalis.Eſt ſciẽdũ

Balſa⸗ mi falſi ficatio.

ꝙ balſamo aliqñ admiſceṫ oleũ.aliqñ mel.
⁊ ſic ſophiſticaṫ ⁊ falſificaṫ atqȝ coꝛrũpiṫ.

Sunt em̄ quidā admixti melli carnalis de
lectatiōis.⁊ aliqui qui habēt ſolū oleū exte
rioris nitoris.⁊ iō ſunt balſamū ſophiſtica
tū.Btā aūt ꝟgo fuit balſamū nō mixtum.
qꝛ nūꝙ̄ dilexit mel carnalis delectatiōis.ſꝫ
ſeruauit ſemꝑ integerrimā ꝟginitatē. nec
habuit tm̄ oleū exterioris nitoris.ſed dile⸗
xit interiorē ſanctitatē.iuxta illud p̄s.xl⸗
iiij.Oīs glīa eiꝰ filie regis ab intus. Bal⸗
ſamū aūt nō mixtū ⁊ vexꝫ a balſamo mixto
⁊ ſophiſticato ꝑ q̄ttuor ſigna cognoſcit. ꝑ
q̄ etiā ꝟgo btiſſima eē balſamū verū ⁊ non
mixtū ꝓbat. Primū ſignū eſt.qꝛ balſamū
purū ſi ponat in veſte vel i pāno lineo.ipm
nō maculat nec inficit.vt dicit Jſiō.li.xvij.
ethi.⁊ etiā ponit in li.de ꝓpri.re. Si autē
eſt mixtū ſtati ꝑ maculas ſe diffundit. Pul
chritudo mulieris ſepe aſpiciētem cōmacu
lat q̄ſi balſamū mixtū.iuxta illud Eccli.ix.
Propter ſpēm mulieris multi ꝑierūt. Pul
chritudo aūt btē ꝟginis q̄ſi balſamū purū
nullū aſpicientē vnꝙ̄ maculabat.ſed potiꝰ
odore ſue ſctitatꝭ corda penetrās. maculas
abſtergebat.⁊ illicitos motꝰ extinguebat.
Scōm ſignū eſt.qꝛ ſi balſamū purū ponat
in aqua ſtatim fundū petit:⁊ ibi q̄eſcit. Si
ꝟo eſt balſamū mixtū.ſtatim ſuꝑ aquā ena
tat.vt ait Jſiō.vbi.ſ̄.Aqua aūt eſt fluxus
mūdanoꝝ delitiaꝝ.diuitiaꝝ ⁊ honorū. Jn
qua aqua cū aliq̄ ponūtur mox ſuꝑenatāt ⁊
extollunt tanꝙ̄ balſamū mixtū. Btiſſima
aūt ꝟgo in maximo honore poſita ſe nō ex
tulit:ſed mox fundū humilitatis petijt di.
Ecce ancilla dn̄i. Tertiū ſignū eſt.qꝛ balſa⸗
mū verū ſi ponat i lacte ſtatī coagulatur.
balſamū ꝟo mixtū in ipſo lacte diffundit.
vt ait Jſiō.vbi.ſ̄. Sciēdū eſt aūt ꝙ eſt
quoddā lac liquidū.⁊ quoddā coagulatū.⁊
quoddā pingue. Ceteri ꝟo ſcti fuerūt lac li
quidū.qꝛ a diuina gr̄a aut effluxerunt.aut
effluere potuerūt. Et ideo dicebat apl's ad
Heb.ij.Opꝫ nos obſeruare ea q̄ audiuimꝰ
ne ꝑeffluamus. Apl'i aūt poſt aduētū ſpiri
tuſſancti fuerūt q̄ſi lac coagulatū.qꝛ fuerūt
in gr̄a dei ſolidati ⁊ firmati.vn̄ cātatur de
eis.ſicut lac coagulati ſunt. Btā aūt virgo
nūꝙ̄ fuit lac liquidū.qꝛ fuit in inſtanti ſue
cō ceptiōis ſanctificata.⁊ in cōceptiōe diui
ni ꝟbi taliter in diuina gr̄a cōfirmata ⁊ ſta
bilita. Vn̄ de illa exponi pōt illud p̄s.xlvij.
Mons dei mōs pinguis. Mons in q̄ bn̄⸗
placitū eſt deo habitare in eo. Fuit em̄ mōs
ꝑ virtutū altitudinē.⁊ coagulatꝰ ꝓpt̄ gr̄e
cōfirmationē.⁊ pinguis ꝓpter ſpūſſancti
plenitudinē. Quartū ſignū eſt.qꝛ ſi balſa⸗
mū verū in manu teneat.⁊ radio ſolis ex⸗
ponat ſtatī calefcit ⁊ igneſcit ita vt vix in
manu tenere poſſit.ſm̄ Jſiō.vbi.ſ̄. Balſa⸗
mū aūt mixtū nihil hoꝝ facit. Radiꝰ ſolis
eſt virtꝰ ſpūſſancti q̄ iſtud verū balſamū.i.
ꝟginis animū ita calefecit.ꝙ totū igne di
uini amoris inflāmauit. ⁊ quodāmodo in
ſolē cōuertit. Et ideo Apoca.xij.deſcribitur
ipſa ꝟgo amicta ſole. Recte ergo beatiſſi⸗
ma virgo per balſamū deſignat. Et maxi⸗
me.quia ipm balſamū ſignificat odorē bo
ne fame.c.vnico.in fine prime columne.de
ſa.vnc. Et ipſa totum mundū ſue bone fa⸗
me odore repleuit.

Verum balſamū cognoſcit

Qr btā ꝟgo dr̄ myrrha. Aſſimilatio.xſ.
Sciendū eſt ꝙ triplex myrrha inue⸗
nitur.ſ.myrrha p̄ma.electa ⁊ ꝓba⸗
tiſſima. Myrrha prima eſt p̄nīa et
amaritudo incipiētiū ſiue penitentiū. De
qua dr̄ Cañ.v.⁊ in.c.vnico.§.hoc vnguen
to.de ſac.vnc. Manus mee diſtillauerunt
myrrhā. Myrrha electa eſt pnīa clauſtra⸗
liū.qui dicūt cum ꝓpheta p̄s.lxxxiij. Elegi
abiectꝰ eſſe in domo dei mei magis ꝙ̄ habi
tare in tabernaculis peccatoꝝ.quoꝝ quili
bet recte viuēs dicere pōt illud Eccī.xxiiij.
Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odo
ris. Myrrha ꝓbatiſſima eſt p̄nīa ꝑfectoꝝ.
quoꝝ q̄libet dicere pōt illud Cañ.v. Digiti
mei pleni ſunt myrrha ꝓbatiſſima. Jſti em̄
ſolo deſiderio celeſtis patrie ⁊ dei amore af
fligūtur. Btā aūt ꝟgo voluit hr̄e myrrhā
primā cū penitētibꝰ.cū tñ ipa eſſet innocē
tiſſima. Myrrhā q̄ꝫ electā cū clauſtralibꝰ.
cū tñ oīum clauſtraliū eēt magiſtra.⁊ myr
rhā ꝓbatiſſimā cū ꝑfectis.qꝛ ipſa fuit ſuꝑ
oēs puras creaturas ꝑfectas ꝑfectiſſima.
Et iō illi inq̄t Dauid p̄s.xliiij. Myrrha et
caſſia a veſtimētis tuis ⁊c̄. Et ipſa beatiſſi
ma ꝟgo dicere pōt in bono illud Prouer.
vij. Aſperſi cubile meū myrrha. Jpſa enim
habuit in ſe oēs ꝓprietates myrrhe.de q̄bꝰ
tractat Pli.in.xij.li.nālis hyſto.⁊ Diaſco⸗
rus.⁊ autor li.de ꝓprie.re. Jnter alias aūt
virtutes myrrhe:eſt reumata ⁊ fluxus in⸗
ordinatos reſtringere.digeſtionē cōforta⸗
re.viſcoſos humores purgare.a putrefacti
one ꝑſeruare.fetorē emūdare.labioꝝ vlce⸗
ra curare.cerebrum cōfortare. vermes ne⸗
care.carnē ſuperfluā corrodere ac bonam ⁊
ſanā cōſeruare. Beata autem virgo nos a

Triplex genus myrrhe

Myrrhe proprietates



fluxu illicito reſtringit.ad bn̄ incepta dige
renda ⁊ ꝑficiēda cōfortat.malas a nobis
affectiones auferēdo.cor noſtrū purgat a
pcti putrefactōe nos ꝑſeruat.fetorē mali
exēpli a nobis elōgat.a delicto labiorum
ſanat.intellectū nr̄m ꝯfortat.ꝟmes carna
litatū occidit.a nobis curas ſuꝑfluas tol⸗
lit.⁊ in bono ꝓpoſito nos cōfirmat ⁊ ꝑſe⸗
uerare facit. Qr igit dn̄a nr̄a in ſe hꝫ oēs
ꝟtutes myrrhe ⁊ alioꝝ aromatū ⁊ vnguē
toꝝ. Jdeo de ipa inq̄t eius ſpōſus celeſtis
Cañ.iiij. Myrrha ⁊ aloes cū oibus p̄mis
vnguētꝭ.⁊ ꝓpterea cū de ipa humanitatē
accepit:dixit illō Cañ.v. Meſſui myrrhā
meā cū aromatibꝰ meis. Recte ergo filius
ꝟgis appellat myrrhe faſciculꝰ.vn̄ ipa de
illo ait Cañ.ſ. Faſciculꝰ myrrhe dilectus
meꝰ mihi. Jnter vbera mea cōmorabit. Et
eiuſdē lib.c.v.de ipſo etiā ait. Labia eius
lilia diſtillātia myrrhā p̄mā. O igit dn̄e
deus da mihi hāc gr̄aꝫ vt vadā ad montē
myrrhe ⁊ ad collē thuris Cañ.iiij. Jſte em̄
mōs myrrhe odorifere eſt ꝟgo beatiſſima
mr̄ tua q̄ ſemꝑ fuit tota odorifera. Et q̄d
mirū cū ipa fuerit vas plenū balſamo tue
ſapie Eccli.xxiiij. Quaſi balſamū ñ mixtū
odor meꝰ.⁊ hortꝰ plenꝰ lilio oīs mundicie
Cant.ij. Sicut liliū int̄ ſpinas:ſic amica
mea int̄ filias. Alabaſtrū q̄ꝫ plenū vnguē
to deuotiōis ⁊ gr̄e.Cañ.iiij. Odor vnguē
toꝝ tuoꝝ ſuꝑ oīa aromata. Jpſa etiā fuit
apotheca plena aromatibꝰ ꝟtutū.Can.v.
Gene tue ſicut areole aromatū. Vbi Ber.
ait. Si vas pigmētarij diu ſuat aromatū
fragrantiā.quāto magiſ apotheca omniū
gr̄arū.in q̄ celeſtis pigmētariꝰ cū oibꝰ ſuis
vnguētis ſe collocauit.⁊ cū oibus ſuis de⸗
litijs accubuit. Fuit etiā cellariū plenum
vino celeſtiū doctrīarū. Vn̄ ipa inq̄t Cañ.
ij. Jntroduxit me rex in cellā vinariam.⁊
Cañ.vij.ei dr̄. Guttur tuū ſicut vinū opti
mū. Notandū eſt aūt ꝙ odor multiplicit̄
cauſari cōſueuit. Primo ex cōcrematione
ſicut thus ꝯcrematū in igne reddit odorē
iux̄ illud Eccli.l. Quaſi thus redolens in
diebꝰ eſtatꝭ.⁊ q̄ſi thus ardēs i igne. Aliqn̄
ꝟo cauſat ex ꝯtritione.ſicut aromata inte⸗
gra parū redolent:ſꝫ ꝯtrita ⁊ in puluerem
redacta magnū odorē faciūt. Aliqn̄ autē
ex apertione ſicut balſamū in vaſe clauſum
odorē nō reddit.ſed vaſe fracto vel aperto
odorē diffundit. vnde de Magdalena dr̄
Joh.xij.ꝙ poſtꝙ̄ alabaſtrū vnguenti fre⸗
git:domus impleta eſt ex odore vnguēti.
Aliqn̄ etiā cauſat ex diuerſoꝝ floꝝ ⁊ her⸗
barū redolentiū aggregatōne:ſicut pratū
plenū diuerſis floribꝰ ⁊ herbis redolentibꝰ
magnū facit odorē. Vn̄ dicebat Jſaac de
filio ſuo Jacob Gen̄.xxvij. Ecce odor filij
mei ſicut odor agri pleni cui bn̄dixit dn̄s.
Maxime aūt tūc flores ⁊ herbe ꝯſueuerūt
redolere quādo a vēto auſtrali fuerint ꝑ⸗
flate.iux̄ illud Cañ.iiij. Surge aq̄lo ⁊ veni
auſter ꝑfla hortū meum.⁊ fluāt aromata
illiꝰ. Jſtis aūt q̄ttuor modis odor cauſaba
tur in ꝟgine glīoſa. Primo ex ꝯcrematio
ne. Jpa em̄ triplici igne tota fuit ꝯcrema⸗
ta. ſcilꝫ igne doloris.dū filij ſui acerbam
paſſionē cogitabat. Jgne deſiderij:dū ad
filiū ſuū pergere eſtuabat.⁊ ea q̄ dixerat ⁊
fecerat memoria reuoluebat.⁊ igne amo⸗
ris qꝛ tota erat ignita ⁊ i amorē cōuerſa.
De quo triplici igne dicit Hiero. in ſmōe
aſſumptōis. Quātis putas eadē ꝟgo filij
doloribꝰ afficiebat.quo amore cruciabat.
⁊ quo deſiderio eſtuabat. dū aīo reuolue⸗
bat cuncta q̄ viderat ⁊ audierat. Puto ꝙ
quicq̄d hūane ꝟtutis eſt cogitare nō ſuffi
ciat. Nā ⁊ ſi diligebat ex toto corde xp̄m.
nō tñ iflāmabat q̄tidie p̄ntia eiꝰ abñs af
fectibꝰ deſideroꝝ.quā nimirū totā ſpūſſā
ctus repleuerat gr̄a.⁊ totū incāduerat di
uinꝰ amor ⁊c̄. Ex tāta igit iſtiꝰ ignis con⸗
crematione magnū de corde ſuo holocau⸗
ſtū faciebat.qd̄ deo magnū odorē redde⸗
bat. Vn̄ in huiꝰ figura dr̄ Gen̄.viij.ꝙ noe
obtulit ſuꝑ altare holocauſtū deo.odora⸗
tuſq̄ꝫ eſt dn̄s odorē ſuauitatis. Dicit autē
holocauſtū ſacrificiū qd̄ totū eſt incēſum.
Cor igit btiſſime ꝟgis deo fuit odoriferū
holocauſtū.qꝛ totū fuit incēſum igne do⸗
loris ⁊ igne deſiderij celeſtis.⁊ igne amo⸗
ris. Scdo cauſabat in ea odor ex ꝯtritiōe
ſiue pulueriꝫatiōe. vn̄ de ipa inq̄t eiꝰ cele⸗
ſtis ſpōſus quaſi admirādo Cañ.iij. Que
eſt iſta que aſcēdit ꝑ deſertū quaſi ꝟgula
fumi ex aromatibꝰ myrrhe ⁊ thuris.⁊ vni⸗
uerſi pulueris pigmētarij. Per aromata
em̄ intelligunt dei bn̄ficia. q̄ ipſa piſtillo
deuotiōis in corde ſuo terebat.dū illa mē⸗
te ſedula cogitabat. Per myrrhā ꝟo ſigni
ficant amaritudines paſſiōis filij ſui.q̄s
ipa piſtillo doloris i corde ſuo terebat. dū
eas frequēt̄ mēte ſedula cogitabat.⁊ ama
ra ſuſpiria emittebat.ꝑ thus aūt ſignificā
tur eius inflata ⁊ odorifera deſideria.que

Odor cauſat multipliciter

ipſa piſtillo amoris terebat. dū ea in corde ſuo nouis deſiderijs renouabat. Per vniuerſos ꝟo pulueres pigmētarij intelligūt eius ꝟtutes: quas ipa piſtillo laboris terebat: dum ꝟtutes ſuas per opa cōtinua exercebat. Illi em̄ habēt ꝟtutes integras qui eas hn̄t ocioſas, ⁊ ꝑ multa bona opa exercitatas. Dicit ergo. q̄ eſt iſta q̄ aſcēdit ⁊c̄. Uirgula fumi ꝓcedēs ex aromatibꝰ eſt beneficioꝝ dei aſſidua recogitatio. Uirgula ꝟo fumi ꝓcedēs ex myrrha. eſt paſſiōis ſui filij amara recordatio. Uirgula ꝟo fumi ꝓcedēs ex thure. eſt deſiderioꝝ celeſtiū cōtinua renouatio. Uirgula aūt ꝓcedens ex vniuerſis pulueribus pigmētarij: ē virtutū ſuarū aſſidua exercitatio. Magnū ꝙ odorē faciebat deo que ſic terebat eiꝰ bn̄ficia ꝑ meditationē ⁊ filij ſui ſupplicia ꝑ dolorē: ⁊ celeſtia deſideria ꝑ feruorē, ⁊ om̄es ꝟtutes ꝑ exercitationē. Unde de ipſa dici pōt illud Nū. xj. Frāgebat mola ⁊ terebat in mortario. ſ. cordis ſui oīa p̄dicta. ex q̄ ꝯtritione emanabat fragrātiſſimꝰ odor. Tertio cauſabat̄ odor in ea ex apertione. Odor em̄ ſuus nō fuit clauſus ſed aptꝰ et manifeſtus in tātū ꝙ aſcēdit in celū. ⁊ penetrauit infernū. ⁊ diffuſus eſt per totum mūdū. Nā odor ſue humilitatꝭ ⁊ ꝟginitatꝭ in celum aſcēdit. ⁊ deū ac angelos letificauit, ⁊ ideo aſſimilat̄ nardo Cañ. j. Dū eſſꝫ rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuauitatꝭ. Nardus em̄ eſt herba pua ⁊ odorifera, ⁊ inquātū eſt pua ſignificat eiꝰ humilitatē. Inquātū ꝟo eſt odorifera ſignificat eius ꝟginitatē. Odor autem ſue ſctitatis infernū penetrauit. ⁊ ſctōs p̄res in lymbo exn̄tes recreauit, ⁊ demones terruit ac cōturbauit, ⁊ iō aſſil'at̄ odori vinee Cañ. ij. vbi dr̄. Uiee florētes odorē dedert Odor em̄ vinee hoīes recreat. ſꝫ ſerpētes cōturbat. ⁊ ſil'r odor ſctitatis eiꝰ ſanctos patres cōfortauit, ⁊ demones expulit ⁊ cōtriſtauit. Odor ꝟo ſue fecūditatꝭ totū mūdum ſuauitate repleuit. ⁊ ideo aſſimilatur odori vnguentoꝝ. In tantū em̄ oēs hoīes odore fecūditatis ſue ſunt attracti ꝙ poſt ipaꝫ trahi ⁊ currere ſemꝑ exoptāt dicētes Cañ. j. Trahe me poſt te. in odorē curremꝰ vnguētoꝝ tuoꝝ. Quarto cauſabatur in ea odor ex diuerſoꝝ floꝝ ⁊ herbarū. i. ꝟtutuꝫ aggregatione. Nam in ea fuit liliū mūdicie, roſa rubēs charitatꝭ immēſe, viola humilitatis ꝓfunde, myrtꝰ ꝯtinētie, cū ceteris floribus virtutū ⁊ grē. Iſte aūt ꝟtutes in ea fuerūt valde odorifere, qr auſtro ſpūſſci fuerūt pflate. Auſter em̄ eſt vētus calidus humidꝰ ⁊ fecūdatiuus. Auſter igit̄ ſpūſſcti eā inflāmauit ꝑ amorē, ⁊ humectauit per deuotionē, atqꝫ fecūdauit ꝑ bonoꝝ operū multiplicationē, ita ꝙ ipa ſꝑ deo obtulit holocauſtū ſuauiſſimi odoris atqꝫ incenſi ſicut p̄cipit̄ offerri Nu. xxviij. O igit̄ ꝟgo odorifera q̄ ſcis ꝙ vnguēto ⁊ varijs odoribus delectat̄ cor Prou. xxvij. oñde mihi cellā aromatū ⁊ odoramētorum vnguēti optimi Eſa. xxxix. vt odorē ſuauitatꝭ ſuſcipiā Ezech. xx. Ue etēi illis qui nares habēt ⁊ n̄ odorabūt. p̄s. cxiij. Ue illi de quo dici pōt illud Eccī. xxx. Non mādūcat nec odorabit. ſ. odorē tue deuotiōis ⁊ ſctitatis quē ꝑ orbē vniuerſum diffudiſti. odoreꝫ. ſ. bone opinionis ⁊ fame. de quo tractat̄ in c. licꝫ. de accu. Odorē inquā oīs boni exēpli. Tu em̄ ſemꝑ dicere potuiſti illō. ij. ad Coꝝ. ij. Xp̄i bonꝰ odor ſumꝰ in omni loco. traſſumptiue ī. c. Nabuchodonoſor. xxiij. q. iiij. ⁊ ī. c. vnico. §. ad exhibēdū. de ſā. vn. Tu ita ab inſtāti tue ꝯceptionis odoribꝰ oīum gratiarū repleta es, ꝙ ſemꝑ illā fragrantiaꝫ retinuiſti. iux̄ illud cōe ꝓuerbiū. Qō noua teſta capit inueterata ſapit. Et illud quod inquit Oracius in epiſtolis. Quo ſemel ībuta eſt recēs ſuabit odoreꝫ. Teſta diu.

Q̄ brā ꝟgo dr̄ vitis. Aſſil'atio. xij.

Iti aſſil'at̄. b. ꝟgo multꝭ rōnibꝰ Primo rōne radicꝭ. Nā vt vitꝭ fructificet bonū liquorē dꝫ eſſe plātata ⁊ radicata in loco in q̄ reuerberet calor ſolis, ⁊ vbi ſit puritas aeris ⁊ dulcedo terre. Calor em̄ ſolis eſt viti neceſſarius. ⁊ quāto directius ⁊ diuturnꝰ reſpicit ſolē. tāto fructū exhibet dulcioreꝫ Itē aer clarus ⁊ purus eſt viti valde ꝓficuus. ⁊ ecōtrario aer nubiloſus ē illi mltū nociuus. Itē terra dulcis eſt ei valde vtil' et ad bonuꝫ fructū ꝓducendū adiuuatiua, et ecōtra eſt de amara. ſm̄ Uirgiliū in. ij. Georgi. Et ꝓpter hoc in collibꝰ bene altis ac ſoli expoſitis rōne dulcis hūoris ⁊ puri aeris ac fortis caloris vinee multuꝫ bene fructificāt. ⁊ ſup̄dicta oīa habent̄ in li. de p̄p̄. re. In iſto loco alto radicata fuit beatiſſima ꝟgo. i. in altitudine ꝯtēplatiōis ⁊ ſctitatꝭ. Uñ p̄s. lxxxvj. dr̄ de illa. Fūdamēta eiꝰ in mōtibꝰ ſctis. Itē radix ſui cordis

Maria vitis ꝓpter ſex



fuit optime reuerberata radijs ⁊ calore ſolis. i. feruore charitatis ⁊ diuini amoris, Habuit etiā ſerenitatē ⁊ claritatē aeris. i. nitorē puritatꝭ in mēte. Item dulcedinem terre. i. dulcorē benignitatꝭ in ꝯuerſatione ⁊ ſuauitatē ꝟginitatis in carne. Secundo fuit ſil'is viti rōne ſtipitꝭ. Stipes eniꝫ ſiue lignū vitꝭ inter arbores multū creſcit. vñ ſupra domos ⁊ arbores ⁊ circa feneſtras domorū circūduci poteſt. Et ſil'r btiſſima virgo ſuper oēs ſctōs ⁊ ſcās magis creuit in merito ⁊ in grē cumulo. iux̄ illud Prou. vlt. Multe filie ꝯgregauerūt ſibi diuitias tu ꝟo ſuꝑgreſſa es vniuerſas. Item ipſa circūit feneſtras ⁊ domos. i. aīas ſuorum deuotoꝝ ſua ꝓtectōe, iux̄ illō Sap. vj. Dignos ſeipa circūit querēs ⁊c̄. imo ipa circūit totū mūdū. Uñ Cañ. iij. dic̄. Surgā ⁊ circūibo ciuitatē ⁊c̄. O vitis digniſſima q̄ nō ſolū circūit vniuerſum orbē ꝓtegendo: ſed etiā circūit celuꝫ illuſtrādo. Unde ipa inq̄t Eccli. xxiiij. Girum celi circūiui ſola. Tertio fuit ſil'is viti in palmite. Palmes em̄ vitis naturalr̄ eſt flexibilis. ⁊ illud qō app̄hendit q̄buſdā capiteolis q̄ſi q̄buſdaꝫ brachijs cōſtringit, quoꝝ adminiculo ī alta ſe erigit. ⁊ a vētis ac pluuijs tutus ꝯſiſtit, vt dicit Iſiō. xvij. ethim̄. Et ſimil'r animꝰ btē ꝟginis fuit ꝑ fidem ad ꝯſentiendū flexibilis. cū dixit angelo. Ecce āцilla dn̄i ⁊c̄. Itē xp̄m filiū ſuū nō ſolū brachijs carnis dulciter ſtrinxit ⁊ tenuit. ſed etiā brachijs aīe. ſ. intellectu ꝑ fidē. ⁊ affectu ꝑ charitateꝫ. ita ꝙ ip̄m nunq̄ dimiſit. Unde Cañ. iij. inquit. Tenui illū nec dimittā. ⁊ cū illo aſcendēs in altū de ꝟtute in ꝟtuteꝫ ſic ad alta ꝑuenit. ꝙ nec vēto perſecutionis. nec pluuia tētationis ab eiꝰ fide vel amore diſceſſit. Quarto aſſil'at̄ viti rōne frondium ſiue foliorꝝ. Folia ei vitꝭ vulnera mūdāt: ⁊ mūdata ſanāt. vt dr̄ in li. de p̄p̄. re. Et beatiſſime ꝟginis verba ſicut q̄dā ſaluberrīa folia vulnera vicioꝝ nr̄oꝝ mūdāt et ſanāt vt patere pōt ex dictis in. viij. ⁊. ix. ꝑte huius ſmonis. Quīto fuit ſil'is viti rōne floris. In eſtate em̄ vitis floret. ⁊ odor florētis vinee expellit om̄e venenoſum. vñ fugiūt ſpentes dū vinea floret. vt dr̄ in p̄redicto li. de p̄p̄. re. Tanq̄ igit̄ flores vitis fuerūt mores btiſſime ꝟginis, q̄ tāti odoris. i. tāte honeſtatꝭ fuerūt. ꝙ oēs ſpentes id ē venenoſas cogitatiōes ⁊ tētationes a cordibus aſpicientiū effugabāt. vt. ſ. ſepe diximus. Uñ dicere poſſumꝰ illud Cañ. ij. Flores apparuerūt in terra nr̄a. i. in ꝟgīe maria. Sexto aſſil'atur viti in liquore. Ex vite em̄ ꝓcedit p̄mo liquor aque: qr ab ipa vite putata ⁊ īciſa exit aq̄ ad modū lachrymę. Nā cū vitꝭ vulnerat̄ tꝑe veris. lachrymas de ſe emittit. ⁊ ſil'r qn̄ tꝑe veris fuit b. virgo vulnerata ꝓpter paſſionē filij ſui. iux̄ illud Lu. ij. Et tuāipſius aīam ꝑtrāſibit gladiꝰ. amariſſimas lachrymas emiſit que tāte fuerūt ꝟtutis. ꝙ ad compaſſionē filiū eiꝰ inclinauerūt. vñ eā ex compaſſiōe diſcipulo cōmēdauit dicēs ī cruce. b. Iohi euāgeliſte. Ecce mr̄ tua. Ex vite ēt ꝓcedit liquor vini: q̄ moderate ſumptꝰ corꝑa plꝰ q̄ omnes alij liquores ꝯfortāt. ⁊ letificat cor homis. p̄s. ciiij. ⁊ nō. in glo. in. l. j. ff. de peri. ⁊ cōmo. rei ven. Itē mltas infirmitates ⁊ morbos curat. atqꝫ nutrimētū bonū p̄ſtat. vt inq̄t Iſiō. xxj. li. ethi. Et ſimiliter p̄dicta oīa facit btiſſima ꝟgo deuotꝭ ſuis. Nā deficiētes ꝯfortat, de quibꝰ dicere pōt illud Zach. x. Confortabo eos in dn̄o. Letificat etiā merētes. vñ ait Eſa. lvj. Letificabo eos in dn̄o. et Hiere. xxxj. Cōſolabor eos ⁊ letificabo a dolore ſuo. Item curat lāguētes. Unde de ipa exponi poteſt illud Iob. v. Manꝰ eius ſanabūt. Et ipa īquit deuoto ſuo illud Hiere. xix. Sanabo te a vulneribꝰ tuis. Suos q̄ꝫ deuotos nutrit cibo ⁊ potu celeſti. Uñ illi dicere poſſumus illud Sap. xvj. Angeloꝝ eſca nutriuiſti populuꝫ tuū. ⁊ panē de celo p̄ſtitiſti eis om̄e delectamentū in ſe habatē et oīs ſaporis ſuauitatē. Hec aūt diuina vitis, inq̄t Eccl. xxiiij. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris. et flores mei flores honoris ⁊ honeſtatis. In quibꝰ verbis oſtendit qualis fuerit reſpectu filij et reſpectu ſui. Primo em̄ reſpectu filij ipa fuit vitis que ꝓtulit fructū pulchrū, ſuauiſſimū ⁊ odoriferum, ⁊ ideo dixit. Ego q̄ſi vitis fructificaui. Primo aūt ꝓtulit fructū pulchruꝫ. quia fuit a deo p̄re ſctificata. et ab oī īmūdicia preſeruata. Si em̄ terrenus agricola purgās vineā facit vt fructū plus afferat. vt dr̄ Ioh. xv. Quāto magis celeſtis agricola ſanctificādo ⁊ preſeruādo hanc vitem digniſſimā ab oī imꝑfectōe ⁊ ſuꝑfluitate: fecit eā ſuꝑ oēs alias vites que putatione indigēt fructificare? Sāctificauit igit̄ deꝰ pater hāc vitem celeſtē. p̄mo in eiꝰ plātatiōe. i. ī ſua ꝯceptōe, ⁊ ideo ꝓtulit fructum

Qualis fuerit Maria reſpectu filij

magnũ ⁊ pulchrũ. Itẽ eã ſctificauit ĩ ſpũſ
ſancti ſup eã miſſione. ⁊ tũc ꝓtulit fructũ
pulchriorẽ ⁊ maiorẽ: ſ cũ ſctificauit eã ſplẽ
doris ſui. i. filij in eiꝰ vtero incarnatiõe. tũc
ꝓtulit fructũ maximũ ⁊ pulcherrimũ. Se
cũdo hec vitis fecit fructũ ſuauiſſimũ: q̃a
fuit calore ſpũſſancti excocta. ⁊ iõ dicit in
ꝟbis ꝑallegatis: fructificaui ſuauitatem.
Tũc em̃ vitis dulcẽ fructũ ꝑducit q̃n radiꝰ
ſolis eiꝰ vuã exurit. Et iõ dr̃ Cañ. j. Botrꝰ
cypri dilectꝰ meꝰ mihi in vineis engaddi.
Olim aũt locꝰ ille vocabaꝛ oculꝰ ſolis. q̃a
ſic dr̃. ſol recto radio locũ illũ reſpic. ꝓpt
quod vuas illas valde exurit. ⁊ ſic vinea il
la vinũ ſuauiſſimũ ꝑducit. iux̃ illud Cañ.
ij. Fructꝰ eiꝰ dulcis gutturi meo. Btã autẽ
ꝟgo fuit tota igne ſpũſſcĩ calefacta, vt ait
Hiero. in ſer. ad Euſto. ⁊ iõ fructũ ſuauiſſi
mũ tanq̃ optima vinea ꝑduxit. Vñ Cañ.
vij. dixit ei ſpõſus celeſtis. guttur tuũ ſicut
vinũ optimũ dignũ dilecto meo ad potan
dũ, labijſq; ⁊ dentibꝰ illius ad ruminandũ.
Tertio iſta vitis fecit fructũ odoriferũ. ex eo
q̃ fuit a dei filio ĩbalſamata: ⁊ iõ ſubdit ĩ
ꝟbis ꝑallegatis odoris. Filiꝰ em̃ dei q̃ eſt
verũ balſamũ: nouẽ mẽſibus in eius vtero
eos ad btĩſſimã ỽginē. q̄ admirãtes formo
ſitatē bñdicte mr̄is dei. ⁊ eiꝰ ſapientiſſima
eloq̄a. cõuertebãtur ad fidē: cognoſcētes il
lum eſſe verum deũ qui tanta pulchritudi
ne renitentē fecerat matrē ſuã. Ipſam eniꝫ
formoſiſſimã virginē ad nos deſtinauit de
us: vt cũctis ppl̄is oſtēderet pulchritudinē
eius Heſter. j. Tertio nix eſt aſpectu di-
T Nix aſpectum caſtum ỽginis ſiginificat ſgregatiua. ſ. viſus. ⁊ hoc etiã eſt rõne albe
dinis. Albedo eñ eſt diſgregatiua viſus. vt
dꝛ in li. de ſenſu ⁊ ſenſato. Et id̄ in li. de pro
prie. re. ſic ſcriptũ eſt. Nix cãdore ſuo ⁊ pul
chritudine ad ſui aſpectũ oculos intuentiũ
ꝓuocat. ſed ſi nimis diu aſpiciat̃. ſpm̄ viſi
bilē diſgregat ⁊ immutat. hec ibi. Sic igit̃
ſi q̄s longo tꝑe fixis oculis aſpiciat niueꝫ:
ſibi immutat ſpm̄ viſibilē. ⁊ ei generat ver-
tiginē quãdã. ita vt poſtea nõ bñ diſcernat
nec capiat voluptatē ex alicuiꝰ rei pulchre
aſpectu. Sic btē ỽginis aſpectꝰ erat diſgre
gatiuꝰ viſus. ita quãtũcunq; q̄s eēt libidi-
noſus. ſi in eã aſpiciebat: ſtatim ardor cõcu
piſcētie ⁊ libidinis ab illo diuertebatur. ſm
ꝙ inquit Alex. de ales. in. iij. parte ſumme.
tractatu de ſanctificatiōe beate ỽginis. q.
viij. Et ſanctus Bonauē. in. iij. ſen. diſt. iij.
Hoc aũt ꝓcedebat multis ex cauſis. de qui
bus tractauimus in. ij. ꝑte p̄ncipali huius
oꝑis. ſer. v. ꝑte. vij. Quidã eñ radij q̄ſi ſola
res ex eiꝰ vultu lucidiſſimo coruſcabãt. ita
vt eam fixis oculis nemo poſſet intueri. vt
Maria a cõſpicientibꝰ nõ potuit concupiſci. ibidē diximus. Nec mirũ. Si eñ deo appa
rente in nube ſuꝑ montē ſynai ⁊ loquēte cũ
Moyſe: non poterat ipſe Moyſes intueri
abyſſum claritatis eius. ſed ponebat vela-
mē ſuper faciem ſuã Exoδ. xxxiiij. Multo
minus poterãt homines intueri claritateꝫ
beatiſſime ỽginis in qua erat deꝰ. nõ vt in
nube: ſed vt in matre. que erat illa ſtella ful
gentiſſima. de qua hortus eſt ſol eterne cla
ritatis. Et hoc etiã dicit Nico. de lyra ſuper
Mat. c. j. allegãs ſimilitudinē vultꝰ Moy
ſi. cuius claritatē nõ poterat intueri ppl̄s
Iſrael q̄ñ locutꝰ fuerat cum deo. ſicut reci-
tat Pau. j. Cor. iij. Multo itaq; magis ra
diabat ỽginis beatiſſime facies. que nouē
mēſibus deũ portauit in vtero. ⁊ ideo erat
cõcupiſcētie diſgregatiua. Poſſumus q̄qꝫ
dicere: ꝙ hoc etiã ꝓcedebat ex diuina virtu
te. Experiētia eñ teſte videmus. ꝙ demo-
nũ fallacia ⁊ incitatiōe ſepe viri quidam cõ
temnũt vxores ſuas pulcherrimas. ⁊ earũ
pulchritudine nõ mouētur ad cõcupiſcētiã
ſed potius ex aſpectu cõcubinarũ turpiuꝫ.
Multo igit̃ magis potuit hoc deus in bo
no operari in ỽgine. vt eiꝰ pulchritudine ne
mo ad cõcupiſcentiã cõcitaretur: ſed potiꝰ
diſtraheretur. Dicunt ergo quidam deuoti
doctores. ꝙ inſpicientes beatã virginē re
manebãt vt attoniti ex eius claritate. Uide
mus eñ q̄nq; aliquē ita occupatũ ⁊ abſtra
ctum in aſpectu alicuius figure: vt nõ ſenti
at etiam ſi vocetur. Morum etiã honeſtas
ipſius benedicte ỽginis etiam laſciuoꝝ ho
minũ mētes ad bene viuendum inducebat.
Mulier enim facie pulchra ſi bene morige
rata fuerit bonos incitabit ad deuotioneꝫ
ampliorē. malos aũt plerũq; ad cõpunctio
nem. Ad quod facit exēplum quod retu- Quõ honeſte mores malos alliciũt.
lit pater frater Ludouicus de vincentia or
dinis noſtri: dicēs ꝙ in quadã naui ex vna
parte erãt duo fratres minores. ex alia ỽo
erat quedam meretrix cum multis ſcolari-
bus qui per padum ibãt a Ferraria paduã.
In qua quideꝫ naui dicta meretrix cũ ipſis
ſcolaribus diſſolutiones multas faciebat.
Mox aũt vt ſemel intuita eſt illos fratres
honeſte ſtantes. ⁊ deuote in ipſa naui ma-
gno rubore dimiſit in ima oculos. ⁊ nunq̄
poſtea auſa ē illos leuare. Scolares ỽo hic
inde ipſam ſtimulãtes. nutibus increpabãt
ipſa autē eos reprehēdebat ⁊ hortabat̃ vt
attenderent ⁊ imitarent̃ predictoꝝ fratruꝫ
honeſtatē. Poſtea ỽo applicata naui ad lit
tus hora veſpertina cum hoſpitati fuiſſent
apud quendam indeuotum hoſpitē. ⁊ nec-
dum pranſi fratres etiam de cena diffide-
rent. Meretrix illa ad ſe vocauit hoſpiteꝫ.
⁊ dixit. vt fratres ipſos bene tractaret. qꝛ
de ſua pecunia omnia ſolueret. quod ille ꝓ
tinus fecit. Uidentes autem fratres tantã
abundantiã eſcarũ. timuerũt ne hoſpes ſpe
lucri iſta eis tam copioſe miniſtraret. Qui
bus nõ audentibus comedere. qꝛ nõ habe-
bãt vnde ſoluerēt. dixit hoſpes predictus.
Nolite timere. nam illa meretrix omnia ſe
ſoluturã promiſit que in naui vobiſcum fuit

Tūc fratres deo grās referētes cibum ſum
pſerūt. Poſtea ꝟo cōpleto prādio ſiue cena
pdicta meretrix velut altera Magdalena
lachrymis madefacta venit ad eos dicens.
O patres. O angeli dei. O ſerui Jeſu xpi
fideles. bñdicti vos a dño qui me honeſta-
te veſtra reuocaſtis a carnis mee putredi-
ne. vñ poſt fratrum monita pniam egit. O
ſancta honeſtas. tu es illa de qua dr Eccli
xxviij. Gra ſup grām mulier ſancta ⁊ pu-
dorata. grā. ſ. honeſtatis in ſe. ⁊ ſup grām
in alijs libidinē extinguēdo. ſicut fuit in vir
gine bñdicta. Et ideo inqt Ambro. in. ij. li.
de ꝟginibus. Sit nobis tanꝙ̄ in exēplari
deſcripta ꝟginitas vitaqꝫ Marie. de q̄ ve-
lut a ſpeculo refulget ſpēs caſtitatꝭ ⁊ forma
ꝟtutis hinc ſumatis licet exēpla. vbi tāqꝫ
in exēplari magiſteria ſunt expſſa pbitatꝭ.
que quid corrigere. qd fugere. quid tenere
debeatis oſtēdunt. primus diſtendit ardor
nobilitas eſt matris. Quid nobilius dei ma
tre: quid ſplēdidius ea quā ſplendor elegit:
Quid caſtius ea que ſine cōtagione genera
uit: nā de ceteris ꝟtutibꝰ eius qd loquar:
Virgo erat nō ſolum corpore ſed etiā men
te. que nullo doli ambitu ſincerū adultera-
ret affectū. corde humilis. ꝟbo grauis. ani-
mo prudēs. loquēdi parcior. diſcēdi ſtudio
ſior. nō in incerto diuitiarū. ſed in pce pau
peris ſpem reponēs Intēta operi. verecun
da ſermōi. arbitrū mētis ſolita nō hominē
querere ſed deū. nullū ledere. omnibꝰ bñvel-
le. maioribus aſſurgere. equalibus nō inui
dere. fugere iactantiā. rationē ſequi. amare
virtutē. Quādo iſta vultu leſit parētes. qn̄
faſtidiuit humilem. quādo deriſit debilem.
quādo vitauit inopem: Eos ſolos cetus vi
rorꝝ inuiſere ſolita erat quos miſericordia
nō erubeſceret neqꝫ verecūdia pteriret. Ni-
hil toruum erat in oculis eius. nihil in ver
bis procax. nihil in actu inuerecūdum. non
geſtus fractior. nō inceſſus ſolutior. nō vox
petulātior. vt ipſa corporis ſpecies ſimula-
chrum fuerit mētis ⁊ figura pbitatis. Bo-
na qppe domus in ipſo veſtibulo dꝫ agno-
ſci. Ut primo pretēdat ingreſſū nihil intus
latere tenebrarū. ⁊ mens noſtra nullis re-
pagulis corporalibus impedita. tanꝙ̄ lu-
cerne lux intus poſita foris luceat. Quid
ergo exequar cibor̄ parſimoniā. officiorū
redundantiā. alterum vltra naturā ſuper-
fuiſſe. alterum ꝟo ipſi nature defuiſſe. Il-
lic in illa tempora intermiſſa hic congemi-
natos ieiunio dies. Et ſi quādo voluntas
ſucceſſiſſet. cibus plerūqꝫ erat obuius qui
mortem arceret. non delitias miniſtraret.
Dormire nō prius cupiditatis ꝙ̄ neceſſita
tis fuit. ⁊ tamē cū quieſceret corpꝰ: vigila-
bat animus. qui frequenter in ſomnis aut
lecta repetit. aut ſomno interrupta cōtinu-
at. aut diſpoſita gerit aut gerēda diſponit.
Prodire domū neſcia niſi cum ad eccleſiā
cōueniret. Et hoc ipſam cum parentibus et
ppinquis. Domeſtico operoſa ſilētio. forē-
ſi ſtipata comitatu. nullo meliore tamē ſuo
cuſtode ꝙ̄ ſeipſa. In inceſſu aſpectuqꝫ vene
rabilis. que nō tam veſtigium pedis cole-
ret ꝙ̄ gradū virtutis attolleret ⁊c̄. Et in-
fra. Sic Maria intēdebat omnibꝰ quaſi a
pluribus moneretur. ſic oīa implebat vir
tutis officia vt nō tam diſceret ꝙ̄ doceret.
Talem euangeliſta mōſtrauit. talem ange
lus reperit. talem ſpūſſanctus elegit. Quid
in ſingulis morer: hanc parētes dilexerūt.
extranei predicauerūt. que digna fuit ex q̄
dei filius naſceretur. hec Ambro. Alia
etiā ex cauſa non fuit concupita. quia pul-
chritudinē ſuam quantum poterat occulta
bat. ⁊ mēbra ſua optime cooperiebat. Nā
honeſte veſtes que corpus bene tegūt. pre-
ſeruant a cōcupiſcentia. Econtra ꝟo. veſti-
menta inhoneſta ⁊ ornatus meretriciꝰ eſt
cauſa cōcupiſcentie. Nam videtes iuuenes
mulierē ſic indutam arbitrātur eā eſſe me
retricē. vel habere animū fornicādi. Talis
enim quiſqꝫ eſſe preſumitur qualem eū ve-
ſtes indicant. l. item apud labeonem. §. ſi
quis virgines. ff. de iniurijs. exteriora nāqꝫ
demonſtrant interiora. l. fulcimus. §. illud
ſciēdum. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſionē
eatur. ⁊. §. ceruos. inſti. de rerum diuiſione.
naturalē. §. in his. ff. de acqui. rerū do. Et
ideo eam cōcupiſcūt. quia ſperāt illam ſue
maledicte volūtati cōſenſū pbiturā. O igi
tur femina vana. o rhete diaboli. o mulier
laſciua. o beſtia infernalis. o iuuēca fetida:
vt qd oſtēdis pectꝰ. ſpatulas ⁊ mām̄illas:
Quare ſic infaſciata incedis: Cur ſic inho-
neſte veſtiris. quare faciē tuā depingis. q̄re
ipſam lixas. cur pellem extēdis. cur mēbra
tua oſtēdere hominibꝰ queris. niſi vt oēs
ad cōcupiſcentiā tuam prouoces. niſi vt il-
lor̄ animas capias. niſi vt eas tecū ad in-
fernales cruciatus perducas. Si enim non
haberes carnes venales: nō portares eas
ad macellū. Sicut ergo ſignū vini vel alterius

Amb. deſcribit honeſtatē Marie

Honeſte veſtes pſeruāt a ꝯcupiſcentia.



rei venalis facit bonā pſumptionem iuris
ꝙ talia ſunt venalia. l. nec emere. C. de ēp.
et vē. ſic tua inhoneſtas ⁊ expoſitio ac pu
blica oſtenſio carniū tuarū inſinuat. ꝙ in
animo es corrupta. ⁊ carnes ipas venales
habes. Abſconde igit̄ nuditatē tuam. cela
carnes tuas. ⁊ fuge viror̄ cōſortia. exēplo
ꝟginis de qua inqt Amb. ſup Lucā. Di-
ſcite ꝟgines non circūcurſare per alienas
edes. nō demorari in plateis. nō aliquos ī
publico miſcere ſmones. Maria ī domo
ſera ⁊c̄. O igit̄ femīe diſſolute. o pictrices
facierū. o platearie. o balchonarie. o mulie
res inhoneſte. que totum ſtudiū veſtrum
poſuiſtis in demōſtratiōe vr̄e pulchritudi
nis. an neſcitis ꝙ ille theſaurū ſancte ꝟgi
nitatis amittere cupit. qui illum frequent̄
in publico gerit. Capite ergo exemplū bea
tiſſime ꝟginis. de qua inqt Amb. vbi. ſ.
ꝙ videri frequētius in publico diſplicebat
⁊ ideo neminē ad ꝯcupiſcentiā puocabat.
ſicut tu balarina impudica facis. quod ē
maximū pctm̄ ⁊ grauiſſima pena crucian
dum. Noli igit̄ amplius tot xpianor̄ ani-
mas illaqueare. ⁊ pcioſum ſanguinē ieſu
xpi ꝯculcare impudicitijs tuis. Sꝫ exēplo
beatiſſime ꝟginis induere veſtimētꝭ albis
hōeſtatꝭ. Et ſic n̄ icitab' aliquē ad libidinē
ſed vnuſqſqꝫ ꝓuabit de te illud Prou. vj.
Non cōcupiſcet pulchritudinē eiꝰ cor tuū.
Et Eccli. xxv. Non ꝯcupiſces mulierē in
ſpecie. Noli ſic frequēter morari in porta.
nec libēter pdire ad ſpectacula: cōſiderans
ꝙ Dyna filia iacob qr ad videndū mulie-
res regionis prexit. qr in publico appuit.
quia pulchritudinē ſuam oſtēdit. pſtituta
fuit Geñ. xxxiiij. Et ideo te hortat̄ ppha
Piere. iij. c. exclamās ⁊ dicēs. Reuertere
ꝟgo ad ciuitates tuas. i. ad cōſcientias in
camera tua. ſicut faciebat intemerata vir
go maria. Scōm myſteriū de niue ē de
ipſius tactu. Pro cuiꝰ declaratiōe dico. ꝙ
nix eſt tactu frigida. poroſa: et elapſiua.
Quo ad pmū non oportet venire ad pba-
tionem. qr quod patet expſſe nō eſt pbare
neceſſe. c. euidētia. de pba. et. l. ea quidem.
C. de accu. Manifeſtū eſt eīm niuē eē frigi
dam. que etiā frigeſcere facit manū tāgētꝭ
Vñ dr Eccli. xliij. Uētus aqlo flauit aquā
frigidā. i. niuem. De qua dr Prouer. xxv.
Sicut frigus niuis ⁊c̄. Et eiuſdē lib. vlt.
c. dr. Non timebit domui ſue a frigoribus
niuis. Beata igit̄ virgo frigida fuit. i. hu-
milis. Hoīes eīm frigus habētes vadunt
ſtrictis humeris. capite flexo. ⁊ humiliter
in manibus ſufflāt. Unde glo. ſuper illud
Apoc. iij. Utinā frigidus eēs ⁊c̄. ait. Ser-
uum ſibi idoneū dñs frigidū optat. vt fri-
gore nuditatē agnoſcat. ⁊ pānis indigere
ſe ſciat. ⁊ humilis reddat̄ ad poſcēda veſti
menta ⁊ tegumēta nuditatis. Uidemꝰ eīm
ꝙ paupes humilius elemoſynā petūt tē-
pore frigoris ꝙ̄ in eſtate. Dicunt eīm intra
ſe tempe eſtatis. Si nō inuenero in ciuita
te panē: ibo ex̄ et comedā fructꝰ agror̄. In
hyeme aūt nō ſunt fructꝰ in agris: nec au-
dent demorari in plateis ppter frigꝰ: ma-
xime qn̄ ſunt male induti. Et ſic inſtātius
et importunius petunt elemoſynā tempe
frigoris. Frigus nāqꝫ hūiliat non tm̄ pau
peres: ſed etiā diuites: quos aliquādo de-
lectat aptare ignem: ⁊ apponere ligna ſub
ferculis. Dicite o femine lixate et ſcolate:
nūquid in hyeme libēter coopitꝭ nuditatē
veſtrā: ⁊ quid pgebatis in eſtate inceſſu
maturo ⁊ graui ac faſtu pleno: In hyeme
celeriter pperatis. Frigida ergo fuit bñdicta
virgo. i. calore ſupbie vacua. ſ. frigore hu-
militatis plena. que tam humilis fuit vt
nullibi legat̄ ꝙ ſe mr̄em dei appellauerit.
non reginā. nō dñam: ſed ancillā di. Ecce
ācilla dñi Lu. j. Scdo nix ē poroſa tāꝙ̄
ſpongia ſuſceptibilis aquarū. ⁊ hinc eſt ꝙ
magna niuiū quātitas ſi premat̄ reducit̄
ad modicā quātitatē. Et ſilr poroſa fuit
beatiſſima ꝟgo. que tantarū grarū imbrē
ſuſcepit: vt ex eius abūdātia oīs creatura
repleta ſit. Unde Bern. exponens illā ꝟba
cātici virginalis. Ecce eīm ex hoc btām me
dicent oēs generationes: ait. Ecce intuen-
tis eſt aduerbiū ⁊ demonſtrātꝭ. ac ſi dicat.
Ecce iā video quid futurū ſit de me. Quis
fructus pcedet ex me. que ⁊ quāta bōa nō
mihi ſoli: ſed oibus generationibus pue-
niet ex me. Nam ⁊ angelicarū generatio-
num numerus p meū genitū reintegrbit̄ ⁊
hoīm generatio in Adam maledicta per
vētris mei fructus benedictionē ad eternā
generationē regenerabit̄. hec ille. O igit̄
virgo oium gratiarū capaciſſima. q̄ illum
in ſe ſuſcepit. quē totus mūdus nō capit.
que illum continuit qui magnitudine ſua
oēm celor̄ capacitatē excedit. que tantā
infuſionē gratiarū recepit ꝙ nūꝙ̄ aliqua
pura creatura ſimilē habuit vel habebit.
Ait eīm Piero. in ſmone ad Euſtochium.

x Frigiditas niuis marie hūilitatem ſignat.

y Poroſitas niuis capacitatē grar̄ Marie ſignat.

Ceteris ꝑ partes gratia preſtaꝫ. Marie
T ꝟo tota ſe inſudit gratie plenitudo. Ter
Elabilitas niuis marie inexplicabilē elucidatiōeȝ ſigt.
tio nix eſt elapſiua. Si eñ de niue corpus bene ſpericum formaueris cito elabitur e manibus, vel pila diu palmis tractata liqueſcit. Que quāto fortius ſtringiꝫ: tāto citius elabiꝫ, vel in aquā ſe cōuertit. Et ſimiliter benedicta ꝟgo de cōtrectantiū manibus elabiꝫ, quia ſua magnitudine ſcriptores ſuarū laudū elaborāt: ⁊ nec quideȝ minimā partē ſufficiēter tractare ſeu exp̄mere poſſunt. Naȝ de illius geſtis dici poteſt illa legalis ſentētia ꝙ plura ſūt negocia ꝙ̄ vocabula, l. iij. §. negocia. ff. de neg. geſt. et l. hec verba. ff. de preſcrip. ve. Et iō ſi oēs oratores ⁊ poete qui fuerūt ⁊ erunt adeſſent, ⁊ de ipſius ꝟtutibus ⁊ excellentijs ſcribere vellēt. in elucidādo, vel vnam de prerogatiuis, verificareꝫ illa Mātuani poete ſentētia in p̄mo Eneiō. ſcȝ. Ante diem clauſo componet veſper olimpo. Si eñ tota maris harena ⁊ aqua ſe in liguis cōuerteret. ſi folia arborum loquerētur: ſi omnes creature loqui poſſent, et laudare beatā ꝟginem vellent. ⁊ ſi oñes beati ſpiritus ⁊ ſancti dei eius dignitatē ⁊ excellētiam ac glīam exp̄mere attemptarēt: non valerent ad plenū explicare nec attingere laudes cōuenientes illi que deum parere meruit. Et ideo eximius ꝓphetarū dauid. licȝ diceret p̄s. xliiij. Lingua mea calam⁹ ſcribe velociter ſcribētis. Tamē in laudib⁹ beatiſſime ꝟginis exp̄mendis ſe inſufficiētem cōfeſſus eſt dicens p̄s. lxxxiij. Deficit aīa mea in atrijs dñi. Ipſa eñ ſacratiſſima virgo diciꝫ in ſacra ſcriptura atriū dei vt declarauim⁹ in tertia parte principali huius operis, ſmone quīto parte. v. Ego ꝟo in hoc opere fatigatus, dico cuȝ beato Iob libri eius. c. xix. Quis mihi tribuat vt ſcribanꝫ ſermōes mei, quos ſcȝ pre nimia ſublimitate ⁊ copioſitate virtutū beate virginis proferre nō poſſuȝ. De quibus non immerito dicere valeo illud Ioh. vltimo. Nec ipſum arbitror mūdum capere poſſe eos qui ſcribēdi ſunt libros. Ex quib⁹ omnibus patet quātum ille ſit deceptus, ꝙ̄ꝗ parum de glorioſe ꝟginis excellētia ⁊ virtutibus informatus. qui oñe quod de illa dici poteſt ſeptem ſe aſſerit poſſe explicare
A ſmonibus. Tertiū myſteriū eſt de niuis
Sicē nix terram
effectu. Nix eñ habet plures effectus, qui ponunꝫ in libro. xj. de ꝓpetatibus rerum, in. c. de niue. quoꝝ ſolum referam ⁊ declarabo ſeptem, ꝓpter ſeptem ꝟginis ipſius gaudia. ⁊ erunt tanꝙ̄ ſeptem theſauri, de quib⁹ diciꝫ Iob. xxxviij. Nūquid ingreſſus es theſauros niuis? Quātum ad primum effectum ſic diciꝫ ad lrām in p̄dicto libro de ꝓprietatibus rerū. Ex mora niuis ſuper terrā humus impinguaꝫ. Sua eñ frigiditate poros terre claudit, vñ reuocato calore ad interiora radicū ⁊ ſeminū fit humorum interiorū attractio ad radices, et ipſoruȝ inuiſcatio ex qua terra impinguaꝫ: vnde nix herbas malas ⁊ ſuperfluas mortificat ⁊ attenuat, bonas ꝟo nutrit ⁊ impinguat, hec ibi. Et ſimilr̄ beata ꝟgo impinguat terrā, i. nos terrenos qui eram⁹ macilenti pre penuria panis celeſtis, q̄ nōduȝ erat in terrā deſtinatus, quem ipſa nobis oriri fecit. Unde ip̄e fruct⁹ vteri ꝟginalis inquit Ioh. vj. Ego ſum panis viuus qui de celo deſcēdi. De q̄ benedicto pane comedimus ⁊ impinguati ſumus, ſicut p̄s. predixerat dicēs. p̄s. lxiiij. Piguēſcēt ſpecioſa deſerti: ⁊ exultatione colles accingētur. Beata igiꝫ virgo nō fuit ſicut ille niues q̄ corruperūt ſegetes. de quib⁹ in. l. fiſtulas. §. ſi. ff. de cōtrahen. emp. Sed fuit illa nix que a deo miſſa eſt in mūdū. vt ſua cooperatione veſtiret ⁊ impinguaret terraȝ hūane generatiōis. Unde de deo inquit ꝓpheta p̄s. cxlvij. Qui dat niuē ſicut lanā. Hec eſt illa que quēlibet ſuū deuotū impinguat cōſolationib⁹ diuinis. Ad qō applicari poſſȝ illud Eccli. xxvj. Gr̄a mulieris ſedule delectabit virū ſuū: ⁊ oſſa illius impinguabit:

ſic maria t̄rrenos īpinguat

Scōs niuis effectus poniꝫ in predicto lib. de ꝓprie. rerū. vbi ſic diciꝫ. Nix etiā ſua p̄ſentia loca fetida ⁊ fimalia ⁊ ſterquilinia tegit ⁊ occultat. Et ſilr̄ beatiſſima ꝟgo occultat turpitudinē delictoꝝ noſtroꝝ. dum eius interuētu veſtimur indumēto innocētie ⁊ ſanctitatꝭ. quod ip̄a nos aſſumere hortaꝫ dicēs illud Apoc. iij. Ueſtimentꝭ albis induaris: vt n̄ appeat ꝯfuſio nuditatꝭ tue. Peccatori eñ dixit deus Hiere. xiij. Nudaui femora tua ꝯtra te. In cuius ſignum Adam ⁊ Eua poſt pctm̄ ſe nudos cognouerunt ⁊ erubuerūt Gen. iij. Sicut autē illi nudi fuerūt ꝑ culpā. ita ecōtrario ꝟgo benedicta veſtita fuit ꝑ innocentiā. Unde de ip̄a inquit Dauid p̄s. xliiij. Aſtitit regina a dextris tuis i veſtitu deaurato ⁊c̄. Et q̄ꝛ ſic eſt bene veſtita, etiā nos veſtit de

B
Sicē nix fetida: ſic maria turpitudinē viciorū tegiꝫ



ſua ſuꝑabundātia. Quapropter de ſuis deuotis dr̄ Prouer. vl. Oñes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicib⁹. ⁊ ip̄a eſt indumentū noſtrum ſicut in ꝟbis p̄allegatis oſtendit p̄s. dicens. p̄s. cxlvij. Qui dat niuem ſicut
C lanā. i. btām ꝟginē ſicut noſtre nuditatis
Sicē nix veſtigia: ſic maria īſidias diaboli manifeſtat
tegumentū. Tertius niuis effect⁹ poniꝫ in p̄dicto li. de ꝓprie. rerū. vbi ſic dr̄. Item nix feris ⁊ aīalibus nocumēnū p̄ſtat. quia eoꝝ tegit paſcua ⁊ veſtigia manifeſtat, vñ tempe niuis fere a venatorib⁹ de facili capiunꝫ. Et ſimilr̄ ꝟgo benedicta nobis dolos ac iſidias ⁊ machinatiōes diaboli manifeſtat, vt in laqueū cadat quē noſtris parauerat pedibus. vt de quolibet nr̄m deuīcente diabolū ꝟtute ⁊ interuētu ip̄i⁹ ꝟgis dici poſſit illud. ij. Regū. xxiij. ⁊. j. Paral. xx. Interfecit leonē in medio ciſterne tēpe niuis. Quartus niuis effectus poniꝫ in eodē libro de ꝓprie. rerū. vbi ſic dr̄. Itē nix vi caloris reſoluta terrā imbuit. remollit, et inebriat, quā ante reſolutionē frigiditatis ſue coartatione in ſua ſuꝑficie fortı⁹ indurabat. vt dicit Greg. hec ibi. Et ſilr̄ btā ꝟgo ſuo exemplo nos duros, i. fortes ⁊ cōſtātes facit cōtra tētationes mūdi, carnis et diaboli. dicēs nobis illud quod canit eccleſia in officio apoſtoloꝝ. Eſtote fortes ī bello ⁊c̄. Et poſtꝙ̄ victores euaſim⁹: vi ſue charitatis nos liq̄facit ⁊ inebriat deuotōe vt p̄s. illi p̄dixit de nob. p̄s. xxxv. Inebriabunꝫ ab vbertate domus tue: ⁊ torrēte vo
E luptatis tue potabis eos. Quītus niuis effectus in p̄dicto libro de ꝓprie. re. poniꝫ vbi ſic diciꝫ. Item nix ꝓpter ſue ſubſtantie mollicīe ⁊ leuitatē in ſuo deſcēſu ſtrepituȝ vel ſonum nō generat: immo inſenſibiliter de occulto aeris deſcēdens interſtitio ſuauiter ſuꝑficiei terre ſe applicat. et equaliꝫ ſe coaptat. Et ſimilr̄ benedicta ꝟgo de alto nos reſpicit. ⁊ ad nos deſcēdit, nō ī ſtrepitu aut furore magne ſeueritatis ꝓpter peccata noſtra. ſed in dulcedine et pietate humaniꝫ ad nos venit ⁊ equaliter. i. tam ad iuſtos ꝙ̄ ad pctōres ⁊ preſto eſt oībus inuocata. Unde de illa dici pōt illud Sapie. vj. Puſillū et magnū diligit, ⁊ equaliꝫ
F eſt ei cura de oībus. Sext⁹ niuis effect⁹
Maria ſua gr̄a lubricos reſtringit
eſt ille qui poniꝫ in p̄dicto lib. de ꝓprie. re. vbi ſic diciꝫ. Item aqua niuea potētiali et actuali frigiditate ſua fluxū vētris rep̄mit et cōſtringit. Et ſimilr̄ aqua gr̄e ꝟginalis rep̄mit lubricos ne cadāt in fornicatōnes et adulteria. Quot eñ ipſius ꝟginis adiutorio ⁊ deuotione: ac eius puritatis ⁊ honeſtatis exēplo abſtinēt a labe carnalitatis? Quot fratrū obſeruantiuȝ caſtitatem monaſteria? quot monialiū clauſure? quot in ſeculo dimiſſi ⁊ dimiſſe? quot virgines vtriuſqȝ ſexus? quot vidue honeſte? q̄t maritate ſeruāt thoros illibatos? q̄t qui p̄us fuerunt ꝓcliui ad libidinē ſe reſtrinxerūt. et effluere ꝑ voluptates ⁊ ſpurcitias ceſſauerunt. Iſta eñ nix reſtrinxit venas libidinum. vnde de quolibet tāgente iſtā niuē per deuotionē ⁊ bibēte aquas gratie eius verificabiꝫ illud Oſee. xiij. vbi dr̄. Siccabit venas eius. Septimus niuis effect⁹
G
poniꝫ etiā in p̄dicto libro de ꝓprie. rerum. vbi ſic diciꝫ. Item loca alta ⁊ mōtuoſa nix frequētat, ⁊ diutius in mōtibus ꝙ̄ in vallibus ꝑſeuērat: quia vēti frigidi liberi⁹ in mōtibus ꝙ̄ in vallibus cōualeſcūt. Inſuꝑ valles ſunt mōtibus calidiores ꝓpter maiorem aggregationē ⁊ fractionē radioruȝ ſolis. ⁊ ideo niues in mōtib⁹ plus abūdāt. hec ibi. Mōtes aūt in ſacra ſcp̄tura ſignificāt ſanctos qui ſunt alti per celeſtiū contemplationē. ⁊ ita accipiꝫ ī p̄s. cxxiiij. vbi dr̄. Montes in circūitu eius. Et p̄s. cxiij. Montes exultauerūt vt arietes. et colles ſicut agni ouiū. In his aūt mōtib⁹ deſcendit libēter beata ꝟgo. quia hoib⁹ deuotis et ſanctis dat abūdantiā cōſolationum. ⁊ ſuꝑ eos deſcēdere facit gr̄am ſpūſſancti q̄ per niuē deſignaꝫ. vt ip̄a ꝟgo dixit Liberio pape. ſicut legiꝫ in officio niuis. ⁊ ideo de quolibȝ deuoto habēte gr̄am btē ꝟgis poteſt exponi moraliꝫ illud. j. Mach. xiij. Erat tibi nix multa valde. Nec mirū ſi benedicta ꝟgo libēter in mōtibus moraꝫ et gr̄as ſuas effundit. Nam ⁊ dilect⁹ fili⁹ ei⁹ magnifica fecit in mōtibus. In mōte eniȝ trāſfiguratus eſt Matth. xvij. Orauit in monte Lu. xv. et. xxj. docuit diſcipulos in monte Ioh. vj. et Matth. v. In monte q̄ȝ deſcendit deus ad Moyſen Exod. xix. O igitur hoies terreni, o mortales dep̄ſſi iniquitate. o onuſti peccatoꝝ ſarcīa. deponite pōdus taȝ graue. Uos eñ eſtis illi de q̄b⁹ diciꝫ Exod. xix. Non poterit vulgus aſcēdere in montē. ſcȝ cū grauamine tantoruȝ criminū. Cōtendite ergo leuitate virtutū aſcēdere ī mōtē dei ad illū. ſ. de q̄ inq̄t p̄s. lxvij. Mons dei mōs pinguis: ⁊ mōs in q̄ bn̄placitū eſt deo habitare ī eo. Etem dñs

Maria frequēt in ſctōs deſcēdit

habitabit in finē. Mōs .ſ. deuotōis ꝛ ɔtē‐platōis, de q̄ moral'r intelligit̄ illud Gen̄. xix. In mōte ſaluū te fac. Ibi em̄ inuenies niuē .i. ꝟginē glioſam niue cādidiorē, quā ad te mittet deus, de q̄ d̄r Job. xxxvij. Qui p̄cipit niui vt deſcēdat ſup t̄raȝ. Et Eccl. xliij. Imꝑio ſuo accelerauit niueȝ. Mitte igit̄ ad me iſtam niuē o dn̄e deus. beatus em̄ ero cum bene lotus fuero quaſi aquis niuis. Job. ix.

Quod beata virgo dicitur ſcala celi. Aſſimilatio .ij.

D b Beata ꝟgo maria d̄r ſcala quā vidit Jacob p̄triarcha Geneſis xxviij. ſtantē ſuper terrā, cuius cacumē celū tāgebat. Angeliq̄ aſcendebāt ꝛ deſcendebāt p̄ eaȝ ꝛ dn̄s ipſi ſcale inherebat. quā viſionē expones Damaſcen⁹ in quodā ſmone ait. Intellectualis ſcala eſt ꝟgo maria. ex terra em̄ habet natiuitatē, caput aūt ad celū. Ois quippe mulieris caput eſt vir. ſed hec qm̄ virū nō cognouit: caput habet deuȝ. hec ille. Dicit̄ aūt ſcala, quia ſicut per ſcalam ab alto ad ima deſcendit̄, ſic p̄ iſtam ſcalaȝ filius dei ad nos deſcēdit, qui nunq̄ deſcēdiſſet niſi iſta ſcala affuiſſet, qua hūilitate ſua ac puritate deum inclinauit vt p̄ ip̄am deſcēderet. ꝛ ipſi inhereret. Unde ipſa ait Luce .j. Quia reſpexit humilitatē ꝛc̄. vbi Ber. ait. O vera humilitas que deū hoīb⁹ peperit. vitaȝ mortalibus edidit. celos innouauit. mūduȝ purgauit. ꝛ animas hoīm a morte liberauit. Facta eſt marie humilitas ſcala celeſtis p̄ quā deus ad terrā deſcēdit. ꝟgo quidē ꝟginitate placuit: ſed hūilitate concepit. hec ille. Nam humilitas ipſius bn̄dicte ꝟginis ſuper oīa deo placuit. vn̄ tūc ex humilitate facta eſt mater dei cū dixit. Ecce ancilla dn̄i ꝛc̄. Lu. j. vbi Caſſiodorus inquit. Erubeſcāt elati. vbi em̄ locū credūt habere ſuperbiā, cum celū ꝛ terrā ab hūilitate videāt occupatos: Dicit̄ etiā ſcala: q̄a per ip̄am angeli ad noſtraȝ ꝓtectionē deſcendūt, ꝛ gratie diuine p̄ eam nobis donantur. ꝛ nō niſi per hanc ſcalā celū ſcandē poſſum⁹. Vn̄ inq̄t Bern̄. O virgo ſcala ſublimis: q̄ in ſublime verticem ſanctum erigis vſq̄ ad ſedentē in throno: ꝛ vſq̄ ad dn̄m maieſtatis, o q̄ in altū mittis radicē humilitatis. Cui p̄fecto ſcale dn̄s innixus eſt, q̄ꝛ nihil nos deus habere voluit quod per marie manus non tranſiret. ꝛ nihil ex opibus noſtris ſibi eſſe gratum niſi p̄ manus marie offerat̄. Ideo modicū illud qđ deo offerre deſideras gratiſſimis Marie manibus cura tradere ſi repulſam nō vis habere. hec ille. Hoc etiam patet exemplo quod legit̄ in cronicis noſtris .ſ. q̄ quadā die ſanctus Franciſcus vidit duas ſcalas. vnaȝ rubeā cui chriſtus innix⁹ erat. ꝛ aliā albam in qua virgo erat. Et cum admonita beati Franciſci fratres ſcalā rubeam aſcendere conarent̄, dum ire inciperēt: retro multi cadebant: ꝛ aſcendere non poterant. de qua re ſanct⁹ Franciſcus flēdo dolebat. Cui chriſt⁹ dixit. Fac vt fratres tui ad mr̄em meaȝ currāt. ꝛ ad ſcalā albam: atq̄ per eam aſcendāt. Tūc beatus Franciſcus exclamare cepit dicēs. Currite fratres ad ſcalam albam: ꝛ aſcēdite per eam. Quod faciētes fratres a beata ꝟgine leta facie ſuſcipiebant̄. ꝛ in celū cum facilitate aſcendebant.

Quod beata virgo dicitur mare. Aſſimilatio .iij.

s Sicut declaraui in tertia p̄te p̄ncipali huius op̄is. ſmone ſcđo parte .ij. Beata ꝟgo d̄r Maria a mari. quia habet in ſe ꝓprietates maris. Hic aūt addere poſſumus. q̄ ſicut in mari, vt dicit̄ in libro de ꝓprietatibus rerum, ſunt duo vapores .ſ. humidus et ſiccus ſiue ſubtilis ꝛ groſſus. ꝛ p̄ motuȝ et agitationē vndarū pars ſubtilior reſoluit̄. et remanet groſſior. que virtute ſolis calefacta fit ſalſa: ꝛ aduſta efficit̄ amara. Sic in beata virgine fuerunt duo vapores .i. amores erga filium. Unus naturalis ad illius humanitatē qui erat vt vapor groſſior. Alius ſpūalis ad ipſius diuinitateȝ qui erat vt vapor ſubtilior. Et ſm̄ hoc habebat de eo duas cōſolationes. vnam ſm̄ ſenſualitatem. aliam ꝟo ſm̄ rationē. In paſſione autem filij ſui ꝓpter motum et agitationē vndarum .i. afflictionem et vexationē penarū et doloruȝ chriſti: pars ſubtilior .i. conſolatio ſm̄ rationē videbatur reſoluta, abūdabat autem in ea vapor groſſior. id eſt affectio naturalis. que inſ‐rātū calefacta eſt et aduſta calore ſolis .i. feruore cruciatus ꝛ mortis chriſti qui eſt ſol iuſticie: q̄a tota facta eſt amara. Unde Job. xl. cap̄lo dicitur. Ferueſcere faciet ſicut ollam p̄fundum maris .i. cor virginis. quod quantum feruebat amore: tantum

Duo vapores in mari duos amores i maria ſignificant



vrebat̄ dolore. Et ideo ipſa ad moduȝ olle bullientis extra fudit aquas lachrymaꝝ.

K Quō mare dulcoratur

Sed notandū q̄ d̄r in predicto libro de ꝓprie. rerū. ſm̄ ph̄m in lib̄. de aīalibus. q̄ a mari poteſt abſtrahi ſalſedo. Nam ſi hō acceperit vas cereū nouū crudum. ꝛ clauſerit eius orificiū ꝛ miſerit ip̄m vacuuȝ in mari. aqua maris in eo intrās efficiet̄ dulcis. Iſtud vas cereum nouū ꝛ cruduȝ fuit corp⁹ filij ꝟginis poſt reſurrectionē. Per cerā em̄ que mollis eſt intelligit̄ eius caro delicatiſſima. que noua erat inquātū erat nouitate incorruptibilitatꝭ et īmortalitatꝭ induta. Dicit̄ aūt eius caro cruda. q̄a oīs decoctio penalitatꝭ et paſſionis p̄terite ab ea fuit ablata. Orificium ꝟo huius vaſis clauſum fuit p̄ clauſoriū impaſſibilitatis. ne intrare amplius poſſit in eo aliq̄ amaritudo tribulatiōis. Et ſic vacuū oīi amaritudine poſitum eſt in mari .i. oſtenſum piiſſime ꝟgini. que ex amaritudine erat velut mare: ꝛ ip̄m vas dulcorauit eius amaritudinē. ꝛ in dulcem aquā cōuertit. et in ſe hauſit dum cor eius indulcoratū ī viſione ꝛ cōtemplatiōe ſui corꝑis reſuſcitati et glorificati: indicibili ſuauitate et gaudio eius bn̄dictus filius letificauit. Figura aūt huius amaritudinis ꝟginalis ex paſſione filij ſui ꝛ dulcorationis ex reſuſcitatione ꝛ apparitione eius poteſt aſſignari Thob̄. x. vbi d̄r q̄ miſſo Thobia a p̄re ſuo cum angelo ſibi comite in Rages ciuitate medoꝝ p̄ recuꝑandis decē talētis ex cyrographo debitis p̄fixo eidem filio redeūdi termino. Mater eius interim valde dolebat ꝓ abſentia filij ſui. ꝛ quotidie reditum expectabat: ꝛ oīi die p̄gebat ad loca per q̄ ſperabat filij aduentū. Quadā aūt die cū ſic inſpiceret circūquaq̄. vidit filium ſuuȝ venientē: ꝛ ante eum magnā familiam et diuitiarū multitudineȝ. vnde poſt lachrymas multas iocūdata eſt ſummoꝑe de filij viſione. Per Thobiam em̄ poteſt intelligi humanitas xp̄i. p̄ angeluȝ cui ſociatus eſt Thobias pōt intelligi diuitas que ipſi humanitati xp̄i vnita erat. Ipſe em̄ xp̄s deſcendit in Rages ciuitate medorum .i. ad infernū habitationē demonū. ꝛ recuꝑauit decem talenta .i. decimū ordinē hūani generis in celo collocandū. cui ex obligatiōe cyrographi diuini decreti debebat̄ mors eterna ꝓpter pctm̄. vnde ipſe dn̄s ieſus lacerauit cyrographuȝ obligationis. et ipſa decem talēta recuꝑauit. quia ſcōs patres de lymbo infernali eduxit. ꝛ humanū gen⁹ de morte ꝑpetua liberauit p̄ virtutem ſue paſſionis. Vn̄ ap̄ls ad Col. ij. de ip̄o inq̄t. Delēs quod aduerſus nos erat cyrogr̄phū decreti quod erat ɔtrium nobis. et tulit de medio affigēs illud cruci. Cum igit̄ filius ꝟginis abſentatus eſſet ab ea p̄ paſſioneȝ et mortē ad quā miſſus erat a p̄re ſuo celeſti, qui ait Eſa. liij. Propter ſcelus populi mei p̄cuſſi illū. Unde ip̄e ſaluator ait Petro Joh̄. xviij. Calicē quē dedit mihi p̄r nō vis vt bibā illum? Mater eius doloribus plēa remāſit. ꝛ lachrymas amaras emittēs numerabat dies quos p̄r eius ꝓ reſuſcitatione ip̄ius aſſignauerat. et exibat ad loca ſacre ſcripture q̄ loquebant̄ de ei⁹ reſurrectione. Cum aūt hora reſurrectionis immineret. ꝛ anxi⁹ ꝓ eius reditu lachrymaret̄. Ecce q̄ vidit magnā familiā .i. angeloruȝ multitudinē ſuum filium p̄cedentē. ꝛ ip̄m filium totū glioſum aducētare. qui ei dixit ſequētia verba q̄ ponit Anſel. in quodā ſermōe. O maria ꝟgo ꝟginū. ſingl'aris roſa celice amenitatꝭ. p̄lucidū ſyd⁹. lucerna diui luminis ſuſceptiua. In tuo ieſu pre oīb⁹ gaude gaudio magno. quia quē vt hoīem peperiſti. ꝛ ꝓprijs vberib⁹ lactaſti. ꝛ quē vidiſti in cruce pēdentē. nunc vides in celo regnantē. ꝛ omnē latitudinē celeſtiū. terreſtrium ꝛ infernoꝝ maieſtati eius inclinatā. ꝛ oēm inimicoꝝ exercitū attritū. Poſt hec aūt ꝟba ꝛ dulces amplex⁹ dixit beata ꝟgo. Bn̄dictus q̄ venit in noīe dn̄i. Et nūc fili ꝛ dn̄e mi ſuſcipe p̄ces ancille ꝛ matris tue. ꝛ p̄ſta vt q̄ſquis ad me q̄uis pctōr accefferit tuā indulgentiā petitur⁹ illā abundāter impetrare ſe noſcat. ꝛ callidi hoſtis inſidias in hui⁹ vite trāſitu ſecur⁹ ꝑtrāſeat. Et ait ad ip̄am dn̄s. O intemerata ꝛ in eternū bn̄dicta mater mea. q̄ꝛ ex incōparabili charitate tua illud petiſti qđ me ſummopere adimplere delectat. ego te facio mr̄eȝ miſericordie ꝛ clemētie. Cōſtituo te reginā angeloꝝ. magiſtrā apoſtoloꝝ. gubernatricem totius eccl'ie mee. orbis vniuerſi dn̄aȝ ꝛ imꝑatricē. ꝛ do tibi p̄tātem impetrandi quodcūq̄ volueris: ꝛ volo q̄ ſis in terrorē demonū. ꝛ q̄ etiā quicūq̄ ſcelerati peccatores habeāt ſpem ꝛ ɔfidentiā ad te recurrendi. facioq̄ te aduocatā pctōꝝ. ꝛ fonteȝ pietatis ꝛ grē. ꝛ volo q̄ tu ſis adiutoriū ꝛ ꝓtectio iuſtoꝝ. vt oēs gaudeāt de te. cōſo‐

L Figura reſurrectionis xp̄i in thobia p̄ceſſit.

Dialog⁹ Marie xp̄o reſurgēte.

lentur p te ⁊ letent in te. Tu enim gloria
hierl'm. tu leticia iſrael. tu honorificentia
populi mei. Merito igit virgo Maria đr
M
fuiſſe illa maris aqua que pvas cere noue
Sicut mare ē origo omniū aq̄rū ſic Maria g̃rarū.
fuit in dulcedinē ꝯuerſa. Scđo aſſilat
mari: q2 ſicut mare. ⁊ đr in p̄dicto li. de p
prie. re. ⁊ fuit ſnīa ph̄i in. j. Metha. ⁊ Aui
cenne li. ix. naturaliū queſtionū. eſt origo
⁊ p̄ncipium oīū aquarū. caput ⁊ hoſpitiū
fluminū. ⁊ fons imbriū. Ita ip̄a benedicta
v̄go fuit p̄ncipium diuinarū gratiarum,
inquantū p̄ncipalius ꝓpter ip̄am fili⁹ dei
incarnatus eſt. per quē oīs gratia mundo
elapſa eſt. Item oīs g̃re plenitudo in ip̄aȝ
deſcendit tanq̄ in hoſpitiū idoneū et per
eius merita ⁊ interceſſionē in alios diffu-
ſa eſt. Item lȝ terra. i. eccl'ia militās aliq̄n
a nubibus qui ſunt in aere. i. a ſanctis qui
ſunt in celo. ⁊ a fluminibus. i. a ſanctis viris
et mulieribus q̄ ſunt in mūdo irrigetur. i.
eorū: oīonibus diuine gratie g̃ram ⁊ ada
quationē recipiat. tamē abūdantius ⁊ fre
quētius a mari. i. ab ipſa glorioſa virgine
attrahit pluuiā ſalutis ⁊ influentiā gra-
tiarum. Nam gratie alioꝝ ſanctoꝝ ſūt mi
nime reſpectu gratiaꝝ eius. Unde de illis
dici poteſt illđ Eccl'i. xvij. Quaſi gutte aq̄
maris deputati ſunt. Dicit q̄ȝ in p̄dicto
lib. de ꝓprie. rerum. ꝙ mare eſt ſubſidium
in neceſſitatibus: ⁊ refugium in periculis
ac itineris compendiū. ⁊ laborātis lucrū.
Que oīa cōueniunt ipſi beatiſſime v̄gini:
que eſt ſpes ⁊ refugiū oīū periclitantium
et miſeroꝝ ac tribulatorum. Unde illi dici
pōt illđ p̄s. lxiiij. Spes oīum finiū t̄re ⁊ ī
mari longe. Iteȝ p eius mediū citius ꝑue
nitur ad portum ſalutis. Unde deo. īquit
p̄s. lxxvj. In mari via tua. Itē ſicut illi ne
gociatores qui volūt cito diuites fieri fre-
quētant mare. Sed ad ip̄am beatā v̄ginē
recurrētes. ſiue cōtemplando eius exem-
pla. ſiue eam deuote ſalutādo. ⁊ commen
dando eius p̄conia. vel implorādo ipſius
ſuffragia celeſtis g̃re theſauros cumulāt.
Unde in huius figurā đr de diſcipulis xp̄i
ꝙ perrexerūt ad mare Ioh. vj. Item ſm
Iſiđ. xiij. ethim. mare dicit pelagus quaſi
pellens vndas. ⁊ ſimil'r beatiſſima virgo
repellit a nobis vndas tētationum. Unde
in figurā đr Ione. j. ꝙ tulerunt Ionam et
miſerūt ī mare. ⁊ ceſſauit tempeſtas. Per
Ionam aūt moral'r intelligit oratio pura
⁊ deuota. que tūc in mare mittit q̄n beate
virgini marie porrigit. ⁊ tunc tempeſtas
mētis noſtre eius interuētu ſedat. Mul
N
te alie ꝓp̄etates maris ponunt in p̄alle-
gato li. de ꝓp̄e. re. ſcȝ in ip̄o mari ꝓcreant
diuerſi lapides ⁊ gēme mire v̄tutis. ⁊ vn-
darū eius attritu polite: p motū ipſius ad
littora iactant. Iteȝ mare oīa cadauera et
immūda a ſe eijcit. Item mare p occultas
ſue abyſſi venas tam fontib⁹ q̄ fluminibus
materiā fluxus admiſtrat. vt dicit Hiero.
ſup Eccle. Itē eſt aīalium multiplicꝫ forme
p̄ductiuū magis q̄ terra. vt inq̄t Raban⁹
ſuper Eccle. xliij. ibi. Illic preclara ⁊ mira
bilia opa ⁊c. Un̄ p̄s. ait. p̄s. ciij. Illic repti
lia quoꝝ nō eſt numerus. Item eſt multi-
plicis infirmitatis curatiuum. Sanat enī
aqua maris ydropicos. vlceroſos. et ſca-
bioſos. ⁊ multas alias egritudines. vt di-
cit Conſtātinus. Que omnia poſſent bea
tiſſime virgini appropriari. Sed breuita-
tis cauſa deuotis mētibus hec ſpeculāda
relinquo.

Ut beata virgo dicitur aurora.
Aſſimilatio. iiij.

I
Nquit Salomon de v̄gine glo
rioſa Can̄. vj. Que eſt iſta que
ꝓgredit quaſi aurora ꝯſurgēs
pulchra vt luna. electa vt ſol.
terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata. Qui-
bus v̄bis indicat v̄ginis excellentiaȝ. In
die enī nihil ē pulchri⁹ ſole. In nocte nihil
pulchrius luna. In cōfinio diei ⁊ noct̄ ni-
hil pulchri⁹ aurora. In certamie v̄o nihil
pulchrius acie caſtroꝝ bene ordiata. Hec
autē Salomonis verba quottidie recitat
eccleſia in officio p̄me ipſius bn̄dicte v̄gi-
nis. ⁊ ideo illa explanare intēdo. Sȝ ī hac
parte ſolum declarabo quđ appellatur au
rora. habet enī eius ꝓprietates. de quibus
dicit in li. de ꝓprie. rerum. Aurora ē finis
Sic au rora finis noctis: ſic Maria culpe ē.
noctis p̄cedentis ⁊ diei ſequētis p̄ncipiū.
et dicit aurora quaſi aurea hora eo ꝙ ru-
tilantem ad modū auri diffundit colorem
vt dicit Iſiđ. Unde ⁊ ſol in aurora a grecꝫ
chriſiſtomos. i. auri domus appellat. Nā
radij eius ſplēdētes aureas comas demō
ſtrant. Et ſimil'r beata v̄go fuit finis no-
ctis culpe. ⁊ p̄ncipium diei. i. gratie. quia
ipſa p̄ima concepta fuit ſine culpa origialꝫ
et cum rutila iuſticie ⁊ g̃re. Quod bn̄ Iob
iij. c. p̄nunciatū fuit. vbi de peccato origi-
nali dicit. Obtenebrent ſtelle. i. ſancti: ca-
ligine eius. expectet lucē. i. chriſtum. et nō



videat. nec ortum ſurgētis aurore. i. virgi
nis glorioſe. Et ideo in officio conceptio-
nis dicit. Aurora a lumine incipit et ſemp
in lumine creſcit quouſq̄ ſoli iungatur. et
nunq̄ lumine priuat. Et ſimil'r maria vir
go puriſſima a lumine diuine gratie in cō
ceptione ſua incipiēs. nullis vnq̄ eſt pec-
catoꝝ tenebris obſcurata. ſed ſemp in vir
tutum oīum claritate ſuccreſcēs. tandem
cum ſole iuſticie dulciſſimo filio ſuo in ce-
leſti gloria mirandis circūdata fulgorib⁹
eſt coiuncta. Ideo eius claritateȝ intuens
Eſaias dic̄. Sicut lux meridiana clara ē.
Quod habet eius libri. xviij. c. Salomon
quoq̄ de illa inquit Sap̄. vij. Candor eſt
lucis eterne ⁊ ſpeculū ſine macula. Et Hie
ronym⁹ in ſmone ad Euſtochiū dic̄. Nihil
Sicut ros in aurora ſic Maria xp̄ȝ g̃nat
eſt cādoris. nihil eſt ſplēdoris. nihil eſt nu-
minis quod nō reſplendeat ī virgine glo-
rioſa. Item in p̄dicto lib. de ꝓprie. rerum.
dicit ꝙ aurora dicit quaſi aura rorās. eo
ꝙ in aurora ros generat ⁊ deſcēdit. ex cui⁹
humectatione infundit terra. ⁊ aeris cali-
ditas temperat. et herbe in ſua viriditate
ꝯſeruant. Et ſimilit beata v̄go generauit
rorem celeſtē. i. dei filiū. qui g̃ra ſua totaȝ
terram. i. mūdū infudit. ⁊ caliditatē cōcu-
piſcentie tempauit. ⁊ m̄rem ſuā in viridi-
tate virginitatis cōſeruauit. Unde de illo
canit eccl'ia. Deſcēdit in vterum virginis
ſicut ros ſup gramē. Item ſicut māna de
ſcendebat in aurora Exo. xvj. naȝ quādo
deſcēdebat ros: deſcēdebat parit ⁊ māna.
Nume. xj. Ita tota dulcedo p̄adiſi in eius
vterum deſcēdit. ⁊ poſtea in natiuitate per
vniuerſum orbem ſparſa fuit. Unde in die
natiuitatis dn̄i canit eccleſia. Hodie p to-
tum mundū melliflui facti ſunt celi. Item
ſicut ros deſcēdens in aurora cōchas ma-
rinas fecūdat. ⁊ in eis gignit margaritas
ita ſpūſſanctus in ea ſupueniens: eā fecū-
dauit. ⁊ p̄cioſam celi margaritā in ip̄a ge
P
nerari fecit. Poſſumus quoq̄ dicere ꝙ
Sicut ros ē decoratiuus ſic Maria
ros iſtius aurore eſt decoratiuus. dulcora
tiuus. et refrigeratiu⁹ ac fructificatiuus.
Ipſa enī beatiſſima v̄go quaſi aurora di-
uine gratie rorem nobis abūdāter infun-
dit. de quo exponi pōt illud qđ đr Geneſ.
xxvij. In rore celi deſup erit bn̄dictio tua.
Et iſte ros eſt decoratiuus. quia vt đr in
dicto li. de ꝓprie. rerum. In aurora cōche
marine ſe aperiūt. ⁊ rorē ſuſcipiētes mar-
garitas cōcipiunt. que poſtea in ornamēꝫ
ad decorem ponunt. ⁊ ſil'r aīe deuote duȝ
iſti aurore. i. virgini bn̄dicte per affectum
deuotionis ſe aperiūt. rorem g̃re ſuperne
ſuſcipiūt. p quem margaritas cādidas. i.
affectiones puriſſimas cōcipiūt. que ſunt
anime ornamēta. Et ideo iſti aurore dicit
Eſa. xxvj. Ros lucis ros tu⁹. quia lucidas
⁊ mūdas generat affectiones. Itē iſte ros
eſt dulcoratiuus. quia ſicut manna dulcis
ad moduȝ mellis deſcēdebat in aurora. vt
ſ. diximus. ita iſta aurora infundit iterne
dulcedinis g̃raȝ his qui tribulato ſūt cor-
de. Et ideo q̄n p̄cordia noſtra ſentiūt dul-
cedinem ab ipſa v̄gine imiſſam. poteſt de
illis dici illud Exodi. xvj. Suauis ros ia-
cuit per circūitū caſtroꝝ. Item iſte ros eſt
refrigeratiuus: quia in nobis refrigerat
eſtuȝ ⁊ ardorē libidinis. iuxta illud Eccl'i.
xviij. Nōne ardorem refrigerabit ros: Et
eiuſdem libri. c. xliij. Ros obuians ardori
veniēti humilē efficiet eum. Iſte etiaȝ ros
eſt fructificatiu⁹. quia nos fructificare facꝫ
in bonis opib⁹. Unde ip̄a v̄go dicere pōt
illud Oſee. xiiij. Ego quaſi ros. iſrael ger-
minabit quaſi liliū. Dicit quoq̄ in p̄alle-
gato li. de ꝓprie. re. ꝙ aurora lumē a ſole
īpetrat. Et ſimil'r ipſa v̄go bn̄dicta velut
aurora rutilās nobis impetrat lumen di-
uine cognitiōis ⁊ inſpiratiōis. Un̄ de ipſa
dici poteſt illud. ij. Reguȝ. xxiij. Sicut lux
aurore magne abſq̄ nubib⁹ rutilat. In
Alie roris ꝓp̄etates
p̄dicto quoq̄ li. de ꝓprie. re. đr. ꝙ in ortu
aurore flores p̄mo clauſi aperiunt. ⁊ her-
be. que eſtu p̄cedente marceſcūt: in aurora
erigunt. vires aīales in aurora cōfortant
⁊ animaliū egritudines alleuiant et dimi
nuunt. aurorā imitat naturā veris. ⁊ ī ea
humor ſanguine⁹ dn̄at. ⁊ ideo ſomn⁹ dul-
cior eſt in aurora. Unde đr aurora. q̄ſi au-
rea hora. i. optima. Itē in aurora aues le-
tificant. ⁊ ad cātandū excitāt. vnde dicit
aurora quaſi auiū hora. Que oīa poſſūt
beatiſſime v̄gini appropriari. Ipſa enī eſt
que flores clauſos. i. mētes humiliū aperit
ad bene agenduȝ. vt odorem boni exempli
vndiq̄ circūfundant. Ipſa depſſos ⁊ mar
cidos animos per merorē erigit per ſpūs
ꝯſolationē. Per ip̄am q̄ȝ infirmi recipiūt
anime ⁊ corpis ſanitatē. vires aīe recipi-
unt vigorē ſanguis dulcedīs ⁊ deuotiōis
recipit augmentationē ⁊ omnes eius de-
uoti capiut illam ſuauem dormitioneȝ. de
qua dicit p̄s. cxxvj. Cum dederit dilectis

ſuis ſomnũ: ecce hereditas dñi filij merceſ
fructus ventris. Ipſa etiã illa aurora que
aues. i. deuotas mẽtes in altũ per cõtem⸗
platione volãtes excitat ad dei laudẽ. di⸗
cens illud ps. xcix. Jubilate deo oĩs terra
ſeruite dño in leticia. Item ſicut aurora eſt
latronũ expulſiua. nã latrones q̃ de nocte
in tenebris exeũt: apparẽte aurora fugiũt.
et ſe abſcõdũt. iux̄ illd Job. xxiiij. Si ſbito
appuerit aurora arbitrãt vmbrã mortꝫ. ſic
demones tanq̃ inſani ⁊ exterriti fugiunt
cũ hanc aurorã. i. ṽginẽ gl'oſam in corde
alicuius ꝑ deuotionẽ fulgere cognoſcunt.
Non ſolũ aũt iſta aurora refulgẽs demo⸗
nes in fugã cõuertit: ſed etiã in ꝓfundum
inferni demergit. Unde in huius figuram
dicit Exo. xiij. ꝙ adueniẽte aurora ſiue vi
gilia matutina ſubmerſus eſt in ꝓfunduꝫ
totus exercitus Pharaonis. Dicit quoq̃
aurora ipã ṽgo gl'oſa. q: ſicut aurora ex⸗
pellit tenebras noctis ⁊ adducit lucẽ diei.
ſic ipã oĩa noctis vicioꝝ tenebroſa opera ⁊
cũctas tenebras pctõꝝ a nobis expellit. et
lucẽ diuīe grẽ nobis adducit. Unde dicere
tũc poſſum ꝯ illd ad Rom. xiij. Nox pceſſit
dies aũt appropinq̃uit. abijciam⁹ ḡ opera
tenebrarũ. et induamur arma lucis. ſic vt
in die honeſte ambulem⁹. Sicut etiam in
aurora volucres cant⁹ reſumũt. vt. s. dixi⸗
mus. ſic in ortu iſtius aurore angeli letifi⸗
cati fuerũt. intantũ ꝙ ipſi angeli qui pus
nolebãt nos illumiare: purgare ⁊ ꝑficere.
poſtea adueniẽte iſta aurora ceperũt nos
diſponere ad ſuſcipiendũ illuminationem
gratie. purgationẽ culpe. ⁊ ꝑfectiõez gl'ie.
Et iſta tria ſignt Gen. xxxij. Nã cũ ãgel⁹
dixiſſet Jacob. Dimitte me: qm̃ aurora eſt
Ipe Jacob eũ dimittere noluit donec tria
bñficia ab eo ꝯſecutus eſt. s. purgationem
ſue affectiue. ⁊ hoc notat cuꝫ dr. ꝙ emar⸗
cuit neruus femoris eius. Item illumina
tionẽ intellectiue. quod notat in h' ꝙ ipo⸗
ſuit ſibi nomẽ iſrl. i. vir videns deũ. Item
ꝑfectionẽ gl'ie. ⁊ hoc notat ꝑ hoc ꝙ bñdi⸗
ctionem ab eo obtinuit. illã. s. de qua dicit
ad Eph. j. Benedixit nos omi benedictõe
in celeſtibus. De aurora etiã ſic dicit in
p̃dicto li. de ꝓprie. re. Orit lucifer i aurora
⁊ oriẽtis ſolis pñtia nunciat eſſe ꝓxima et
vicina. pcedit enĩ aurora ſolis ortũ. ⁊ eius
viſione oẽs letant. Et ſimilr lucifer gratie
diuine ortus eſt in hac aurora. i. in ṽgine
maria. Et ipã gẽmis ṽtutum oĩuꝫ ador⸗

Jacob i aurora tria bñficia cõſecut⁹ ẽ

nata xp̃m ſolẽ iuſticie nõ ſolũ pmõſtrauit
qñimmo in ſuũ vterũ traxit. ⁊ nob pepit.
ex quo letata eſt oĩs creatura. Un̄ Bern.
illi inquit. Recte o maria aurore officium
impleuiſti. Ipſe enĩ ſol iuſticie de te pceſſu⸗
rus ortum ſuũ quadã matutinali irradia
tione pueniẽs in te lucis ſue radios copio
ſe transfudit. hec ille. Merito etiã aurora
cõſurgens dr beata ṽgo. q: ſicut fere ⁊ be
ſtie ad latibula cõfugiũt aurora ꝯſurgẽte:
⁊ hoĩes audaciores ſunt in aurora q̃ noctꝫ
tempe. ſic exorta ⁊ nata hac aurora ṽgina
li: beſtie infernales expulſe ſũt ad latibula
ſua: ⁊ hoĩes audaciã receperũt qui pus
multũ eoꝝ potentiã ꝑtimeſcebãt. Un̄ ad⸗
uentũ nãq̃ huius ṽginis totum p̃cedens
tp̃s fuit nox ⁊ obſcuritas in q̃ habitabat
genus humanũ pctõ pmorum parentum
obtenebratũ. ⁊ fere infernales. i. demones
audẽtius cõtra ipm ſeuiebãt ⁊ ei dñabãt.
Et hoĩes timidi erant in cõſpectu dei ⁊ an
gelorum ꝓpter maculaꝫ peccati. Sed hac
benedicta aurora radiãte fugit diabol⁹ ad
latibulũ ſuũ. ⁊ humanũ genus factũ eſt au
dax ⁊ ſecurum apparere corã deo ⁊ petere
ab eo grãꝫ. Figura aũt huius habet Gen.
xxxij. vbi habet ꝙ cũ Jacob valde timeret
aduentũ Eſau. apparuit ei de⁹ i forma an
geli. cũ quo ipe iacob luctat⁹ eſt tota nocte
Adueniẽte aũt aurora dixit ei dñs. Dimit
te me. iam enĩ aſcedit aurora. Ipſe ṽo ia⸗
cob rñdit: Non dimittã te niſi pus bñdi⸗
xeris mihi. Et benedixit eum in eodẽ loco
et dixit. Si cõtra deũ fortis fuiſti: quanto
magis contra hoĩes p̃ualebis? Et tunc ia⸗
cob ait. Uidi dñm facie ad faciem. ⁊ ſalua
facta eſt aĩa mea. ortuſq̃ eſt ei ſtatim ſol.
hec ibi. Spũalr aũt ꝑ hoc ſignificatur. ꝙ
homo ꝓpter pctm̃ factus valde timid⁹ po⸗
terat dicere cuꝫ ps. liiij. Timor et tremor
venerũt ſuꝑ me et cõtexerunt me tenebre.
Unde laborãs cũ deo in lucta petitionis
⁊ obſecrationis ꝑ totã noctẽ culpe nõ po⸗
tuit eũ vincere vel iclinare ad miſicordiã.
Sed cõſurgente hac fulgẽtiſſima aurora:
ait dñs. Dimitte me: ecce aurora miſicor⸗
die maria aſcẽdit. q. d. Ad illam ammodo
recurre. ab illa poſtula q̃cquid vis. Nõ vo
caberis vltra iacob. i. luctator. ſed iſrael. i.
videns deũ humanatũ. ⁊ qui pus vltorem
timebas cognoſces redẽptorẽ. Hec quoq̃
aurora mirabilr ꝯfortauit hoĩes. Ante
enĩ eius ortum homo infeſtabat mltiplici



tentatiõe. Impediebat a bono ope. ⁊ retra
hebat a finali cõſummatione. Sed in aduẽ
tu iſtius aurore oĩa hec ceſſauerũt. Un̄ pro
pheta ait ps. ciij. Ort⁹ eſt ſol. i. ṽgo Ma⸗
ria nata eſt in mũdo. ⁊ cõgregati ſunt. s. de⸗
mones. ⁊ i cubilib⁹ ſuis collocabunt. i. i in⸗
ferno. Ecce tentationum ceſſatio. Et exibit
hõ ad opus ſuũ. Ecce ad bñ operãduꝫ expe
ditio. ⁊ ad operationẽ ſuã vſq̃ ad veſperã.
Ecce i bono ope pſeuerãtia ⁊ finalis ꝯſum
matio. Notãdum ṽo ſm Iſiõ. in li. eth.
ꝙ idẽ eſt aurora ⁊ diluculũ. vt etiã dr in li.
de ꝓprie. re. Et dr diluculũ. q: eſt diei luci⸗
dum ⁊ luminoſum principiũ. vñ aurora dr
ab aere primo illuminato. diluculũ ṽo a lu
ce. Quãq̃ tñ ꝑ diluculũ intelligit Xp̃s. et ꝑ
aurorã ipſa ṽgo bñdicta. Et ita põt exponi
illud Job. xxxviij. Nũquid poſt ortũ tuum
p̃cepiſti diluculo. ⁊ oſtendiſti aurore locum
ſuũ? Inq̃t aũt magr Jacobus de voragine
in li. bte ṽginis in ṽbo aurora. allegando
Dionyſiuꝫ. ꝙ lux de ſe eſt inuiſibilis oculis
corpalib⁹ niſi incorporet. vñ adueniente ad
noſtrũ emiſperiũ luce ſolari: incorporatur
groſſiori aeri. ⁊ ſic diluculũ ⁊ aurora effici⸗
tur. De⁹ igit qui eſt lux. vt dr. j. Joh. j. ⁊ qui
lucẽ hitat iacceſſibilẽ. j. ad Thi. vj. de ſe erat
inuiſibilis. ſed adueniẽs ad noſtrã habitati
onẽ groſſiori materie. i. humane nature ſe
vniuit. ⁊ ſic diluculũ fecit. qñ. s. verbũ caro
factum eſt ⁊ habitauit in nobis Joh. j. Ipã
etiã lux in vtero ṽginis ſe poſuit. ⁊ ſic auro
ram fecit. Deus igitur diluculo p̃cepit. qñ
filiũ ſuũ qui eſt vera lux incarnari cõſtitu⸗
it. aurore ṽo locũ oſtẽdit. qñ in beata virgi
ne Maria habitationem elegit. iuxta illud
ps. cxxxj. Elegit eã in hitationẽ ſibi. Dici⸗
tur aũt aurora. q: ſicut aurora eſt media in
ter noctẽ ⁊ diem. ſic ipſa ṽgo eſt mediatrix
inter deũ ⁊ hominẽ. Un̄ legit in cronicis or
dinis noſtri. ꝙ cũ de⁹ ꝯ munduꝫ eſſet irat⁹
ꝓpter peccata. ⁊ vellet ꝯ eũ vltionẽ ſuã ex⸗
ercere. interponẽs ſe ṽgo beata ei⁹ iniaꝫ re
uocauit. Hec aũt aurora rutilãs dat pctõri
bus radiuꝫ ſue mie. Et ideo ei canit eccl'ia.
Maria mater grẽ mater mie. Matrem
igitur dñi diligere ⁊ querere debẽt etiã pec
catores. ⁊ ad eã recurrere ſicut ad matreꝫ.
Nã ⁊ canũ catuli matrẽ diligũt. ⁊ adhuc ce
ci voce ⁊ odore eam agnoſcunt. ac mãmas
ei⁹ querũt. ⁊ dẽtiũ acumine cõprimẽtes vbe
rius effundere cogunt. Qñ etiaꝫ eſuriunt:
materna vbera querula voce petũt. Sũt au

Auro⸗ra ⁊ di⸗luculuꝫ idẽ ſunt

Q Mariã diligere ⁊ querere debẽt pctõres

tem velut canũ. i. demonũ catuli oẽs pctõ⸗
res. qui filij ſunt diaboli. nõ natura ſed imi
tatione ⁊ malicia. Unde illis dicit domin⁹
Joh. viij. Uos ex patre diabolo eſtis. Vi tñ
matrẽ miſericordie reuereri ⁊ diligere de⸗
bẽt. quia ipſa nõ deſinit etiã pctõres adiu⸗
uare. Et licꝫ ipſi ſint malicia intus ceci. ita
vt eiuſdem ṽginis bonitatẽ ⁊ gloriam nõ
videãt cõtemplãdo. voce tñ ⁊ odore eã co⸗
gnoſcere debẽt. ⁊ audire vocẽ ipſius vocan
tis ⁊ dicẽtis illud Eccli. xxiiij. Tranſite ad
me oẽs qui cõcupiſcitis me. ⁊ a generatio⸗
nibus meis adimplemini. Itẽ debẽt cogno
ſcere eius odorẽ in exẽplis vite ipſius. ⁊ eã
imitari ſtudere. ⁊ querere mãmas deuotio
nis eius. ⁊ acutis dentibus. i. inſtantibus ⁊
feruentib⁹ orationib⁹ premere vbera miſeri
cordie eius vt abũdanter eis ꝓpinet lac ſue
dulcedinis ⁊ pietatis. Ad cuius deguſtati
onẽ debẽt cõtinue anhelare. ⁊ querula voce
⁊ affectu eam efflagitare. vt verificetur de
eis illud Eſa. lxvj. Repleamini ab vberib⁹
cõſolationis eius. Et vnuſquiſq̃ pctõr di⸗
cere dꝫ illud ps. xxj. Spes mea ab vberib⁹
matris mee.

Qr beata ṽgo dr luna. Aſſilatio. v.

b Beatiſſima virgo merito appellatur
luna. quia hꝫ oẽs bonas ꝓprieta⸗
tes lune. De quib⁹ Baſilius in lib.
examerõ mentionẽ facit di. Luna eſt de⸗
cor noctis. mater roris. miniſtra humoris.
dñatrix maris. mẽſura tẽporis. emulatrix
ſolis. ⁊ immutatrix aeris. Que ſeptẽ ꝓpe
tates optime cõueniũt matri dei. Primo igi
tur dico ꝙ luna eſt decor noctis. nõ ſolũ q:
ipſam noctẽ illuminat. ſed etiã q: in nocte
decor ipſius lune apparet. p̃cipue quando
eſt plena. Et ſimiliter beata ṽgo in nocte. i.
in obſcuritate pñtis vite exiſtens fuit plena
luce diuine gratie. Un̄ ei angel⁹ dixit. Aue
grã plena Luc. i. Itẽ luce diuine preſentie.
Unde ibidem ſubiũxit angelus. dñs tecuꝫ.
Item luce virginalis mũditie. iuxta illud
Sap. vij. Cãdor eſt lucis eterne ⁊c. Sꝫ no
tandum ꝙ ipſa ṽgo dr luna pulchra Cañ.
vj. pulchra vt luna. Itẽ luna plena. Un̄ de
illa dici põt illud Eccli. l. Quaſi luna plena
in diebus ſuis lucet. Itẽ luna ꝑfecta. Un̄ ꝑ
tus delitioſos diuinalis cōſolatiōis.tertio
ad debellādū incurſus anguſtioſos demo‐
nialis tētationis.Primo igiꝶ nobis valet
ad trāſfretādū hoc mare qd̄ cōtinue ventis
cōtrarijs flātib⁹ nauigamus.ſ.mare iſtius
mūdi.de quo inquit p̄s.ciij.Hoc mare ma
gnū ꝛ ſpacioſum manibus ꝛc̄.Jn quo q̄deʒ
mari in maximis piculis ſubmerſiōis ſta‐
mus.Unde nobis dici pōt illud Eccī.xliij.
Qui nauigāt mare narrēt pericula maris.
Jn quib⁹ omnib⁹ piculis ipſa bn̄dicta ꝟgo
nos adiuuat.Et ideo Ber.inqt.Si incur‐
ris ſcopulos tribulationū.ſi inſurgūt venti
tentationū.Mariā cogita:mariā inuoca.
Jpſa em̄ eſt nauis de qua ſpūaliter exponi
pōt illud Acꝶ.xxvij.Niſi in naui manſerint
vos ſalui fieri nō poteſtis.Scd̄o nobis de‐
tulit theſaurū maximū.ſ.xp̄m in quo ſunt
oēs theſauri ſapiētie ꝛ ſciētie dei abſcōditi
Col'.ij.Tertio nobis valet ad debellādū pi
ratas iſti⁹ maris.ſ.demōes.De ip̄a em̄ d̄r
Cañ.vj.q̄ eſt terribilis vt caſtroꝝ acies or‐
dīnata.Et iō d̄r Sap̄.xiiij.Exiguo ligno
credūt hoies aīas ſuas.ꝛ trāſeūtes mare p
ratē liberati ſunt.Būi aūt d̄r exiguo ppter
humilitatē.Un̄ etiā ip̄a ait:vt recitat eccle
ſia.Cū eſſeʒ paruula placui altiſſimo.Hec
eſt illa nauis de qua d̄r Lu.v.Aſcēdit xp̄s
in nauiʒ q̄ erat Symonis.q̄ interp̄taꝶ obe
B diēs. Scd̄o principaliter oſtēdiꝶ.q̄ iſta
nauis eſt officioſa.cuʒ d̄r.erat in medio.eſt
em̄ mediatrix dei ꝛ hoīum.Stat aūt ī me
Maria ſtat in medio dio triplici de cā.Primo ad excuſanda no‐
ſtra facinora.De quo Ber.ait.Dn̄a noſtra
mediatrix noſtra.aduocata noſtra.tuo filio
nos recōcilia.tuo filio nos recōmenda.ex‐
cuſet apud deū integritas tua culpā noſtre
corruptionis.ꝛ hūilitas tua deo grata no‐
ſtre veniā impetret vanitati.h̄ ille.De ipſa
q̄ʒ exponi pōt illud Eſa.xix.Jn die illa erit
altare in medio terre egypti.ꝛ clamabunt
ad dn̄m a facie tribulātis.ꝛ mittet eis ſal‐
uatorē.Scd̄o ſtat in medio ad impetranda
xp̄i chariſmata.De quo Ber.inquit.per te
acceſſuʒ habemus ad filium o bn̄dicta inuē
trix gr̄e.genitrix vite.mr̄ ſalutis.vt p te ſu
ſcipiat nos qui p te dat⁹ eſt nobis.Et idem
Ber.etiā dicit.Opus em̄ eſt mediatore ad
mediatorē dn̄m.nec alter nobis vtilior eſt
q̄ Maria.fidelis em̄ eſt q̄ ſanctis antido‐
tū ꝛ viris ꝛ mulierib⁹ ppinauit.Et Ezech.
xxxvij.ait dn̄s.Dabo ſanctificationē meaʒ
in medio eoꝝ in ppetuū.i.Mariā ſcificatio
nē nob impetrātē.Ut em̄ inqt Bern̄.Nihil
nos habere voluit qd̄ nō trāſiret p manus
Marie.Et de h̄ etiā exponi pōt illud Eze‐
chie.xxviij.Poſui te ī mōte ſancto dei ī me
dio lapidū ignitoꝝ.i.oīum ſctōꝝ.tāq̄.ſ.do
minā ꝛ reginā.ꝛ q̄ſi glie datricē ꝛ baiulatri
cē.Et h̄ eſt qd̄ petebat Ber.di.Mediatrix
nr̄a fac p gr̄am quā inueniſti.p prerogatiuaʒ
quā meruiſti.p miſericordiā quā pepiſti.vt
qui te mediāte fieri dignat⁹ eſt p̄ticeps īfir
mitatis ꝛ miſerie noſtre.te quoqʒ interce‐
dente participeps nos faciat glorie ꝛ bea‐
titudinis ſue. Tertio principaliter de‐
C monſtratur in verbis predicꝭ eius gra‐
tioſitas dum dicitur.maris.Eſt enim in
mari non vt volatā fluctibus.ſed tanq̄
directiua ꝛ liberatiua a tempeſtatib⁹.Et iō
d̄r Maria q̄ſi maris ſtella.Un̄ eaʒ ſalutat
eccleſia di.Aue maris ſtella.Poſſum⁹ em̄
dicere deo illud Sap̄.xiiij.Dediſti in mari
viā ꝛ inter fluctus ſemitam firmiſſimā.De
ipſa q̄ʒ Ber.inqt.Tolle corpus h̄ ſolare qd̄ ✝



illuminat mūdū:vbi dies?Tolle Mariam
maris ſtellā.maris vtiq̄ʒ magni ꝛ ſpacioſi.
q̄d erit niſi caligo inuoluēs ꝛ vmbra mortꝭ.
Pro p̄cluſiōe aūt hui⁹ p̄tis dico.q̄ tot ſunt
tātiq̄ʒ huius mūdi inſufflāt pericloſi vēti.
q̄ niſi hec nauis tutiſſima habereꝶ:vix vn⁹
de mille ſaluareꝶ.Hāc igiꝶ nauē oēs debēt
aſcēdere qui ad portū eterne ſalutis volunt
p̄ſperis vel feliciter puenire.Un̄ Ber.ait.
O hō ſi ad cōſpectuʒ dei patris accedere ti
mes:ne liqueſcas quaſi cera a facie ignis.
vade ad mediatricē matrē mīe.ꝛ oſtende ei
vulnus ꝛ vlcera.ꝛ ipſa p te oſtēdet filio lac
ꝛ vbera.ꝛ fili⁹ oſtēdet patri lat⁹ ꝛ vulnera.
Pater nō negabit filio.nec fili⁹ matri.nec
mater tibi.hec ille.Jpſa aūt btiſſima virgo
eſt illa nauis de q̄ exponi pōt illud Matt.
viij.vbi d̄r.q̄ aſcēdente Jeſu in nauiculā ſe
cuti ſunt eū diſcipuli ei⁹.Si ergo aſcenderi
mus ip̄am nauē:poterim⁹ nauigare mare
ꝛ flumina.ij.Eſdre.iiij.Hec eteni nauis eſt
principalis iter eas.de quibus d̄r p̄s.ciij.
Jllic naues p̄trāſibūt.Et Job.ix.Quaſi na
ues poma portātes.Licʒ aūt pprie nauis
ſit marina.ꝛ ratis fluuialis.vt no.ff.de fer.
l.ſolet.Tn̄ p nauem ſepe intelligimus ſiue
marina ſiue fluuialis ſit.ff.de exerci.l.j.§.
nauē.ꝛ de incē.rui.ꝛ nau.l.j.ꝛ.iij.ꝛ.l.ratis.
Et talis eſt bn̄dicta ꝟgo.qua mediāte eua
dimus ſecuri ꝛ liberi ab omnib⁹ piculis ma
ris ꝛ fluminū.

Q mater dei dicitur nubes.
Aſſimilatio.v.

D Nubiū gn̄atio. N Ubes tripliciter pōt conſiderari.ſ.
quantū ad ei⁹ gn̄ationē.qualitateʒ
ꝛ ꝟtutē.Fit aūt gn̄atio nubis.vt di
citur in li.de ppri.re.aliqñ ex vaporib⁹ ma
ris.aliqñ ex vaporibus terrenis ꝛ aliquādo
ex vaporibus corruptis.Et ſm̄ hec nubes
dicitur beata virgo.ꝛ etiā homines terreni
ꝛ corrupti.Jpſa autē beata virgo diciꝶ nu‐
bes inquantū ex maris vaporibus genera
tur.Talis em̄ nubes generatur qn̄ virtute
caloris ſolaris marini vapores attrahun‐
tur.ꝛ in nubē condenſantur.ꝛ eadē ꝟtute
omnis amaritudo illoꝝ vapoꝝ in dulcedi‐
nē cōmutatur.Et ſimiliter in beata virgine
tanq̄ in diuina nubecula omnis amaritu‐
do maris.i.humani generis.ſ.peccati origi
nalis in dulcedinē cōuerſa eſt iuſticie origi
nalis ꝟtute radij ſolaris.i.filialis p̄ſerua‐
tionis.Un̄.iij.Reg.xviij.d̄.Ecce nubecula
parua aſcendebat de mari.ꝛ tamē ipſa erat
dulcis ꝛ melliflua.Poſſumus etiam dicere
q̄ in iſta virginea nube fuerūt multi ama‐
ri vapores.id eſt multe amare tribulatiōes
vnde ꝛ maria amarū mare interp̄taꝶ.Que
tn̄ tribulationes virtute ſolis.id eſt diuini
amoris in dulcedinē ſibi cōuertebanꝶ.Un⁹
vapor marinus fuit tribulatio quā ab He‐
rode paſſa fuit.que ipſam vſq̄ʒ in egyptum
fugaret.Sed tn̄ iſtud exiliū letāter ꝛ patiē
ter ſuſtinuit.Alius vapor marinus fuit tri
bulatio quam habuit in paſſione filij.ꝛ iſte
dolor tēperabatur ex eo q̄ p filij mortem
expectabat humani generis ſalutem dolor
etiā partus ꝛ dolor mortis ſunt quidaʒ va
pores marini.qui tn̄ in ipſa totaliter in dul
cedinē ſunt cōuerſi.quia ſine dolore pepit.
ꝛ ſine dolore de hoc mūdo trāſiuit. Secū
E do nubes ſignificat homines terrenos.qn̄
ſ.ex vaporib⁹ terrenis generaꝶ.Vapores
em̄ terreſtres ſunt affectiones hoīum mun
danoꝝ ꝛ terrenis implicatoꝝ.qui p ſe ad ce
leſtia aſcēdere nō p̄nt.Sed beata ꝟgo virtu
te ſui caloris.i.amoris.ab amore terrenoꝝ
corda eoꝝ eleuat.ꝛ inter viſcera ſue pieta‐
tis quodāmodo ea in nubes cōdenſat.ꝛ ad
amorē celeſtiū ſurſuʒ leuat.Tertio genera
tur nubes ex humorib⁹ corruptis.ꝛ tūc ae‐
ris corruptio ꝛ peſtilētia ſubſequitur.Jſte
aūt nubes ex corruptis humorib⁹ generate
ſunt immūdi p̄ctōres.de quibus d̄r Johe.
j.Cōputruerūt iumēta in ſtercore ſuo.Et
ideo alios ĩficiūt.iuxta illud.j.ad Cor.xv.
Corrūpunt bonos mores colloquia mala.
Et.j.Coꝝ.v.Modicū fermētum totā maſ
ſam corrūpit. Scd̄o nubes conſideratur
F Nubiūʒ q̄litas quātū ad qualitatē.Eſt em̄ cōcaua.Jtē eſt
a terra eleuata.ꝛ motu continuo agitata.
Primo quidē eſt cōcaua.ꝛ ad modū ſpōgie
cauernoſa.vt d̄r in lib.de pprie.re.Et ideo
impreſſiones celeſtiū de facili eſt receptiua.
Et ſil'r btā virgo fuit cōcaua p humilitatē.
Et ideo valde idonea fuit ad recipiēdū cele
ſtiū gratiarū infuſionē.quā recepit non in
parte ſicut alij ſancti.ſed totā ei⁹ plenitudi‐
nē.vt ait Hierōn.in ſermone ad Euſto.Et
quia pre ceteris ſanctis habuit gr̄am:etiaʒ
pre ceteris recepit gloriā.iuxta illud Exo.
xvj.Gloria dn̄i apparuit in nube.Jp̄a etiā
vocatur luna.de qua dicitur Eccleſiaſtici
xliij.Uas caſtroꝝ ī firmamēto celi reſplen
dēs glioſe.Luna em̄ d̄r vas caſtroꝝ.q: nō
ſolū a ſole:ſz etiā a ſtellis ꝛ planetis d̄r reci
pe aliquā immutationē.Et ſil'r.b.ꝟgo a ſole

id eſt a deo recipit oīum grãꝝ infuſionē. ⁊
a ſtellis.i.ab angelis ⁊ ſctis recipit cõtinue
glīam ⁊ honoꝛē. Scđo nubes eſt a terra
eleuata.⁊ lꝫ de terra generet̄:tñ in terra nõ
moꝛat̄.Et quãto nubes fuerit magis ele-
uata:tãto videt̄ eſſe minoꝛ.Quãto autē eſt
terre viciniꝛ tãto videt̄ eſſe maioꝛ. Et ſilr
btã virgo:licꝫ fuerit in mũdo nata.tñ con-
uerſabat̄ in celo.⁊ erat a terreno amoꝛe ele
uata.⁊ quãto plus ad celũ eleuabatur tan
to magis de ſe hũilia ſentiebat. vñ ē eleua-
ta vſqꝫ ad r aternitatē dei.⁊ vſqꝫ ad regnũ
celi ⁊ dominatũ mũdi.tñ ſe viliſſimã reputa
bat di.Reſpexit hũilitatē ancille ſue. Ho-
mines aũt mũdani quãto plus vicinantur
terre:tãto magis elõgant̄ a celo. ⁊ de ſe tã
to maioꝛa ſentiũt.⁊ amplꝰ per ſupbiã intu
meſcũt. Tertio nubes eſt motu cõtinuo
agitata.que agitatio ſiue motio pꝛocedit a
ſue nature leuitate.⁊ ab aeris ſubtilitate.ac
a ventoꝝ impulſione. Nos aũt nõ ſumꝰ agi
les:ſed pigri ⁊ deſidež ad bñ operãdũ.⁊ ha
bemus impedimētũ a coꝛpe qđ hꝫ coꝛrupti
onē.⁊ ab aīa q̄ hꝫ terrenã affectionē.De q̄-
bus dꝛ Sap.ix.Coꝛpꝰ qđ coꝛrũpit̄ aggra-
uat aīam ⁊ depꝛimit terrena inhabitatio
ſenſum multa cogitantē.Habemꝰ etiã im-
pedimētũ a ſpũ noſtro.qui qñ nõ hꝫ deũ eſt
ſibi pondus grauiſſimũ.vñ Aug.in li.con-
feſſionũ inquit deo.Qm̄ tui plenus nõ ſuꝫ
oneri mihi ſum.Beata aũt v̄go Maria ad
bene operãdum fuit velociſſima. ⁊ habuit
coꝛpus leue.ex eo ꝙ fuit incoꝛruptiſſima.
Et habuit animã ſubtilē. quia fuit tota pu
riſſima.⁊ ab omni peccato penitus aliena.
Habuit etiã ſpūm deo plenũ.qui eã moue-
bat ad omne bonũ.quia fuit ſpũſancto ple-
niſſima.⁊ ideo vocat̄ nubes leuis Eſa.xxx.
vbi dꝛ.Aſcēdet dñs ſuper nubē leuē.i.bea-
tam v̄ginē.⁊ ingrediet̄ egyptũ.i. mũdum.
Beata eñ v̄go leuis fuit.quia nullã pecca
ti grauedinē habuit.Leuis fuit.quia virgi
nitatis integritatē ſeruauit.Leuis fuit.qꝛ
nulli niſi deo placere ſtuduit.Leuis fuit.qꝛ
ſine coꝛruptiōe de ſpũſancto ꝯcepit. Ter
V tio nubes cõſideratur quantũ ad effectum
Nubiũ ſiue operationē ⁊ v̄tutē. Nubes eñ terraꝫ
effectꝰ. fecũdat. eſtum mitigat.⁊ arcũ celeſtē gene
rat.vt dꝛ in li.de ꝓpꝛie.re. Et ſimiliter btã
virgo ymbꝛe ſuaꝝ gratiaꝝ totã eccleſiã irri
gat ⁊ fecũdat.Eſt eñ fons paradiſi qui vni
uerſam terrã irrigat.⁊ in quattuoꝛ capita
diuiditur.quia quibuſdã dat v̄tutē pꝛuden
tie.vt ſibi ꝓuideãt a ꝑiculis futuris. Qui-
buſdã virtutē iuſticie.vt deo ſatiſfaciãt de
offenſis p̄teritis.Quibuſdã virtutē foꝛtitu
dinis.vt ſint cõſtantes in aduerſis. Qui-
buſdã v̄o virtutē tꝑantie.vt ſint abſtinen-
tes in pſperis. Scđo nubes eſtũ mitigat.
nam interponēdo ſe inter nos ⁊ ſolem: vm
bꝛã generat ⁊ refrigeriũ pꝛeſtat. Et ſimilit̄
beata virgo inter ſolē ⁊ nos ſe interponit.
dum dei iuſticiam ad miſericoꝛdiã flectit.⁊
ſic nobis refrigeriũ magnũ facit. Sũt etiã
multi qui patiũtur eſtus tribulationum et
carnaliũ cõcupiſcētiarũ.Sed ipſa hos eſt-
roꝛe ſue gratie refrigerat.dum eis patiētiã
tribuit.⁊ cõcupiſcētiã carnalē extinguit.iu-
xta illud Eccli.xviij. Nõne ardoꝛē refrige-
rabit ros:Ipſa ergo v̄go eſt illa nubes om
niũ maloꝝ noſtroꝝ mitigatiua.de qua ps.
ciiij.ait.Expandit nubē in pꝛotectionem il
loꝝ. Tertio nubes arcũ celeſtē in ſe parit.
Qui quidē arcus hꝫ coloꝛē igneũ.viridēꝫ ⁊
celeſtē.Quia igitur beata v̄go erat cõcaua
.i.humilis.⁊ roꝛida.i.gratia plena.ideo in
ſe genuit arcum celeſtē.i.chꝛiſtũ.q̄ eſt ſignũ
federis inter nos ⁊ deũ.per quē deꝰ ꝓmiſit
dare gratiã ⁊ gloꝛiã.Qui quidē habet colo
rem igneũ quo ad diuinitatem.iuxta illud
Heb.xij.Deus noſter ignis cõſumēs eſt.
Itē coloꝛē viridem quo ad carnē.que roꝛe
puritatis ſemꝑ refloꝛuit.⁊ etiã moꝛtua fe
tere nõ potuit.ſed ſemꝑ viroꝛe enituit. Vñ
ipſe dñs inquit ꝑ ps.xxvij. Refloꝛuit caro
mea ⁊c. Habuit etiã coloꝛē celeſtē quo ad
animã.que ſemꝑ in celeſtibꝰ habitabat. iu-
xta illud Joh.iij. Nemo aſcēdit in celũ niſi
qui ⁊ deſcēdit filius hominis qui eſt i celo.
Merito igitur bñdicta virgo dꝛ nubes.ma
xime quia ſicut nubes eſt ſolaris radij in-
coꝛpoꝛatiua.⁊ tñ radius q̄ in ipã nube in-
coꝛpoꝛat̄ ipãm penetrãs ⁊ exiēs nõ ſcindit
nec ipa nubes diuidit̄.Sic ipſa dña noſtra
filiũ in ſe recepit ⁊ carne veſtiuit.⁊ ſine ſui
coꝛruptione peperit.Vñ de ipſa loquēs ce-
leſtis pater inquit Ezech.xxxij.Solem nu
be tegam.Itē ſicut nubes laboꝛãtiũ ē recre
atiua.ſic ⁊ ipſa eſt oīs laboꝛis noſtri cõſola
tiua.Unde Eccli.xxxv.dꝛ.Specioſa miſe-
ricoꝛdia dñi in tꝑe tribulationis.quaſi nu
bes pluuie in tꝑe ſiccitatis. Itē ipſa eſt ſi-
cut nubes reſoluta in pluuiã. que eſt ſemi-
num fecundatiua.germinatiua. nutritiua.
impinguatiua.augmētatiua.⁊ multiplica-
tiua.iuxta illud Job.xxxvij. Frumentũ de-



ſiderat nubes.Vñ de ea dici põt illud Eſa.
xviij. Nubes roꝛis in die meſſis. Nam ipã
infundendo diuine gratie roꝛem facit nos
multiplicare bonoꝝ operũ meſſem.Ipſa q̄ꝫ
figurata fuit per illã lucem.de qua dicitur
Mat.xvij. Nubes lucida obũbꝛauit eos.
Ex qua figura fuit btē v̄ginis claritas in-
nocētie demõſtrata. Naturaliter eñ nubes
nõ eſt lucida.immo ꝓpter ſuã denſitatēꝫ ⁊
obſcuritatē pꝛiuat nos radijs ſolis. Ipã
ꝙ ſit lucida habꝫ ſupꝛa naturã. Quis ergo
omnis alia pura creatura humana ab Adã
deſcēdens fuerit nubes obſcura per pecca-
tum oꝛiginale obfuſcata.tñ hec diuina nu
becula.parua.ſ.ꝑ humilitatē.in q̄ rex eter-
nus trãſfiguratus eſt.⁊ de terribili iudice
in patrē piiſſimũ mutatꝰ eſt.tota fuit luci-
da ꝑ ſupnaturalē v̄tutē ab oī tenebꝛa p̄ſer
uata.Et figurata fuit per nubē illã.que vt
habetur Exo.xiij.ducebat filios Iſrael ꝑ
deſertũ.Vñ perduxit eos ad petrã oꝛeb vbi
data eſt aqua populo.que nubes i die ꝓte-
gebat a ſole.nocte v̄o illuminabat oſtēdēs
illis viã per quã ambularēt.Ipſa eñ virgo
gratioſa nos ꝓtegit ab incēdijs tentatio-
nũ.⁊ illuminat in nocte tenebꝛoſa ignoꝛan
tie.⁊ oſtēdit nobis viã celeſtis patrie.⁊ nos
ducit ad fluenta diuine gratie. Hec eſt illa
nubes de qua exponi poſſet illud.j. Coꝛ.x.
Patres noſtri oēs ſub nube fuerũt.trãſſũ-
ptiue in.c.nequaq̄.de cõſē.di.iiij. Sed q̄d
mirũ ſi mr̄ dei nubes appellat̄.cũ etiã p̄di-
catoꝛes oēs ſancti tali noīe nũcupētur. vt
pꝫ in.c.reuertimini.xvj.q.j.Vñ Eſa.lx.c.de
illis dꝛ. Qui ſunt iſti qui vt nubes volant:
Tales aũt nubes placent deo.v.di.in fi.⁊
vj.di.in pꝛin. Et iõ ipſa glīoſa v̄go omniũ
p̄dicatoꝝ magiſtra fuit.⁊ eſt deo ſuꝑ oĩes
gratiſſima. Iſta eſt illa nubes de qua dici
põt illud Nume.x. Eleuata eſt nubes de ta
bernaculo federis. O igitur dñe deus pone
nubē veſtimentũ meũ Job.xxxviij. Fac vt
ſiꝫ de illis.de quibꝰ dꝛ ps.lxxvij. Deduxit
illos in nube diei. Et vt in me verificetur il
lud ps.ciiij.Qui ponis nubē aſcenſuꝫ tuũ.
Et vt thꝛonus meꝰ ſit in colũna nubis Eccī
xxiiij.Ut cum mediãte hac clara nubecula
aſcēdero i celũ.dicat̄ de me illud Eccli.xlv.
Induxit illũ in nube. Fac ergo vt de anima
mea v̄ificet̄ illud Ezech.x. Domus repleta
eſt nube.i.virginis deuotione.

M beata virgo dicitur mons ſynai.
Aſſimilatio.vj.

m Ons ſynai.vt dꝛ in li.de ꝓpꝛi.re. I
eſt in arabia.vt etiam ait apl's ad Nota de
Gal.iiij.Et eſt in ꝓuincia Madi mõte ſy
an.De quo Joſephus in li.ij. antiquitatuꝫ nai.
inquit.Syna mõs eſt excelſus ⁊ ad paſcua
egregiꝰ:optimas herbas ferēs. Eratqꝫ opi
mo ibi habitare deum. Et ideo pꝛimitꝰ ibi
nemo paſcebat oues.qꝛ paſtoꝛes illuc mini
me ambulare p̄ſumebant. Huic monti ap-
pꝛopinquãs Moyſes ꝓdigiũ vidit.ſ.igneũ
rubum nõ cõburentē.⁊ eius viriditatē ⁊ flo
rem nullatenus depaſcentē. ⁊ eius ramos
fructiferos nullo incendio deuaſtantē. q̄-
uis flãma velox ⁊ vehemēs nimis eēt. Vñ
de illo igne dñs ad moyſen locutus eſt. Idē
quoqꝫ Joſephus.iij.li.ait. Aſcendit Moy-
ſes in ſyna.qui mõs eſt excellētiſſimus in
illis regionibus. Et qꝛ ſermo erat deũ circa
euꝫ habitare.⁊ erat terribilis. ideo circa ra
dices huiꝰ mõtis hebꝛei ſua tabernacula lo
cauerũt.⁊ ibi deũ videre in igne.⁊ in nube ⁊
ipm̃ perſonaliter loquentē audire merue-
rũt.Dicitur itaqꝫ mons ſynai mons diuine
habitationis.angelice frequentatiōis.mõs
luminis ⁊ inflãmationis.mons pluuie ⁊ ro
ris.mons paſcue ⁊ refectionis.mons ſapiē
tie ⁊ eruditionis.quia de illo mõte dominꝰ
Moyſen ⁊ ppl'm inſtruebat.⁊ ei legē cõfe-
rebat. Mons miſericoꝛdie ⁊ ꝓmiſſiōis. qꝛ
inde bona inaudita populo pꝛomittebat.
Mons iuſticie ⁊ cõminationis.quia timo
rem inſpicientibus inferebat. Mons ami-
citie ⁊ cõfederationis.quia mediante lege
populũ ibidem ſibi ſempiterno federe deus
vniebat. Mons mũdicie ⁊ puritatis. mõs
leticie ⁊ iocũditatis.quia nulli ad montem
accedere poterãt niſi qui mente ⁊ coꝛpe mũ
di erãt. Ibi etiam illi qui mũdi erãt coꝛam
dño cum leticia comedebant ⁊ bibebãt. Di-
citur etiam mons clemētie ⁊ pietatis ſiue
ꝓpitiationis.⁊ mons ſacrificij ⁊ oꝛõnis.nã
ibi dño immolabãt.ac pꝛecibus Moyſi et
ſupplicationibus deũ ſibi placatũ ⁊ ꝓpitiũ
audiebãt.hec ibi. Que omnia poſſent be Octo ſi
nedicte v̄gini optime applicari.ſed bꝛeuita militu-
tis gratia ſolum referã octo ſimilitudines dieſ mõ
quas ipſa dña noſtra hꝫ cũ iſto mõte ſan- tis ſy-
cto. Pꝛima eſt.qꝛ ſicut mons ille fuit mõs nai ad
miſericoꝛdie ⁊ ꝓmiſſionis.quia in eo appa Mariã
rens dñs moyſi in rubo.⁊ cõpatiens affli-
ctioni ppl'i ſui ꝓmiſit liberare eũ a ſeruitu-
te Pharaonis ⁊ egyptioꝝ ꝑ manuꝫ ipſius
Moyſi.vt hꝛ̄ Exo.iij. Sic.b.v̄go tãq̄ mie

regina fuit ꝓmiſſa ⁊ figurata in illo eodeꝫ
rubo, ſicut eccleſia cātat di. Rubū quem vi
derat moyſes incōbuſtū cōſeruatā agnoui-
mus tuā laudabilē ꝟginitatē: dei genitrix
intercede ꝓ nobis. Itē ꝓmiſſio facta moy-
ſi de liberatiōe ꝑdicta, q̄ figurabat liberati
onē generis humani de ſeruitute diaboli.
⁊ oēs alie ꝓmiſſiōes facte in veteri teſtamē
to ꝓ dicta liberatione in ipa ꝟgine cōplete
ſunt. Nā in eā deſcēdit fili⁹ dei. ⁊ carnē hu-
manā aſſumpſit ꝓ nr̄a liberatiōe. Et iō de
illa dici pōt illud Exoḋ. xix. Deſcēdit domi
nus ſuꝑ montē ſynai. Scḋo, qꝛ fuit mōs
angelice frequētationis. Ibi em̄ frequenter
angelus ex pſona dn̄i apparuit, ⁊ locut⁹ eſt
moyſi. vn̄ dꝛ Act. vij. ꝙ appuit illi ī deſerto
mōtis ſynai angel⁹ in igne flamme rubi ⁊c̄.
Et in eodem. c. dꝛ de Moyſe. Hic eſt q̄ fuit
in eccleſia in ſolitudine cū angelo q̄ loqbat̄
ei in mōte ſyna ⁊ cū patrib⁹ nr̄is. q̄ accepit
ꝟba vite dare nobis. Et ſil'r. b. ꝟgo fuit ab
angelo viſitata ⁊ ſalutata, ⁊ de ꝟbo vite edo
cta. ſicut pꝫ Lu. j. Tertio qꝛ ſyna fuit mōs
luminis ⁊ inflāmatiōis, naꝫ in eo apparuit
dn̄s in flāma rubi Exo. iij. Itē eiuſdē lib. c.
xix. dꝛ, ꝙ tot⁹ mōs ſynai fumigabat. eo ꝙ
aſcēdiſſet dn̄s ſuꝑ eū in igne. ⁊ aſcendebat
fum⁹ ex eo q̄ſi de fornace. Et h̄ factū ē ī btā
ꝟgine, qn̄ ſpūſſanct⁹ q̄ eſt ignis. i. amor di-
uinus in eā ſupuenit, ⁊ ipſaꝫ eſtuāti deſi-
derio fumare fecit. ⁊ mentē ei⁹ totā illumi-
nauit ac inflāmauit Lu. j. vbi ei dixit ange
lus. Spūſſanct⁹ ſupueniet in te ⁊c̄. Quar-
to, qꝛ fuit mōs pluuie ⁊ roris. Et ſic fuit be
ata ꝟgo in filij dei cōceptiōe. Un̄ ꝓpheta
ꝑdixerat ps. lxxj. Deſcēdet ſicut pluuia in
vellus: ⁊ ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper ter
ram. Hāc autem pluuiam ⁊ irrorationē me
ruit beata ꝟgo ſuſcipe, qꝛ humillima erat,
nā a ſupbis ⁊ elatꝭ fugit. Un̄. ij. Reg. j. dici
tur. Mōtes gelboe nec ros nec pluuia veni
at ſuꝑ vos. Quinto, qꝛ ſyna fuit mōs diui
ne habitatiōis. Et ſil'r btā ꝟgo fuit habita
culum dei. Un̄ ps. lxvij. ait de ea ſub noīe
mōtis. Mons dei mons pinguis: mōs in
quo bn̄placitū eſt deo habitare in eo. Etenī
dn̄s habitabit in finē. ſ. ſeculoꝝ. i. in vltima
etate mūdi. Et iterū idē ps. lxvij. ait. Dn̄s
in eis in ſynai in ſancto. Sexto qꝛ fuit mōs
ſapiētie ⁊ eruditiōis. vn̄ Leui. xxvj. dꝛ. Hec
ſunt p̄cepta atqꝫ iudicia ⁊ leges quas de-
dit dn̄s inter ſe ⁊ inter filios Iſrael in mon
te ſynai ꝑ manū Moyſi. Et ſil'r, btā ꝟgo il
lum mūdo edidit q̄ eſt verbū ⁊ ſapiētia pa-
tris, qui eſt dux ⁊ legifer noſter, ꝑ quem re
ges regnāt. ⁊ legum cōditores iuſta diſcer
nūt. Septimo qꝛ eſt mōs iuſticie ⁊ cōmina
tionis. ⁊ ſil'r btiſſima ꝟgo ſicut ſibi deuotꝭ
⁊ reuerētib⁹ eſt ſalutis refugiū, ita cōtēpto
ribus ⁊ blaſphematorib⁹ erit ad mortē ⁊ ꝑdi
tionis iudiciū. vn̄ Exo. xix. dꝛ de monte ſy-
nai. Cauete ne aſcēdatis in montē. nec tā-
gatis fines illius. Oīs em̄ qui tetigerit mō
tem morte morietur. Octauo qꝛ ſyna erat
mons paſcue ⁊ refectionis. vn̄ dꝛ Exo. iij.
ꝙ deus apparuit Moyſi cuꝫ minaſſet gre
gē ad interiora deſerti ad mōtē dei Oreb.
qꝛ. ſ. ibi erāt bona paſcua. Oreb em̄ eſt ps
montis ſynai. vt dꝛ in li. de ꝓpri. re. Et ſil'r
btā ꝟgo in aſſumptione ſua ꝑuenit ad pa-
ſcua eterne felicitatis. ad quē etiā gregem
fideliū ad ſe recurrentiū ſuo exēplo ⁊ adiu
torio iugiter introducit.

Qꝛ beata virgo dicitur thronus.
Aſſimilatio. vij.

Thronus dupliciter accipit̄. ſ. ꝓ ter- **R**
**t** tio ordine ſupreme hierarchie q̄ dꝛ
ordo thronoꝝ. Et ꝓ ſolio regali. Et
omnib⁹ iſtis modis beata ꝟgo thronus dei
pōt appellari. Primo em̄ dici pōt thron⁹ ex
eo ꝙ hꝫ ꝓprietates illoꝝ angeloꝝ q̄ throni *Sex ꝓ-*
nūcupātur. que quidē ſunt ſex ſm̄ Dionyſi- *prietates*
um in li. de angelica hierarchia. Prima eſt *throno-*
maxima celſitudo. q̄ btē ꝟgini cōuenit que *rum.*
ait Eccl'i. xxiiij. Ego in altiſſimis habito: et
thronus meus in colūna nubis. Ipſa enim
habitat in altiſſimis, qꝛ ſuꝑ oēs ſcōs eſt ex
altata ⁊ ſublimata, ⁊ ad dexterā filij collo-
cata. Un̄ dꝛ in figurā. iij. Reg. ij. ꝙ poſit⁹
eſt thronus matris regis ad dexterā eius.

Scḋa ꝓprietas eſt regis circūdatio, que
etiā ipſi cōuenit. de qua dꝛ Hiere. xxxj. No
uum faciet dn̄s ſuꝑ terrā, femina circunda
bit virū. In quib⁹ ꝟbis triplex nouitas de-
notatur. Prima eſt, qꝛ circūdat. i. ſine cor-
ruptione generat. Illud em̄ eſt circūdatum
qḋ eſt ex omni parte clauſum. Scḋa eſt. qꝛ
circūdat virū. vn̄ Ber. ait. Si dixiſſet infā-
tē vel paruulū: nec nouū videret̄ nec mirū.
Sed vir erat Ieſus. necdū etiā nat⁹. ſapiē-
tia nō etate. nō quātitate corꝑis ſꝫ animi vi
gore. Habuit em̄ plenitudinē ſapiētie ⁊ vir
tutis ab inſtanti ſue cōceptiōis. Tertia eſt
quia dꝛ ſuꝑ terrā. Eccleſia quideꝫ generat
quotidie filios in celo ſine corruptione ⁊ cū
gratie plenitudie. Unde obitus ſcōꝝ nata-



le dicitur, quia tunc naſcūtur, ⁊ iſtud nō eſt
nouum. Sed ꝙ iſta talis generatio fiat ſu
per terrā iſtud eſt omnium nouoꝝ nouiſſi-
*Maria* mū. Tertia ꝓprietas thronoꝝ eſt ſtabi-
*ſtabilis* lis collocatio. Et iſta ſil'r beate ꝟgini cōue-
*de.* nit. que ſtabilis fuit filio in vita. in morte ⁊
poſt mortē. Nam in vita fuit ſibi ſtabilis ꝑ
amorē. qꝛ nūꝙ ab eius amore diſceſſit. In
morte fuit ei ſtabilis ꝑ aſſociationē. quia iu
xta crucem eius ſemꝑ ſtetit. Et poſt mortē
fuit ſtabilis ꝑ fidē. qꝛ nūꝙ eā amiſit. Qui-
dam em̄ diſcipuli ab eo diſceſſerūt per fidē
⁊ ſocietatē: ſed non per amorē. vt apoſtoli.
Alij diſceſſerūt a fide: ſed nō ab amore nec
a ſocietate: ſicut ſancte mulieres que iuxta
crucem chriſti ſteterunt. Beata auteꝫ virgo
ſemper immobilis ſtetit ⁊ in fide ⁊ in amo
re ⁊ in ſocietate. Quarta ꝓprietas thro
noꝝ eſt regis ſuſceptio. Et iſta etiam cōue-
nit beate ꝟgini. que excellentiori modo pre
ceteris chriſtum ſuſcepit. Omnes em̄ tam
boni q̄ꝫ mali chriſtū ſuſcipiūt ꝑ eſſentiam ⁊
preſentiā. Boni ꝟo ipſum ſuſcipiūt per in-
habitationē gratie. Uirgo autem btā ipm̄
ſuſcepit per gratie plenitudinē in mente. ⁊
per preſentiā corporalē in ventre. Quin
ta ꝓprietas thronoꝝ eſt regis delatio. Et
iſta ſimiliter conuenit beate ꝟgini que chri
ſtum de celo detulit. Et ideo vocatur fercu
lum a deferendo. iuxta illud Cañ. iij. Fer-
culum fecit ſibi rex Salomon ⁊c̄. Uocatur
etiam nubes Eſa. xix. vbi dicitur. Aſcēdet
dominus ſuper nubem leuem ⁊c̄. Ipa eniꝫ
nobis chriſtum tanꝙ pluuiam ſalutarē cō
pluit. iuxta illud Eſa. xlv. Nubes pluant iu
ſtum ⁊c̄. Uocatur etiam nauis. quia depor
tauit nobis panem angeloꝝ. Unde Pro-
uerb. vltimo dicitur. Facta eſt quaſi nauis
inſtitoris delonge portans panem ſuum.
*M* Sexta proprietas thronoꝝ eſt familia-
*Maria* ris apparitio. Et iſta ſimiliter beate Ma-
*apti⁹ oī-* rie conuenit. Familiarius enim ⁊ apertius
*b⁹ incar-* myſterium incarnationis ſibi chriſtus ma-
*nationē* nifeſtauit q̄ ceteris ſanctis vel āgelis. Naꝫ
*nouit.* Salomon dixit ſe illud ignorare Prouerb.
xxx. dicens. Tria ſunt mihi difficilia. ⁊ q̄r-
tum penitus ignoro. ſ. viā iuuenis in ado-
leſcentia ſua. i. viam chriſti in incarnatiōe
ſua de virgine intacta ſm̄ expoſitionē Ni-
colai de lyra. Iohannes etiam baptiſta di-
cit ſe nō eſſe dignum ſoluere corrigiam cal-
ciamēti xp̄i Ioh. j. Id eſt nō eſſe ſufficien-
tē exponere profunditatem tanti myſterij.
Gabriel quoqꝫ angelus de modo requiſit⁹
ipſum nō expoſuit, ſed ad ſpūmſanctū virgi
nem remiſit dicēs. Spūſſanctus ſupueniet
in te ⁊c̄. ac ſi diceret ſm̄ Bern̄. ſuꝑ Miſſus
eſt. Quid a me queris qḋ ipſa mox experie
ris: Scies ſcies ⁊ feliciter ſcies. ſed illo do-
ctore quo actore. Ego miſſus ſum nūciare
virginalē coceptū nō creare. Uirgo autem
bn̄dicta illud myſteriū nō tm̄ ſciuit ꝑ infu-
ſam ſapiētiā: ſed maxime per experiētiam.
Unde Ber. vbi. s. ait. Qualiter ſplēdor ille
inacceſſibilis ꝟginis ſe infuderit viſceribus
ſoli datum eſt ſcire cui ſoli datum eſt experi-
ri. Scḋo dico ꝙ ipſa fuit thronus, i. ſe *M*
des ⁊ ſolium ſummi regis qui ſedit in vte- *Maria*
ro ſuo. Et nūc eſt thronus dei in mundo. ⁊ *ſoliū ſū-*
etiā erit in iudicio. Xp̄s em̄ fecit eā thronū *mi reg.*
ſuū dū eſſet in vētre ei⁹. In cui⁹ figuram dꝛ
iij. Regū. x. ⁊. ij. Paral'. ix. Fecit rex Salo-
mon thronū de ebore grandē. ⁊ veſtiuit eū
auro fuluo nimis. Iſte em̄ thronus fuit de
ebore ꝑ ꝟginitatē. ⁊ de auro ꝑ feruētē cha-
ritatē. ⁊ grādis ꝑ maximā humilitatē. naꝫ
quāto fuit humilior: tanto coram deo facta
eſt ſublimior. Chriſtus ergo requeuit in eiuſ
ꝟginitate. quia diligit mūdiciam. ⁊ in eius
charitate, qꝛ amat fraternā concordiā. ⁊ in
ipſius humilitate. quia diligit mentē tran-
quillam. Scḋo ipſa eſt thronus dei pecca-
toribus qui ſunt in mūdo. Et ideo dicit̄ ad
Hebre. iiij. Adeamus cū fiducia ad thronū
gratie vt miſericordiā cōſequamur: ⁊ grāꝫ
inueniamus in tēpore opportuno. Quidaꝫ
enim peccāt ex timore male humiliante. ſi
cut Petrus qui timore mortis xp̄m nega-
uit. Et iſti accedentes ad eā: magnā pn̄t hr̄e
fiduciā, ⁊ iō dꝛ. Adeam⁹ cū fiducia ad thro
nū grē. Alij ꝟo peccāt ex amore male inflā
mante. ſicut Dauid q̄ malo amore inflāma
tus in adulteriū cecidit. Et ſicut Matthe⁹
mala cupiditate allectus illicita lucra exer
cuit. Et tales ad iſtum thronū accedentes
inueniūt miam. ⁊ iō ſubdit̄. vt miam conſe
quamur. Alij ꝟo peccāt ex ignorātia excee-
cāte. ſicut apl's qui ait. j. ad Thi. j. Ignorāſ
feci in incredulitate. Et tales ad iſtū thro-
num accedentes inueniūt gratiaꝫ. Et ideo
additur. Et gratiaꝫ inueniamus in tēpore
opportuno. Tertio ipſa erit thron⁹ chri- *M*
ſti in iudicio. ⁊ hoc quantū ad illos q̄ erūt *Maria*
a dextris. Nā illos qui erūt a ſiniſtris xp̄s *thron⁹*
iudicabit. Unde Apocal. iiij. dꝛ. De thro- *xp̄i i iu-*
no procedunt fulgura ⁊ voces ⁊ tonitrua *dicio*

Jpſe em̄ xp̄s oēs ad iudiciū citabit dicens.
Surgite mortui venite ad iudiciū. Et talis
citatio dꝛ tonitruū. Jtem citatos examina
bit dicēs. Eſuriui ⁊ nō dediſtis mihi mādu
care ⁊c̄. Et iſte ſunt voces q̄ de throno ꝓce
dūt. Ultimo ꝯ citatos ⁊ examinatos iniqꝫ
fulminabit dicēs. Diſcedite a me maledicti
in ignē eternū ⁊c̄. Et iſta ꝟba dicūtur ful-
gura de throno ꝓcedētia. Jlli ꝟo q̄ erunt a
dextris: ad ꝟginē glioſam tāq̄ ad thronū
grē ⁊ mīe ꝯfugiēt. Unde p̄s. lxxxviij. inq̄t
deꝰ. Thronus eiꝰ ſicut ſol in ꝯſpectu meo. ⁊
ſicut teſtis in celo fidelis. Jpſa em̄ in iudi-
cio exiſtēs erit corā deo ſicut ſol. qꝛ pre ce-
teris hebebit maiorē ſplēdorē ſapie ⁊ maio
rē calorē grē ⁊ glie. Et erit ſicut teſtis fi
delis. qꝛ corā filio ſuo de nobis bonū teſti-
moniū ꝑhibebit. Uñ in quodā officio canit̄
ipſi ꝟgini. Recordare ꝟgo mater dū ſtete-
ris in ꝯſpectu dei ſicut ſol refulgendo: vt lo
quaris pro nobis bonū teſtimoniū. ⁊ auer-
tas indignationē ſuā a nobis. Alexāder
autē de ales ſup p̄dicto p̄s. lxxxviij. inquit.
Notandū ꝙ multa fuerūt in throno Salo
monis q̄ myſtice in throno xp̄i. i. in btā vir
gine poſſumus aſſignare. q̄ in his ꝟſibꝰ cō
p̄hēdi p̄nt. Ligna. ſedile. manus. ebur. au
rum. brachia. ſcamnū. Argentum. leo. rex.
purpura. pina. gradus. Jn btā em̄ virgine
fuerūt ligna fortitudinis ⁊ ꝑſeuerātie. Uñ
Cañ. iij. dꝛ. Ferculuꝫ fecit ſibi rex Salomō
de lignis lybani. id eſt de cedris q̄ ſunt for-
tiores ⁊ imputribiles. Sunt ⁊ alia ligna ly
bani que ei cōpetūt. Uñ ipſa dicit Eccī. xx-
iiij. Quaſi cedrus exaltata ſum in lybano.
⁊ ſicut cypreſſus ⁊c̄. Jtē ſedile ⁊ manus. iij.
Reg. x. Due manus tenētes ſedile. Sedile
eſt charitas btē ꝟginis ſm̄ ꝙ Cañ. iij. dꝛ.
media charitate cōſtrauit. Manꝰ due opa
priuilegiata humilitatis ⁊ pietatis. Ebur
caſtitas. iij. Reg. x. Fecit thronū de ebore
grādem. Fuit em̄ de ebore ꝑ mūdiciam. ⁊
grādis in cōtinentia. qꝛ in ea extinctus fuit
fomes. Auꝝ. ſ. ſapiētie. iij. Reg. x. Ueſtiuit
eum auro fuluo nimis. ⁊. ij. Paral. ix. au-
ro mūdiſſimo. Brachia longa ad defenſio-
nem noſtrā. ⁊ ad dandum adiutoriū longe
poſitis. id eſt peccatoribꝰ. ij. Paral. ix. Bra
chiola duo altrinſecus. Forte xp̄s puer bra
chiolis illis amplexatus eſt illā. Scānū. ij.
Paral. ix. Et ſcabellū aureuꝫ, quaſi dicat.
Diuitias ⁊ ſapientiā terrenā pedibꝰ cōculca
uit Apocal. xij. Mulier amicta ſole ⁊ luna

P Multa fuerunt in thro-no ſalo monis.

ſub pedibus eius. Jtē pedes. i. affectꝰ eius
vtebantur auro rōnis. Argētum. i. eloquē-
tia. quia ipſa eſt aduocata noſtra. Cañ. iij.
Columnas eius fecit argenteas. Leo. Si-
cut aūt dꝛ. iij. Reg. x. ⁊. ij. Paral. ix. quattu
ordecim leones erāt. Quia ergo leo eſt ter-
ribile animal. quattuordecim leones ſunt
ſeptē virtutes beate ꝟginis. ⁊ ſeptē dona.
quoꝝ odor terret ſerpentē veterē. id eſt dia
bolum. Unde de ipſa dꝛ Cañ. vj. Terribilis
vt caſtroruꝫ acies ordinata. Rex. quia ſo-
lus rex ſedet in throno. ⁊ ſolus chriſtus in
beata ꝟgine. Ezechie. xliiij. Princeps ipſe
ſedebit in ea. Purpura. id eſt martyrium.
Cañ. iij. aſcenſum purpureū. Martyr autē
fuit beata ꝟgo. ⁊ ſi nō corpore. tamē mēte.
ſm̄ illud Luce. ij. Et tuā ipſius animā per-
tranſibit gladius. Pina. iij. Reg. x. Sum-
mitas throni rotūda erat. Cañ. iij. Recli-
natoriū aureum id eſt perfectio firma ſine
angulis ⁊ ſcrupulis. Gradus ſex quibꝰ aſcē
ditur ad eam ſm̄ qꝺ dꝛ. iij. Reg. x. ⁊. ij. Pa
ral. ix. Et ſunt ſex partes venerationis. ſ. re-
uerētia. deuotio in corde. ſalutatio ⁊ grati
ficatio in ore. obſequiū ⁊ preſtatio in ope-
re. Et in quolibet gradu ſedet leo. id eſt ti-
mor dñi. Eccli. xxvij. Timor dñi ſuper om
nia ſe ſuperpoſuit. De hoc ergo throno xp̄i
ſicut deus pater. Et thronus eius ſicut ſol
in cōſpectu meo. Sol ſplendet ⁊ calet ſiue
ardet. in quo notatur gemina ſtola quam
vtrāqꝫ pie creditur habere beata ꝟgo in cō
ſpectu dei vt ſplendeat ⁊ fulgeat ſicut ſol
ſm̄ ſtolam corporis. ⁊ amore ferueat ſm̄
ſtolaꝫ anime. Et ſicut luna perfecta in eter
num. Dicit autem Jnnocētius papa ꝙ ſi-
cut rationabiliter aſſerunt qui de naturis
rerum ediſſerūt: luna frigiditatē cauſat et
humiditatē. Frigiditas deſignat ꝟginita-
tem. ⁊ humiditas humilitatē. Jgnis enim
de quo venit ſiccitas naturaliter ſublimia
petit. Aqua ꝟo a qua procedit humiditas
quaſi grauis: naturalit̄ petit humilia. Fri-
giditas igit̄ ⁊ humiditas lune ꝟginitas et
humilitas eſt Marie. que frigida fuit ꝯtra
eſtū luxurie. ⁊ humida cōtra faſtū ſupbie.
Qꝛ ꝟo ſemꝑ ꝑſeuerauit in ꝟginitate ⁊ hu
militate ⁊ in glia etiā appareret eiꝰ ꝟgini-
tas ⁊ hūilitas. iō bñ dꝛ ꝙ eſt in ꝯſpectu dei
ſicut luna ꝑfecta in eternū. q. ſ. nunq̄ patit̄
detrimētū. Et teſtis in celo fidel. Jpſa eniꝫ
orat ibi ꝓ pctōribꝰ. ⁊ teſtat̄ ꝙ filiꝰ dei ꝓ eis
factꝰ eſt hō. Uñ dicit Ber. Mater oſtendit



filio pectus et vbera. Propter quod dicit̄
Hiere. xiiij. Solij glie tue recordare: ne ir
ritū facias fedꝰ tuū nobiſcū. Btā igit̄ ꝟgo
eſt thronꝰ. ſol. luna ⁊ teſtis. Qꝛ thronꝰ eſt
iudicē ꝯtinet: qꝛ ſol ꝓducit terrenaſcētia
quia luna. noctis tenebras diſcutit. q̄a te-
ſtis: cauſas abſoluit. Si pctōr es et times
iudicē: hec tenet eū. Si penitens cupis de
terrenis curis exire. hec ſol calorē ꝓducit.
Si nox aduerſitatū vel ignorātie te p̄mit
luna eſt. Si cauſis vexaris a ſpiritibꝰ imū-
dis vel deſiderijs importunis: vel ī morte
impeteris: teſtis tibi erit ſi eā inuocaſti ad
videndū opatura ⁊ vitā. Unde in genera-
li ꝯfeſſione dꝛ. Confiteor deo ⁊ btē marie
⁊c̄. quaſi dicat vnuſqſqꝫ. Uolo ꝙ ip̄a ſciat
pn̄iam meā ⁊ ſit teſtis ꝯfeſſionis mee ip̄a
et oēs ſancti. Unde Oſee. xj. in fine dꝛ. Ju
das autē teſtis deſcēdit cū deo ⁊ cuꝫ ſanct̄
fidelibꝰ. Nec tm̄ eſt teſtis ſed teſtis fidelis
Studeas ergo habere bonaꝫ cām. qꝛ ꝓ te
nō mentiet̄. Prouer. xiiij. Teſtis fidel' n̄
mentiet̄. hec Alex. vbi. ſ. Unuſquiſqꝫ ſ̄ de
uotꝰ beate ꝟgis pōt dicere illud Job. xvj.
Jn celo teſtis meꝰ. Quā glioſam ꝟginem
oro vt ꝓ me teſtificari dignet̄ in tēꝑe quo
danda erit ſnīa vite mee vt eiꝰ teſtimonio
mēdacis aduerſarij falſitatibus ſuperatis
ab oībus impugnationibꝰ abſoluar. ⁊ cuꝫ
ip̄a patrona mea aſcēdere merear ad degu
ſtanda paradiſi gaudia per infinita ſecula
ſeculorum. Amen.

De eiuſdem ſacratiſſime ꝟginis aſſi-
milatione. Sermo quartus.

l Jberaſti me do
mine ſm̄ multitudinē mi
ſericordie tue. Eccli. lj. Si-
gnū magne libertatꝭ ⁊ nobi
litatꝭ eſt alicuiꝰ ciuitatis vel
terre ſi ip̄a alijs oībus tributū ſoluētibus
nō ſit tributaria. Ex quo appet libertas et
nobilitas bn̄dicte ꝟginis marie. Nam cuꝫ
oīs creatura pure humana fuerit peccato
ſubdita. ⁊ ꝯſequēter demoni tributaria. ip
ſa tn̄ immaculata ꝟgo ab hoc tributo fuit
exēpta. qꝛ a cuiuſcūqꝫ peccati macula fuit
aliena. Huiꝰ aūt figura habet̄ Geñ. xlvij.
Nā in illa magna egeſtate ⁊ chariſtia q̄ui
tota terra egypti fuit tributaria Pharoni
excepta terra ſacerdotali que libera fuit ex
p̄uilegio regꝭ. Qua figura denotat̄ ꝙ tēꝑe
quo fuit tāta egeſtas grē. Et quando erat

penurta illius frumēti de quo factꝰ eſt pa
nis celeſtis. ſ. xp̄s tota humana natura fu
it ꝑ pctm̄ tributaria pctō. Solaqꝫ mat̄ ſa-
cerdotis magni xp̄i fuit ab eo īmunis ex
diuino p̄uilegio illā p̄ſeruāte. De ip̄a autē
dira ſuitute hūana dꝛ Thre. j. Quō ſedet
ſola ciuitas plena ppl'o. Facta eſt quaſi vi
dua dña gentiū p̄nceps ꝓuinciarū facta ē
ſub tributo. Uocat̄ nāqꝫ humana natura
dña aliarū creaturarū inferiorū. iux̄ illud
Ouid. in. j. Metham. Sāctius his aīal
mētiſqꝫ capacius alte. Deerat adhuc. ⁊ qꝺ
dñari in cetera poſſet. De liberatione ꝟo
huiꝰ terre dixit ꝓpheta p̄s. lxxxvj. Glioſa
dicta ſunt de te ciuitas dei. Hec igit̄ fuit
terra ſacerdotalis de q̄ natꝰ eſt ſummꝰ ſa-
cerdos q̄ ⁊ hoſtia ꝓ nobis eſt immolatus.
Unde Leo papa in ſmone de natiuitate
eiuſdē ꝟgis ait. Obſecro dilectiſſimi frēs
mei hanc noſtre ſalutis hyſtoriaꝫ intēdite
diligēter corda vigilēt. oculi nō dormiant
creator nāqꝫ oīuꝫ de btiſſima ꝟgine carnē
ſumēs ſine pctō natꝰ eſt ⁊ in mūdo cōuer-
ſatus. Ecce ſacerdos magnꝰ nulla in ſe ha
bēs pctā. Et iccirco dignꝰ ⁊ potens fuit vt
ſacrificiū offerēs aliena mūdaret pctā. Qꝛ
igit̄ in rebꝰ humanis inueniri nō poterat
p̄ciuꝫ nr̄e redēptionis. redēptor noſter ſe-
metip̄m obtulit hoſtiā in odorē ſuauitatꝭ.
Sicqꝫ ip̄e factꝰ eſt ſacerdos. ſacrificiuꝫ. re-
demptor ⁊ p̄cium. hec ille. Bñ igit̄ decuit
reginā illam fecundā que talē ꝓduxit fru-
ctum liberā fieri ab oī tributo pcti. Unde
Augu. in lib̄. de natura ⁊ grā ait. Excepta
beata ꝟgine. de qua ꝓpter honorē dñi nul
lam prorſus cū de pctis agit̄ habere volo
queſtionē. ſi oēs ſancti ⁊ ſancte dei cuꝫ vi-
uerēt interrogati fuiſſent vtrū ſine pecca-
to fuiſſent. oēs vna voce dixiſſent. Si di-
xerimus qꝛ pctm̄ nō habemꝰ ipſi nos ſedu
cimꝰ ⁊ veritas in nobis nō eſt. Et iō de hac
immunitate ⁊ ſingulari ſua liberatione a
peccato ipſa benedicta virgo gratias agit
deo in verbis ꝓpoſitis. De qua innocētiſſi
ma ꝟgine adhuc octo alias aſſimilatiōes
perſcrutabimur.

Qꝛ btā ꝟgo dꝛ vellus. Aſſimilatio. j.

a Lexander de ales exponēs illꝺ R
p̄s. lxxj. Deſcēdet ſicut pluuia
in vellus. ⁊ ſicut ſtillicidia ſtil-
lantia ſup terram: ait. Uellus
eſt ꝟginitas marie. terra humilitas ipiꝰ.
pluuia ē deitas vel gratia. ſtillicidia ab-

undantia grãrũ ⁊ donoꝝ. Dicit ĝ ꝓpheta.
Deſcendet ſicut pluuia in vellus. ſ. deus in
vterum ỽginis. Uell⁹ eñi maria fuit roꝛe
grẽ et diuinitate plena. area. i. iudea ſicca
ꝑmanẽte. Unde Hiero. ait. Uellus cuz ſit
de coꝛpe neſcit coꝛpis paſſiones. ⁊ ſimilr̃
beata virgo imunis fuit ab oĩ immũdicia.
Uelleris ꝓꝓe tates. Et nota ꝙ ꝓꝓꝛietates velleris q̃ btẽ ỽgini
conueniunt in his ỽſibus cõtinenꝭ. Succi-
da veſtis ouis non ſentit. non ſonat icta.
Hirta pilo molli. bibulo. tigitqꝫ ꝑato. Pe
ctunt. nẽt. texũt. ꝙ frigoꝛa pellat et oꝛnet.
Succida eſt beata ỽgo. i. ſucco pietatꝭ ple-
na. Judicũ. vj. Expreſſo vellere conchã ro-
re compleuit. Nos ſumus ꝯche. Jtẽ veſtis
ouis eſt maria. i. ꝓtectio ſimpliciũ ⁊ inno
centiũ. Prouer. vl. Oẽs domeſtici eius ve
ſtiti ſunt duplicibus. i. ſtola gemina. Jtem
nõ ſentit beata ỽgo motus carnales. Nõ
ſonat icta. Lu. ij. Et tuãipſi⁹ aĩam ꝑtrãſi-
bit gladius. Et de charitate dꝛ. j. ad Coꝛ.
xiiij. non irritaꝛ. Jtem hirta. i. hirſuta. i. ſtꝛ
ſe tenẽs. Actuũ. j. Hi erant oẽs oꝛãtes in
cenaculo cũ mulieribus ⁊ maria mr̃e ieſu
Et ad lr̃am hirſuta fuit. q̃a nõ erat cõpta.
j. Pet. iij. Quarũ nõ ſit exterius capilla-
tura. aut circũdatio auri ⁊c̃. Pilo molli. i.
cogitatiõe pia. Unde bene cõuenit ei illud
Hiere. xviij. Ego cogito cogitatiões pacꝭ.
Jtem bibulo. ſupple verbi dei. Luce. ij. ca.
Maria cõſeruabat oĩa verba hec confe
rens in coꝛde ſuo. Jtem tingitqꝫ parato.
quia fuit verecũda Eccl'i. xxvj. Gratia ſup
gratiaz mulier ſancta ⁊ pudoꝛata. Luc. j.
Turbata eſt in ſmone eius. Jtem pectunt
beatam virginẽ bone ancille. i. dilatãt lau
dibus et honoꝛibus. ſicut lana carpinata
amplius dilataꝛ. Eccl'iaſtici. xxiiij. Jn me-
dio populi ſui gloꝛificabiꝛ. Jtem nẽt ſub-
tiles ꝑdicatoꝛes de beata ỽgie. Exo. xxxv.
Mulieres docte dederũt que vouerant. i.
predicatoꝛes docuerũt que cogitauerunt.
Jtem texũt ꝓlixas oꝛones. Thob. ij. Jbat
Anna ad opus textrinũ quottidie. Jtẽ pel
lit frigoꝛa īfidelitatis. Unde cãtat ecclia.
Gaude Maria virgo cũctas hereſes ſola
īteremiſti in vniuerſo mũdo. Jtez ⁊ oꝛnat
Actuũ. ix. Oſtẽdebãt tunicas ⁊ veſtes q̃s
faciebat illis doꝛcas. Doꝛcas interꝑtatur
capꝛea vel damula. ⁊ ſignificat. b. ỽginez
quã cõparat ſpõſus celeſtis capꝛee dicẽs.
Cantic. iiij. Duo vbera tua ſicut duo hyn-
nuli capꝛee ⁊c̃. hec oĩa Alexander vbi. ſ.

Poſſumus aũt dicere ꝙ beata virgo dꝛ
vell⁹ ꝓpter qnqꝫ cauſas. Primo eñi dicitꝛ
vellus. quia vell⁹ eſt de carne exciſum: ſed
ſine carnis coꝛruptione. Et ſimilr̃ ipã ỽgo
benedicta exciſa fuit de carnali iudea. ⁊ tñ
nõ fuit pctõ coꝛrupta. Uñ Bern. ait. Quid
Gedeonis ſignificat vellus. quod vtiqꝫ de
carne: ſed carnis vulnere deciſum in area
poſitũ eſt niſi carnẽ aſſumptã de carne vir
ginis. ⁊ ſine detrimẽto ỽginis. Ecce ma-
ria velleri comparaꝛ. que deũ ita concepit
vt eum toto hauriret coꝛpe. nec eiuſdẽ coꝛ
poꝛis ſciſſuraz pateretꝛ. ſed eſſet mollis ad
obſequiũ. ſolida ad ſanctimoniã. Quãuis
igiꝛ vell⁹ ſit de coꝛpe tñ neſcit coꝛpis paſ-
ſiones. quia maria lꝫ fuerit in carne. tamẽ
vicia carnis neſciuit. nec vnqꝫ coꝛruptões
ſenſit. ſed ſemꝑ impolluta ⁊ illibata ꝑmã-
ſit. Scdo dꝛ vellus quia fuit roꝛe ſpũſſancti
ꝑfuſa. Qd fuit figuratũ Judicũ. vj. vbi dꝛ
ꝙ vellus Gedeonis impletũ eſt roꝛe area
ſicca remanẽte. qd gedeon expꝛeſſit ⁊ cõchaz
impleuit. Uellus quidẽ bibulũ eſt. ⁊ mltũ
roꝛis recipit. ⁊ expꝛeſſum leuiter effundit.
Coꝛ eñi beate ỽginis erat bibulũ. i. valde
ſitibundũ ad roꝛẽ ſpũſſancti ſuſcipiendũ.
Et ideo recipe meruit plenitudinẽ grãrũ.
Unde Petr⁹ rauẽñ. inqt. Jſte celeſtis ym
ber elapſu placido ſe in ỽgineũ vellus effu
dit. totaqꝫ diuinitatꝭ vnda bibulate noſtre
carnis in vellere ſe locauit. vnde patibulo
crucis expꝛeſſa terris oĩbus pluuiã ſalu
tis effunderet. ac vitalibus partita ſtilli-
cidijs fidei germĩa irrigaret. Quia igitur
iſtud vellus virgineum ſic eſt plenũ. ideo
nõ poteſt tam leui deſiderio tangi vel exꝑ
mi qn ſtatim impleat conchã. i. animã ad
ipam recurrentẽ. Hoc aũt vellus repletũ
fuit roꝛe oꝛiginalis iuſticie. area. i. iudaica
gẽte in ſiccitate peccati remanẽte. Tertio
diciꝛ vellus: quia fuit celeſti pluuia madi-
da. Unde Bernar. exponẽs illud ꝑs. lxxj.
Deſcẽdet ſicut pluuia i vellus ⁊c̃. ait. Plu
uia volũtaria quã ſegregauit deus heredi
tati ſue placide ꝑus ⁊ ſine ſtrepitu opatõis
humane ſuo ſacratiſſimo elapſu ỽgineum
ſe dimiſit in vterum. Poſtmodũ aũt vbiqꝫ
terrarũ diffuſa eſt ꝑ opera predicatoꝛum.
nõ iam ſicut pluuia in vellus: ſed ſicut ſtil-
licidia ſtillantia ſuꝑ terrã cũ quodã ſtrepi
tu verboꝝ ac ſonitu miraculoꝛum. Hiero.
quoqꝫ inquit. Plane celeſtis ymbe virgi-
neũ vellus infudit. ⁊ tota diuinitatꝭ vnd

S
Maria vell⁹ ꝑ pꝛ qnqꝫ



in carne ſe ꝯtulit. Deinde ꝑ crucꝭ patibulũ
expꝛeſſum oĩbus terris pluuiã ſalutis effu-
T dit. ⁊ auidis mentib⁹ ſtillicidia grẽ ꝓſtitit.
Quarto dꝛ vell⁹: qꝛ ad iſtar velleris fuit
tincta ⁊ maxime coloꝛe rubeo. Et ſic ei⁹ ca
ro facta eſt purpura celeſtis imperatoꝛis.
Unde alchuinus in li. de trini. ait. Beata
Maria lana mũdiſſima fuit ⁊ virginitate
clariſſima. que ſola digna eſſꝫ in ſe filij dei
recipere dignitatem. ſicut lana conchilij
ſanguinem. vt ex ea fieret purpura impe-
riali maieſtate tñmodo digna. quãqꝫ nul
lus dignus eſſet induere niſi auguſta ꝑdi-
tus dignitate. Quĩto dꝛ vellus. qꝛ ad ve-
ſtimenti xp̃i ꝑparationẽ et fabꝛicationem
fuit valde idonea. De lana quidẽ ouis ſine
V ipſius ouis leſione aſſumiꝛ ⁊ indumentũ
Maria fecit tri plex ve ſtimẽtũ xp̃o. pꝛeparaꝛ. Triplex aũt veſtimentũ fecit
filio ſuo beata ỽgo. Primũ fuit materia-
le. ſcꝫ tunica incõſutilis quam ipã benedi-
cta ỽgo miro opere infanti filio ſuo fecit.
qui puero creſcẽte creſcebat. Scdm veſti-
mentum fuit copoꝛale. Nam ſpũſſanct⁹ de
eius carne aſſumpſit. ⁊ coꝛpus xp̃i ſine vir
ginitatis violatione ꝑparauit et fecit. qd
etiã dici põt veſtis incõſutilis. Alioꝛũ eñi
coꝛpa ex duab⁹ partibus. i. ex ſemine pr̃is
et matris cõſuunꝛ. Coꝛpus aũt xp̃i fuit ī-
cõſutile: quia factũ eſt ſanctiſpũs opatõe.
Tertiũ eſt veſtimentũ ſpũale. qd nobis fa
cit quãdo fide ⁊ ceteris ỽtutibus nos in-
duit. ⁊ ad diuinũ amoꝛem nos caleſacit.
iuxͣ illud Job. xxxj. De vellerib⁹ ouiũ mearũ
caleſactus eſt. Oues aũt xp̃i ſunt ỽgines
eius. Earũ ỽo vellera ſunt ipaꝝ merita
⁊ exempla. Precipua aũt ouis dei eſt ỽgo
bñdicta q̃ ſuis meritis nos induit ⁊ caleſa
cit. Unde Prouer. vltimo dꝛ. Nõ timebit
domui ſue a frigoꝛib⁹ niuis. Oẽs ei dome
ſtici eius veſtiti ſunt duplicib⁹. Duplicia
autẽ veſtimẽta ſunt fides ⁊ opera. Uel di
lectio dei ⁊ ꝓximi. vel vita actiua ⁊ cõtem
platiua. Que duplicia indumẽta deuotis
ſuis impetrat. et ideo ab eis omẽ frig⁹ ex
pellit et fugat.

Qꝛ btã ỽgo dꝛ lux. Aſſilatio. ij.

X
Nquit ſaluatoꝛ Johannis. xij.
i Dum lucem habetis credite in
luceꝫ: vt filij lucis ſitis. Super
quibus verbis ad maioꝛẽ decla
rationem ⁊ confirmationẽ dictoꝝ in ſcda
parte ꝑncipali huius operis. ſmone q̃rto
in exoꝛ. dico ꝙ beata virgo dicꝛ lux: q̃a

lux tenebꝛas repellit. iuxta illud Johis. j.
Et lux in tenebꝛis lucet. De ipã autẽ ỽgi-
ne inqt Damaſce. Aufer lucem. ⁊ oĩa in
tenebꝛis: ⁊ oĩa incognita remanebũt. Sic
beata maria dum verum lumen mũdo ef-
fudit: cecitatis ⁊ īfidelitatis tenebꝛas effu
gauit. vnde Maria intepꝛetaꝛ illumina-
trix. Jpã eñi eſt illa lux auroꝛe. que oꝛiente
ſole mane abſqꝫ nubibus rutilat. vt diciꝛ
ij. Reguꝫ. xxiij. Jpſa nãqꝫ peccatoꝛes pur-
gat a tenebꝛis peccatoꝛuꝫ lumine grẽ ſue.
Et ideo dicitur lux auroꝛe. Quia ỽo frigi
das mẽtes caleſacit. ideo aſſimilatur luci
ſolis oꝛiẽtis. Et quia eſtum cõcupiſcentie
refrigerat. ⁊ a nubib⁹ carnaliũ paſſionum
animas ſerenat. ideo aſſimilaꝛ luci matu-
tine que eſt cũ refrigerio. ⁊ luci ſerene que
eſt abſqꝫ nubibus. De ipſa etiam exponi
poteſt illud Heſter. viij. Judeis noua lux
oꝛiri viſa eſt. gaudium. honoꝛ ⁊ tripudiũ
⁊c̃. Eſt eñi gaudioſa inſipiẽtibus. quibus
ſpũales cõſolationes impendit. honoꝛabi
lis ꝓficientibus quos ab oĩbus impugna-
tionibus ꝓtegit. Sed tripudioſa eſt perfe-
ctis quos ad celeſtia gaudia introducit.
Sicut etiã lux inſidias pandit. nam late-
bꝛas illuſtrat ⁊ pateſacit in quibus inſidie
abſcondunꝛ. Sic ipã inſidias diaboli de-
uotis ſuis patefecit ne decipiantur. Et iõ
diabolus iſtam lucem multũ timet ⁊ fugit
iuxta illud Johis. iij. Non venit ad lucem
vt non arguanꝛ opera eius. Sicut etiam
lux ſecuritatez parit. vnde homies qui de
nocte paueſcũt in die ſecuri vadunt. ⁊ hoc
ideo ꝓcedit: quia nõ timent offendiculũ.
iuxta illud Johis. xj. Qui ambulat in die
nõ offendit: quia luceꝫ huius mũdi videt.
Non autẽ timẽt qui in luce vadũt. aut pe-
dis offendiculũ. aut hoſtis latentis incur
ſum. vel fantaſmatis terrẽtis aſpectum.
Et ſimilr̃ illi qui beatã virginẽ ſequunꝛ et
ei adherent per deuotionẽ. illuminãtur et
pꝛotegunꝛ ab ea. vt neqꝫ cadant peccando
nec a demonib⁹ decipianꝛ. nec a fantaſma
tibus terreanꝛ. Et ideo oĩbus chꝛiſtianis
dico illud ad Romañ. viij. Juduamur ar-
ma lucis ſic vt in die honeſte ambulemus.
Arma eñi lucis ſunt exempla beate virgi-
nis. que quicũqꝫ indutus fuerit. ſcilicꝫ illa
ſequẽdo. tutus erit ab oĩbus pꝛedictis.
Sicut etiã lux celeſtium coꝛpoꝛum virtu-
tes ad nos vehit. Unde ſm Auicennam
lux ipſa eſt vehiculum virtutum celeſtium:

quia.ſ.celeſtia lūinaria mediāte luce agūt
τ mouēt iſta inferiora. Ita mediāte.b.vir
gine deuenit ad nos xp̄s q̄ eſt dei ꝟtus.vt
dr.j.ad Cor.j. Mediāte ḡ iſta diuia luce
celeſtis gr̄a nobis infundit.τ deueniūt ad
nos diuie miſatiões. Et iō dicamus deo
illud Eccl'i.xxxvj. Miſere nr̄i deus oīum
τ reſpice nos τ oñde nobis lucē miſatio-
num tuarum. Sicut etiā lux diuerſas res
naſci facit. Vñ dicit Diony.iiij.c.de diuis
no.ꝙ lux oībus corꝑibus gr̄am ꝯfert. Sic
btā ꝟgo genuit illā qui multos naſci fecit
dei filios ꝑ gr̄am.τ adduxit eos in gl'iam:
q̄s nō dedignaꝶ vocare fratres.ad Heb.j.
Oēs aūt qui xp̄i fratres ſunt pñt dici filij
ſpūales hui⁹ lucis.ſicut innuūt ꝟba in p̄n
cipio hui⁹ ꝑtis poſita. Abſit ḡ vt velimus
hanc clariſſimā lucē tenebris pctōꝝ obſcu
ratā p̄dicare:ne de nobis dicaꝶ. Oīs q̄ ma
le agit odit lucē τ q̄rit tenebras.ſ.i ea iue-
nire.xviij.q.ij.c.ꝑniciosum. Ne ſim⁹ de ill'
de q̄bus dr in.c.hinc etem̄.xlix.di. Albugi
nē h̄z in oculo qui veritatꝭ lucē videre non
ſiniꝶ.qui arrogātia ſue ſapie excecaꝶ. Pu-
pilla nāqꝫ oculi nigra videt: Albuginē ꝟo
tolerās nihil videt. Qui em̄ ſibi cādorem
ſapie tribuit a luce ſuꝑne cognitiōis ſe ex-
cludit.τ eo claritatē veri lumis nequaꝙ̄
penetrat:quo ſe apud ſe per arrogantiam
exaltat.ſicut de q̄buſdam dr in epiſtola ad
Romañ.dicētes ſe eſſe ſapiētes ſtulti fcti
ſunt.hec ibi. Nos ꝟo hāc lucē ſereniſſimā
quātū poſſum⁹ extollam⁹.ꝟginē.ſ.fulgē-
tiſſimā.cui competūt oēs ꝓꝑetates lucis.
quas ponit Aug.ſuꝑ Geñ.ad lr̄az di. Lux
eſt ſubſtātia ſumme ſimplex.ſumme mul-
tiplex in efficacia.ſumme mobilis τ abſo-
lute penetratiōis.τ mīme reſiſtētie τ ſum
me.diſparia τ ꝯtraria generās τ conciliās
ſumme ꝯuertibilis. Oīs natural' motiōis
p̄ncipiū et origo.ſumme ꝑfectibilis.ſūme
iocūda.ſumme cōicabilis. Unde luce i cor
poribus nihil eſt vtilius.nihil cōius.nihil
pulchrius.nihil veloci⁹.nihil ſubtili⁹.nihil
impaſſibili⁹.nihilqꝫ ꝟtuoſius inuenitur.
hec ille. Et loquiꝶ de luce creata. Btā eniz
ꝟgo fuit ſumme ſimplex ſimplicitate colū
bina.ſuans illud Mat.x. Eſtote ſimpli-
ces ſicut columbe. Item ſumme multiplex
in efficacia.nam m'tiplices filios ſpūales
quotidie generat deo. Unde illi p̄dictum
fuit illud Job.v. Multiplex erit ſemē tuū
Et hoc eſt illud ſemē de q̄ dixit de⁹ ſerpenti

Prope-
rates lu
cis ma-
rie ꝯue-
niūt.

antiquo.Geñ.iij. Inimicitias ponā inter
te τ mulierē.τ ſemen tuū ac ſemen illius.
Semē ergo diaboli ſunt oēs beate ꝟginis
aduerſarij. Semen aūt mr̄is dei ſunt oēs
eius fideles τ deuoti. Multipliciꝶ quoqꝫ
inſtruit deuotos ſuos. Unde illi dici poteſt
illud Job.viij. Spūs multiplex ſmo oris
tui. Item eſt ſumme mobilis.vñ ꝑ hac ei⁹
ꝓꝑetate ac ꝑ p̄cedenti poſſumus allegare
illud Sap.vij.vbi dr. Eſt eniz in illa ſpūs
intelligētie ſctūs.multiplex ſubtilis.mo-
deſtus.diſertus.mobilis.incoinq̄nat⁹.cer-
tus.ſuauis.amās.bonus.acutus.q̄ nihil
vetat bñfacit.τ human⁹.benign⁹.ſtabilis.
ſecurus.oēz habēs ꝟtutē.oīa ꝓſpiciens.τ
qui capiat oēs.ſpūs intelligibilis τ mūd⁹.
Oībus em̄ mobilib⁹ mobilior eſt.τ attigit
vbiqꝫ ꝓpter ſuā mūdiciā. Hec ibi. Ex q̄b⁹
etiā pꝫ alia eius ꝓꝑetas.ſ.ꝙ eſt ſumme pe
netrationis. Ipſa qꝫ eſt ſumme τ mime re
ſiſtētie. Sūme diabolo quē ꝯtinue impu-
gnat.τ cui ꝓ noſtra ſalute reſiſtit.minime
aūt nobis:q2 nobis ad eā recurrētibus nō
reſiſtit.ſed ꝯtinuo nos ſub ſua protectione
recipit. Ipſa etiā diſparia τ ꝯtria gñauit τ
cōciliauit. Homo em̄ erat ꝯtrius deo ꝓpter
pctm̄.τ maxima ē diſparitas int' creatorē
τ creaturā.adeo ꝙ nō p̄t tāta diſſilitudo
notari q̄n ſit etiā icōparabil'r maior.c.dā-
namus.de ſum.tri.τ fide ca. Btā igiꝶ ꝟgo
deū generās τ hoīem.cōiunxit diſparia in
vnitate ꝑſone.τ humanā naturā diue cō-
ciliauit. Alie etiā ꝓprietates lucis ſuꝑ po-
ſite aptiſſime patēt cuilibet deuote ſpecu-
lanti ꝙ ſcꝫ fuerūt in ipa bñdicta ꝟgie. De
quibus etiā aliquas tāgit Salomō Sap.
vij.vbi poſt predicta verba ſtatim ſubdit.
Vapor eſt em̄ ꝟtutis dei. Et ideo nihil in-
quinatū in illā incurrit. Cādor eſt em̄ luc̄
eterne τ ſpeculū ſine macula maieſtatꝭ dei.
τ imago bonitatꝭ illius. Et cuꝫ ſit vna oīa
pōt.τ ꝑmanens in ſe oīa innouat.τ i aīas
ſanctas ſe trāſfert.τ amicos dei τ ꝓphās
conſtituit.hec eſt ſpecioſior ſole.τ ſuꝑ oēz
ſtellarum diſpoſitionē luci comparata in-
uenitur prior.

Qr beata virgo dr lampas accenſa.
Aſſimilatio.iij.

F Inito cōpletorio in eccl'ia exti- y
guunꝶ om̄ia luminaria excepta
lāpade q̄ die ac nocte ardet co-
ram altari maiori.q2 ibi corp⁹
dñi eſt. Et quādo ſacriſta vel alius frater



lumine indiget.vadit ad lāpadē τ iuenit.
Spūal'r.tpe paſſionis xp̄i om̄e fidei lumē
quodāmodo fuit extinctū.q2 oēs diſcipl'i
eo relicto fugerūt.Mat.xvj. Sed vna lā-
pas tm̄modo accēſa remāſit.ſ.beata ꝟgo
maria in q̄ lumē fidei luxit τ exarſit ignis
charitatꝭ.τ hec ſtetit iux̄ altare.i.iux̄ crucē
in q̄ pēdebat corpus dñicū.ſm illud Job.
xix. Stabat iuxta crucē ieſu mater ei⁹. In
cuius ſignū trib⁹ noctib⁹ vltimis maioris
hebdomade cū tenebre ſiūt oīa luminaria
extinguunꝶ vno excepto qō latet ſub alta-
ri ſm cōſuetudinē aliquarū eccl'iarum:ſed
poſt modicū cūctis oſtēdiꝶ. Hec em̄ oīa ſi-
gnificāt illud quod.s.dixim⁹. Per extin-
ctionem em̄ alioꝝ luminariū:denotaꝶ ex-
tinctio fidei oīum apoſtoloꝝ ceterorumqꝫ
fideliū. Per candelā ꝟo q̄ nō extiguiꝶ.ſed
aliquātiſꝑ celaꝶ:ſignificabaꝶ beata ꝟgo.q̄
ſola mēte latebat in cruce cū xp̄o ſuſpēſa:
lꝫ in corꝑe ſemimortua iaceret iux̄ crucez.
Non eſt igiꝶ aliquo tꝑe extinctū lumē ei⁹.
ſicut p̄dictū fuerat Prouer.vl.vbi dr. Nō
extingueꝶ in nocte lucerna ei⁹. Figura aūt
huius habeꝶ Exod.xxvij.vbi p̄cepit de⁹ ꝙ
in templo ſemꝑ lucerna arderet q̄ nunꝙ̄
extingui debebat. Hec em̄ lucerna fuit btā
ꝟgo.que ſemꝑ ꝑmāſit accēſa corā diuino
altari.τ nunꝙ̄ fuit extīcta: ſꝫ ſuauit lumē
diuine gr̄e p̄bendū viatorib⁹.vnde poſſint
videre viam ſalutis. Nec eſt aliq̄s tā cecus
cui lumē iſtud nō poſſit viſum reſtituere.
Ex q̃bus oĩbus ꝑꝫ ꝙ ipſa bñdicta virgo
[Maria multiplex martyriũ ꝑtu]
multipľr paſſa ẽ martyriũ. q2 vt ait Bern.
vbi ſ. oẽm ſenſuz corꝑee paſſionis exceſſit
affectus ſue cõpaſſionis. Aliud q̃ꝫ marty⸗
rij genꝰ paſſa eſt ex filij cõmutatione qñ ei
dixit Jeſus in cruce. vt habet̃ Johis. xix.
Mulier. ecce filiꝰ tuꝰ. de quo Bern. vbi. ſ.
ait. An nõ plus ꝙ̄ gladius fuit ſmo ille?

Reuera fuit ꝑtranſiẽs vſqꝫ ad diuiſionez
aĩe ⁊ ſpũs. O iniqua cõmutatio. Johẽs ꝓ
ieſu tradit̃. ſuꝰ ꝓ dño. diſcipulꝰ ꝓ magr̃o.
filꝰ zebedei ꝓ ſilio dei. purꝰ hõ ꝓ vero deo.
Quõ ꝟo tuã affectuoſiſſimã aiam nõ ꝑ⸗
tranſiuit hec auditio qñ ⁊ nr̃a licꝫ ſaxea. lꝫ
ferrea pectora: ſola ſcindit recordatio? Et
Anſel. inquit. Dña nr̃a q̃bus ſingultibꝰ ex⸗
timabo puriſſimũ pectus tuũ vexatuz eſſe
cũ audires. Mulier: ecce filꝰ tuus? Quãta
q̃ꝫ dolore cruciata ſit cũ iniq̃ſſimꝰ barra⸗
bas latro ꝓpoſitus fuit in liberatione ſuo
filio bñdicto q̃s enarrabit? Extimo aũt ꝙ
cũ eiulatu maxĩo exclamauit ſentiẽs ſuũz
dulciſſimũ ieſum xp̃i crudeliſſimo homici
de poſtponi di. O inrectũ cãbiũ. o iniquuz
iudiciũ. bonꝰ deſpicit̃ ⁊ iniquus poſtulat̃.
iuſtus punit̃ ⁊ pctõr liberat̃. Agnꝰ occidit̃
⁊ lupus acceptat̃. vita deſcribitur ⁊ mors
reſeruat̃. Martyriũ etiã paſſa eſt volũta⸗
tis: q2 tantũ dolebat ex cõpaſſione dãna⸗
tionis humani gñis ꝙ ꝓ redẽptione eius
parata erat ⁊ deſiderabat in cruce mori cũ
filio ſi opus fuiſſꝫ. Unde Amb. vbi. ſ. ait.
Uirgo maria fugiẽtibus apl'is añ crucem
ſtabat ⁊ piis ocul' vulnera xp̃i ſpectabat.
Et q2 cognouerat ꝑ eius mortẽ mũdi re⸗
demptõez futurã: putabat aula regalis ſe
ſua morte publico muneri aliq̃d additurã.
Sed ipſe xp̃s qui factꝰ eſt ſicut homo ſine
adiutorio int̃ mortuos liber. ſuſcepit q̃dẽ
maternũ affectũ: ſed nõ queſiuit auxiliuz.
Paſſa quoqꝫ fuit ſacratiſſima ꝟgo marty⸗
riũ macerationis. Intantũ eñ in filij paſ⸗
ſione corpus ſuuz ⁊ oĩa mẽbra macerauit
ꝙ̄ quodãmodo martyriũ ſibi ſtulit. vt ait
magr̃ Jacobꝰ de voragine in ſuo lib. beate
ꝟginis. in verbo martyrium. vbi allegat
Aug. ſic dicentẽ. Ipſa q̃ppe pia mr̃ imanĩ
dolore eiulãs. pectoraqꝫ delicata ꝯtũdens
ita ipſa viſcera: ceteraqꝫ fatigauerat mem
bra. vt iam deficiẽs ad xp̃i funus vix po⸗
tuerit ꝑuenire. Predictus etiã doctor vbi
[Martyriũ marie habuit iiij. cõditiones.]
ſ. dicit. ꝙ martyriũ ipſius ꝟginis habuit
q̃truor ꝯditiones ſ;ues. q2 in mẽte marty
rizata eſt. Unde atrociꝰ paſſa ẽ dũ paſſio⸗
nis xp̃i gladiũ in aĩa ſua ſuſtinuit ꝙ̄ ſi cor
poraľr ꝑẽpta eſſet. vt ait Hiero. ad Euſto.
Item q2 eius dolor nõ fuit ꝑticularis ſed
vľis. quia totã aiam repleuit. ⁊ nulla i eiꝰ
corde remãſit ꝑticula que doloribus non
fuerit plena. Unde Hiero. vbi. ſ. ait. Con
ſtat nẽpe ꝙ maria intantũ doluit vt tot⸗



aiam eius ꝑtrãſiret ac poſſideret vis dolo⸗
ris ad teſtimoniũ eximie dilectõis. Itẽ q2
eius dolor nõ fuit ſuꝑficialis: ſ; ꝓcordiaľ.
nã vſqꝫ ad cordis intima pertrãſiuit. Nec
mirũ. q2 mortẽ xp̃i fecerat ſuã. Uñ Hiero.
vbi. ſ. inq̃t. Eiꝰ nimirũ dilectio morte for⸗
tior extitit. q2 mortẽ xp̃i ſuã fecit. Item q2
eius dolor nõ fuit momẽtaneꝰ ſ; diuturnꝰ.
Nã etiã poſt filij reſurrectionẽ et aſcẽſio⸗
nẽ eius paſſiones in memoria retinebat. ⁊
ſine magni doloris gladio de eis recorda⸗
ri nõ poterat. Unde dicebat illud Cant. j.
Faſciculꝰ myrrhe dilectꝰ meus mihi. inter
vbera mea cõmorabit̃. Faſciculũ eñ myr⸗
rhe vocat collectionẽ amaritudinũ ⁊ paſſi
onũ xp̃i quas ipſa int̃ vbera aie. i. ĩ memo⸗
ria deferebat. Et ex his vulnerabat̃ ꝑ do⸗
lore. cruciabat̃ pre amore. ⁊ eſtuabat ꝑ de
B ſiderio et maxima compaſſione. hec ille.
[Doluit maria i xp̃i ſepelitione.]
Ultimꝰ dolor btẽ ꝟginis explicãdus in
pñti ſmone dr̃ ſepelitiõis filij ſui. Nõ aũt
ſine cordis teneritudine poſſumꝰ memorie
cõmẽdare penã ⁊ afflictionẽ. imo gladios
⁊ lãceas doloꝝ cor ipſius ꝟgis penetrãtes
in filij ſui ſepultura. Uñ ꝯtẽplant̃ quidam
deuoti. ꝙ cũ btã ꝟgo ſtaret iuxta crucem
ieſu filij ſui iã defuncti. ibiqꝫ aſſociata iobi
euãgl. ⁊ magdalene ⁊ aliis deuotis mulieri⸗
bꝰ amariſſime deploraret. ⁊ iã ſero appro
pinquãte cogitaret quõ filij ſui corpus de
cruce deponeret. ecce ꝙ vidit a lõge venire
nicodemũ ⁊ ioſeph ab arimathia cũ ſcalis
et malleis ceteriſqꝫ inſtr̃is idoneis ad de⸗
ponendũ corpus librasqꝫ centũ myrrhe et
aloes ad vnguẽdũ ſeu inuoluẽdũ cum eis
ipm̃ corpus ieſu. q̃s illa cõſpiciẽs. ⁊ q2 pre
mĺtitudine lachrymarũ eiꝰ oculi caligabãt
nõ cognoſcẽs cepit valde expaueſcere. du⸗
bitãs ne eẽnt ſcribe ⁊ phariſei veniẽtes vt
de corꝑe filij ſui ſic mortui etiam diuerſas
ſtrages facerẽt: trahẽtes illud ꝑ totã ciui⸗
tatẽ: ſic magnis malefactoribꝰ fieri cõſue⸗
uit. q̃ pauore ꝑterrita: ad iohẽz ⁊ ſocias di
xit. heu mi. q2 canes rabidi iudei veniunt
nõdũ ſaturati morte crudeliſſima filij mei
vt corꝑi eiꝰ noua opprobria inferãt. ⁊ his
dictis i terrã ſemimortua collapſa ẽ. Quaz
circũdãtibus mariis: ⁊ eã ſicut meliꝰ pote⸗
rãt. ꝯfortãtibꝰ. interim. b. iohẽs ⁊ ipſe pa⸗
nefactꝰ. aliquãtiſꝑ obuiã illis ꝑrexit. vt vi
deret ⁊ intelligeret ad q̃d ꝑagendũ cũ illis
ſcalis venirẽt. Cũ ꝟo cognouiſſet nicode⸗
mũ ⁊ ipm̃ ioſeph: ſtatim ad ipſam ꝟginez

cucurrit ꝯſolãs eã ⁊ di. Bono aĩmo eſtote
dña ⁊ mr̃ mea. Illi eñ q̃ veniũt ſũt diſcipľi
filij veſtri ⁊ magr̃i ac dñi mei. q̃ ad auxiliũ
nr̃m veniũt. vnꝰ eñ eſt nicodemꝰ amicꝰ nr̃
alter ioſeph ab arimathia q̃ licentiã ſepe⸗
liendi dñm obtinuit a pilato. Ex q̃bꝰ ꝟbis
ꝟgo bñdicta aliquãtulũ recreata ſurrexit.
Aduenietes ḡ ꝓdicti viri deuoti. nigris vt
pie credit̃ veſtibꝰ induti. ꝑmo quidẽ filiuz
dei in cruce pẽdentẽ genu flexi adorauerũt
cũ ploratu magno. Deinde euntes vt viſi⸗
tarent ꝟginẽ piiſſimã. vidẽteſqꝫ ipſaz me⸗
ſtiſſimã mr̃em ſqualidã ⁊ afflictã: ⁊ totam
lachrymis madefactã. ceperũt lachrymas
emittere ⁊ gemitꝰ. nihil pre dolore loqui
valẽtes. demũ aliquaľr ſpũs reſumentes:
poſtꝙ̄ bñdicta ꝟgine lachrymoſis verbis
cõdoluerũt de morte filij. ad petitõez ꝟgis
ipm̃ corpus ſctiſſimũ de cruce depoſuerũt.
Cõſidera igit̃ aĩa deuota ⁊ diligẽter attẽ⸗
de depoſitionis modũ. Ponũt̃ due ſcale a
lateribꝰ crucis oppoſite. Joſeph aſcẽdit ſca
lã lateris dextri. ⁊ nicodemꝰ aſcẽdit ſcalaz
ſiniſtri lateris. Joſeph igit̃ reuerenter ex⸗
trahit clauũ manus dextre. poſtmodũ ni⸗
codemꝰ extrahit aliũ manꝰ ſiniſtre. Deide
deſcẽdit nicodemus ⁊ venit ad clauum pe
dis. Joſeph ꝟo ſuſtẽtabat corpꝰ domini.
Tunc piiſſima mr̃ que ſtabat pedibꝰ quã⸗
tuz poterat eleuata. brachiiſqꝫ extenſis vt
filiũ in ſinu ſuo reciꝑet. Primo manũ de⸗
xtraz pendentẽ ſuſcepit reuerẽt̃. poſuitqꝫ
ad vultũ ſuũ intime deoſculãs eã cũ lach
mis ⁊ validis ſuſpiriis. dicebatqꝫ verba tã
ta cõpaſſione digna ꝙ etiã ſaxea corda ad
pietatẽ flectere potuiſſent. Euulſo aũt cla
uo pedũ paulisꝑ deſcẽdit ioſeph. ⁊ ipſa be⸗
nedicta ꝟgo accepit corpus filij ſuis ĩ bra⸗
chiis. ⁊ illud tenerrime oſculabat̃. poſtmo
dũ in terrã ſedẽs ponit illud in gremio. et
oſculabat̃ nũc caput. nũc manus. nũc os.
nũc pedes. nũc vulnus lateris. oĩaqꝫ eius
plagas amaris lachrymis lauabat plorã⸗
tibꝰ oĩbꝰ q̃ aſtabãt. Et hec quaſi oĩa ponit
Ber. in ſer. de plãctu ꝟgis di. Stabat ma
ria leuãs brachia in altũ: ⁊ cũ tãgere eum
valuit caput. manꝰ ⁊ brachia eiꝰ depẽdẽtia
trahebat ſupra triſte pectꝰ ſuũ. atqꝫ ĩ oſcľa
⁊ amplexꝰ ruẽs de ſuo dilecto lꝫ extincto:
ſatiari nõ poterat. Sed dũ de cruce ĩ trã
corpꝰ depoſitũ fuit. ſup ipm̃ ruẽs ꝑ incõti
nẽtia doloris ⁊ imẽſitate amoris q̃ſi mor⸗
tuus ſtabat. Stabat ad corpꝰ extincti filij

ſui mater maria lachꝛymis faciē rigans. ac ꝑ diuerſa torquebaꝛ ſuſpiria. frontēq; ⁊ genas oculoſq; ⁊ oꝛa frequētius oſculabaꝛ ipſius. lachꝛymarūq; tāta vbertas effluebat, vt carnē cū ſpū oēm in lachꝛymas diſſolui putares. hec ille. Magr̄ aūt Jac. de voꝛagie vbi. ſ. ait. Veſpe aūt depoſitū ſacratiſſimū coꝛpus ꝑ Nicodemū ⁊ ioſeph ſuſcipiēs in gremio mr̄. quot lachꝛymarū flumina. ꝙ amariſſimos ſingultꝰ. ꝙ alta ſuſpiria. que vba meſticie plena ex ea ꝓceſſerint qs poſſet exꝓmere. cum ſingula mēbꝛa ꝑquireret tam dire cruciata. tā turpiter deluſa oſcularet, ⁊ lachꝛymis irrigaret ſociata maria magd. ⁊ alijs marijs et deuotis mulieribꝰ. Cum aūt ſero factum eſſet: deuoti hoīes pie ⁊ deuote coꝛpꝰ illud de brachijs mr̄is accipiētes poſuerunt in monumēto mēte cōſepulta cū eo: hec ille. Quidā aūt deuotus verſificatoꝛ vulgaris inqt. Comebbe in elle bꝛaſe el fiol ſacto cō infinite lachꝛyme ſi lo bagnaua. e ſi nō vide may el magioꝛ pianto. Tutte quante le piache ſi le baſaua. Ti ogi la bocha el coꝛpo tuto quāto. e di tochar ieſu nō ſi ſaciaua. Poy dixe. fiol mio cū quanti affani ſei moꝛto ꝑ laltrui malicie e ingani. Sō qſti li pedi. ſon queſte le mani cheran dei mio fiol ieſu dilecto. ſon queſti i mēbꝛi angelici e ſopꝛani chaueua el mio fiol ſenza difecto che pareno ſtati nele mane di cani. E ſono ſtrazati tuti a dilecto. poy ſi caſco ſul pecto del fiolo, Foꝛte piangēdo cō amaro dolo. Joſeph e le marie e giouani magdalena martha e nichodemo veduti hano maria i tanti affani ognium diceua de la ſua moꝛte temo. Ma ꝑ leuar via piu noye, pene e dāni. Jl coꝛpo di ieſu noy ſupelliremo. Jn vn ſepulcro nouo che i queſto hoꝛto. E daremo a maria alchun cōfoꝛto. Ego autem arbitroꝛ ꝙ adueniēte nocte ipā benedicta ꝟgo ſepius rogata fuit vt eis traderet coꝛpus filij ſepeliendū. Sed ipā dicebat. dimittite me hic moꝛi cū filio meo. vel ſaltē ꝑmittite me iterū oſculari eū. ⁊ tunc oſculabaꝛ loca clauoꝝ. tāgebat coꝛonā ſpineā. multoſq; magne cōpaſſionis actus faciebat atq; ad filium dicebat. O fili dilectiſſime. cur mihi nō loq̄ris? nōne hoc eſt os illud bñdictū qd iudeis ſic dulciꝛ ꝑdicabat? nōne iſte ſunt ille manꝰ que tanta miracula faciebāt? nōne iſti ſunt illi pedes quoꝝ ſcabellum adoꝛaꝛ. o fili dulciſſime, vbi eſt ille tā delectabilis aſpectus? vbi vultꝰ tuꝰ lotus ⁊ iocūdus? vbi eſt facies illa ſerena? vbi eſt viſus ille amabilis. o fili mi ſpecioſe p̄re filijs hoīm quō factus es defoꝛmis et oppꝛobꝛiū hoīm? vbi eſt o fili loq̄la tua ſuauis ⁊ ꝯuerſatio māſueta? q̄re remanet ſine filio mr̄? qualis erit vita mea ſine te fili mi? Tu mihi pr̄ eras. tu mihi mr̄. tu mihi frater. tu mihi ſpōſus. tu mihi blandus filius. tu mee delitie. tu mea gl'ia. tu mihi oīa eras fili mi. Jn his vel ſilibus lachꝛymoſis fletibus ꝑſeuerante ipā meſtiſſima ꝟgine quadā ſctā importunitate inſtabat magd. ⁊ alij vt coꝛpus illud ſacratiſſimū tradi ꝑmitteret ſepulture ꝓpter ſuꝑueniētem nocte. quibꝰ tandē cōſentiēs ⁊ coꝛpus a ſuis brachijs abſtrahi ꝑmittēs. poſt modicum rogabat vt iterū dimitterent illud ſemel oſculari. et poſtea illud eis tradere differebat. ⁊ tandē traditum iterum repetebat, ⁊ totiēs p̄re teneritudine deficiebat quotiens dabat vel accipiebat tandem ſepultū fuit. ⁊ manibꝰ ꝓꝑijs ab ipā virgine in ſepulchꝛo coaptatū. quia vt inqt glo. in c. vbicūq;. xiij. q. ij. melius oſſa cubāt maribus tumulata ſuoꝝ. De hac aūt ſepultura inqt deuotꝰ Vber. de caſa, li. iiij. c. xxvj. Cogita aīa deuota ſi coꝛpꝰ illud fuit a ſanguine lotū vt cōditure aromatū eſſet idoneum, illamq; loturā ſanguinis bibe cum amoꝛis dulcoꝛe: immo teipſam totam in aquas cōuerte vt merearis illi ſacro coꝛꝑi applicari. cogita quāto affectu ille ſcē mulieres ſibi ſedule miniſtrātes dū viuerent: illud ſacrū coꝛpus nitebanꝛ ꝯtingere et ſe magnis fletibus ſociare. ſed ⁊ ille dilectus iohānes exꝑti amoꝛis memoꝛia et coꝛpalꝛ aſpectus fixura doloꝝ pariter ꝑfoſſus: totū ſe lamēto ſacri coꝛꝑis. ⁊ quali poterat refrigerio ſuſpirijs magnis exhibebat. vñ puto ꝙ iſtoꝝ ꝓlongatione fletuū ⁊ deuotoꝝ luctaminū q̄bus mr̄ a filij coꝛꝑe auelli nō poterat. ⁊ quibus ipā illoꝝ coꝛda reliq̄bat in lachꝛymas: vſq; ad hoꝛā completorij eſt ſepultura ꝓtracta vt hoꝛa cōpletoꝛij ꝓ tardis accipiaꝛ veſꝑis ante ſolꝛ occaſū vt quaſi poſſit dici ſepultꝰ in veſꝑis. Piam aūt cōcertationē dilationis ſepulture inter deuotā ꝟginem et aduenientes diſcipulos: deuotꝰ lamētatoꝛ paſſiones ieſu et eximiꝰ doctoꝛ Bernar. in quodam deſcribit tractatu de ſacre ꝟginis planctu. terminato autē ſepulture officio cogita cum quātis

De ſepultura xpi



geſtibus ipſum ſacrū ſaxū ſepulchꝛi materna cōplectebanꝛ bꝛachia. rigabāt oculi. oſculabātur labia. ⁊ totꝰ geſtus coꝛꝑis intra ſua p̄coꝛdia abſoꝛbere videbaꝛ ſepulchꝛū: amplectere ſepulchꝛū pia mater. ⁊ ſuꝑ ipm ingemina mirata ſuſpiria in tuo receſſu. ipſumq; i tuo doloꝛe aſpoꝛta. h̄ ille. Ludolphus aūt chartuſieñ. p̄dicta oīa cōfirmās ⁊ latiꝰ explicās i li. meditationū vite ieſu xpi ꝑ. ij. c. lxv. ait. Hoꝛa veſꝑtina meditaberis mente lugubꝛi ⁊ lachꝛymabili quō mr̄ dñi ⁊ alij quattuoꝛ ſtant ꝓpe crucem neſciētes q̄d facere debeāt. coꝛpus enī deponere ⁊ ſepelire nō poſſunt. qꝛ nec vires ſufficientes habēt nec inſtrumēta q̄bus deponāt. recedere aūt eo ſic manēte nō audēt. ⁊ diu manere nocte appꝛopinquāte nō valēt. vide in quāta ſunt ꝑplexitate ⁊ eis coꝛde cōpatere. Jnterim aūt Joſeph ab arimathia ciuitate iude. x. leucis ab hierl'm diſtāte. antiquitꝰ dicta ramatha. vñ fuerūt helchana et anna parētes ſamuelis. diues ⁊ nobilis genere. ⁊ decurio. i. de oꝛdine curie. ⁊ officia curie imperij romanoꝝ adminiſtrās. vir bonus in ſe quo ad deū. ⁊ iuſtꝰ quo ad ꝓximū ac diſcipulus ieſu. nō de. xij. vel. lxxij. ſed de multis alijs credētibꝰ. qꝛ oēs credētes a p̄ncipio diſcipuli vocabanꝛ. ſed occultꝰ ꝓpter metū iudeoꝝ ne de ſynagoga expelleret. q̄ nō cōſenſerat neci dñi ⁊ actibꝰ ⁊ cōſilijs aliorū xpm ꝑſequētiū. q̄ ⁊ ipſe ſicut ⁊ alij diſcipuli expectabat. ſ. certitudine ſpei regnū dei. nō tꝑale ⁊ terrenū. ſ; celeſte ⁊ eternū. i. regnū celoꝝ a xpo diſcipulis ꝓmiſſum. venit ad ſepeliēdū xpm anq̄ intraret ſabbatū in quo talia facere nō erat licitū. qꝛ enī erat diſcipulus dñi. iō curā de coꝛꝑe eiꝰ h̄re voluit: vt cū honoꝛe ſepeliretur. ⁊ non ſicut dānati coꝛpus ꝓijceret. hic virtute ſanguinis xpi iam fuſi roboꝛatus audacter omni timoꝛe depoſito ⁊ confidenter introiuit ad Pylatū. nec iudeoꝝ timēs inimicitias. nec Pylati poteſtatē. ⁊ petijt magno munere: vt de eiꝰ licētia tolleret coꝛpus Jeſu de cruce. ⁊ ſepeliret illud honoꝛifice. hoc p̄referēs omni theſauro quantūlibet p̄cioſo. Petijt aūt hoc ſibi ꝯcedi. quia ſm leges humanas coꝛpa dānatoꝝ nō debēt ſine licētia deponi vel ſepeliri. ⁊ ꝑmiſit Pylatus tū ꝓpter petentis reuerētiā. tū ꝓpter xpi innocētiā ſibi notā. ⁊ qꝛ plura in moꝛte eius viderat miracula. Jn quadā aūt hyſtoꝛia habeꝛ. ꝙ Joſeph ſeruierat quinq; annis Pylato. ⁊ ꝓ ſeruitio petijt ⁊ obtinuit coꝛpus Jeſu ab eo. Fit aūt hic ſecularis dignitatis Joſeph mētio. nō ꝙ euangeliſta hāc cōmendet. ſed qꝛ ad p̄ſidē niſi talis accedere non poterat. Quia ergo diues erat valde īſignis: ac Pylato notꝰ ⁊ familiaris. potuit de facili ad Pylatū intrare: ⁊ ab eo impetrare. Quia ꝟo bonus ⁊ iuſtus: dignus fuit h̄ myſterio. ⁊ meruit coꝛpus Jeſu ſepelire. Vñ Beda. Magne quidē Joſeph iſte dignitatis apud ſeculum: ſed maioꝛis apud deū meriti fuiſſe laudatur vt ⁊ ꝑ iuſticiā meritoꝝ ſepeliēdo coꝛpoꝛe dñico dignus foꝛet. ⁊ ꝑ nobilitatē potentie ſecularis idem coꝛpus accipe poſſet. Nō enī quilibet ignotꝰ aut mediocris ad p̄ſidē accedere: ⁊ crucifixi coꝛpus poterat impetrare. Vñ ⁊ Aug. Joſeph fiducia dignitatis qua p̄reditꝰ erat familiariter intrauit ad Pylatū. Jā minus curās de iudeis ꝙ uis antea in audiēdo dño deuitaret inimicitias eoꝝ. Vñ etiā Greg: Fuerat q̄nq; Joſeph occultus xpi diſcipulus. deniq; vincula timoꝛis rumpēs. feruētioꝛ factus dñicū coꝛpus turpiter pēdens a ligno depoſuit. cōparās p̄cioſam margaritā ꝟboꝝ modeſtia. Cōſidera nūc foꝛtitudinē Joſeph. quia nō ſolum audet coꝛpus xpi petere: ſed etiā ſepelire. ſicut hō poteſtatē habēs plꝰ ex virtute ꝙ ex adiutoꝛibꝰ. Unde Chꝛyſ. Jnſpice aūt huiꝰ viri foꝛtitudinē. Jn moꝛtis enī periculū ſe tradidit. inimicitiā ad omes aſſumens ꝓpter beniuolentiā xpi. Vñ ⁊ Theophilus. Audet auſum laudabilē. nō enī cogitauit A iudeis decidam. ⁊ expellar a iudeis ſi coꝛpus petā eius qui eſt cōdemnatus. hec Theophi. Qui ergo priꝰ imꝑfectione meticuloſus ⁊ occultꝰ diſcipulꝰ dñi fuerat ꝓp metū iudeoꝝ. vitās tūc inimicitias eoꝝ nūc exēplo moꝛtis xpi animatus ac ꝟtute ⁊ vigoꝛe auctus manifeſtat ſe. ac palā ⁊ facto cōfitetur ac oſtēdit xpi diſcipulum petēdo eius ſepulturā. ⁊ exequēdo minꝰ curās de illis in hoc extremo officio. Cōceſſo aūt ſibi coꝛpoꝛe: vocauit ad ſe quēdam nomine Nicodemū virū ſapiētē ⁊ legiſperitū. ſimiliter diſcipulum xpi occultū. Joſeph igitur mercatus ſyndonē. i. pānū lineū cādentem ⁊ mūdum. venit ad crucifixionis locū poꝛtans ſecū inſtrumēta. quibus clauis euulſis coꝛpus de cruce deponeret. ⁊ ipſam ſyndonē qua ipſum inuolueret. Jſte autē pannus mūdus ⁊ candidus innocentiam dñi ⁊ lilioſam ſignificat caſtitatē vt qui rubꝛica

Joſeph ab arimathia quō petijt coꝛpus ihu ad ſepeliendū

Dignitatis ſtatus Joſeph narraꝛ.

De Nicodemo

ctus fuerat ſanguine paſſionis: candidaret
ſyndone innocētiſſime caſtitatis. Vñ dr̄ in
canticis. Dilectus meus cādidus ⁊ rubicun
dus. Venit ergo Nicodemus cum eo ꝙ priꝰ
timidus nocte ad Jeſuȝ venerat. ſ. ante paſ
ſionem: ferēs ſecū mixturā myrrhe ⁊ aloes
libras quaſi centum ad ipſum cōdiendum.
quia hec ſua amaritudine arcēt ꝟmes a cor
poribus mortuoꝝ. ⁊ ꝙplurimum ea cōſer=
uāt. nec cito corruptioni ſubijci permittūt.
Iſte ante paſſionē chriſti erat eiꝰ diſcipulus
ſed occultus. Poſt paſſionē ꝟo manifeſta=
uit ſe: ⁊ factus eſt publicus. ſed nōduȝ habe
bat veram fidem de reſurrectione. quia at=
tulit myrrhā ⁊ aloes quaſi corpus eius mu
niri indigeret a putredine. licȝ ex deuotione
iſtam vnctionem faceret. Corpus eñ chri=
ſti nō indigebat vnctione cōſeruāte contra
putrefactionē. Scriptū nāqȝ eſt. Nō dabis
ſanctū tuum videre corruptionē. Vñ Chry
ſoſto. Adhuc eñ vt de nudo homine diſpo=
nebant: ſed tamen multā dilectionē demō=
ſtrabāt. ⁊ loquitur de Nicodemo ⁊ Joſeph. *Quos ſignent iſti duo ſ. ioſeph ⁊ nicodemus.*
Per Joſeph autē: qui interpretatur accre=
ſcēs: ſignificatur perſona creſcēs in ꝟtuti=
bus. que corpus dñi poſtulat. quādo pro di
gna receptione eucharistie deū ſuppliciter
orat. Per Nicodemū ꝟo peritū ſignificat
doctor bonus ferēs mixturā. i. doctrinā ex
auctibus ſacre ſcripture confectam. ad vn=
gendum corpus xp̄i myſticū ad eius ſalu=
tem. In ſyndone etiam munda pauptas ⁊
caſtitas notatur. ⁊ in aromatibus virtutuȝ
varietas deſignatur. Felix talis cōſcientia
cui nō deficit beatitudo pauptatis contra
mundum. mūdicia caſtitatis cōtra carneȝ.
⁊ fragrātia ꝟtutū cōtra diabolū. Cū autē
Joſeph ⁊ Nicodemus fuerūt ꝓpe crucifixi
onis locū. genua flectentes adorauerūt do
minū. Quos dum vidit mater volētes de=
ponere corpus: quaſi de morte conſurgens
paululū reuixit ſpūs eius. ⁊ applicātes re
cepti fuerūt ꝑ eā reuerēter. ⁊ parauerunt ſe
ad deponēdum. cū quibus ipſa qd̄ poterat
miniſtrabat adiutoriū. Corpore aūt dñi in
terrā depoſito: dña ſuſcepit caput cum ſca=
pulis ſuis in gremio. Magdalena ꝟo pe=
des apud quos olim tantā gratiā inuene=
rat. Alij aūt circūſtabant. ⁊ planctum ma=
gnū faciebāt. Cōſidera quō feliciſſimus io
ſeph brachijs corpus amplectit. ac ſuo ſtri=
git pectori. ⁊ ꝙ dulciter. ꝙqȝ diligēter bea
tiſſimus Nicodemus ſacratiſſima membra
eius tractat digitis: ⁊ fouet vnguentis. vt
ait Anſel. Venias ⁊ tu chariſſime deuotis
greſſibus ⁊ ſpūalibus acceſſibus ad depo=
nendum dñm deū tuum de cruce. ⁊ ad plā=
gendum eū cuȝ ſua bñdicta matre. ⁊ dicas.
Deus meus bone Jeſu cōcede mihi. vt qui
cum matre tua ⁊ alijs qui tūc aderāt corpo
re intereſſe. ⁊ ea facere nō merui. fideli ta=
men deuotione hec eadem mēte pertractās
illum ad te deū meū pro me crucifixū ⁊ mor
tuū cōpaſſionis affectū experiar. quē inno
cēs mater tua ⁊ penitēs magdalena in ipa
paſſionis tue hora ſenſerūt. Et ſciēdum
ꝙ ꝗuis iſta depoſitio dñi de cruce nō fue=
rit ſibi in penā. quia corpus erat exanime.
Iſtud tñ factū depoſitionis in ſe valde mi
ſerabile fuit ⁊ lamētabile. ꝙ videlȝ corpus
tante nobilitatis tanꝙ cadauer tractaba=
tur: ⁊ beata virgo: que ibi aderat: penaȝ in
hoc facto ſenſit maximā. Ex hoc autē arti
culo depoſitionis dñi de cruce habent duo *Duo documēta ex depoſitione chriſti de cruce*
documēta. Primū eſt ꝙ fideles cōicātes
⁊ accipiētes corpus dñi de altari. equiparā
tur illis qui ipſuȝ depoſuerūt de cruce. par
enim eſt. immo plus. xp̄i corpus ſumere de
ara altaris ꝙ de ara crucis. Illi enim acce
perunt eum in brachijs ⁊ manibus. ſed iſti
ſumūt in ore ⁊ cordibus. Scd̄m documen=
tum eſt. ꝙ ⁊ nos debemus libēter xp̄m cuȝ
Joſeph de cruce deponere. Quādiu eñ pec
cator in peccatis eſt. xp̄m in cruce diſtentū
quantum in ſe eſt vīculat ⁊ crucifigit. Pec
cata eñ noſtra fuerūt cauſa ꝙ xp̄s crucifi=
xus eſt. Sed mox cum per penitentiam ad
deū cōuertitur. ipſuȝ de cruce ſoluit ⁊ depo
nit ⁊ inter brachia ſua ipſum recipit. Unde
ſicut quis cōplectens aliquē inter ſua bra=
chia pōt facere de eo quicquid vult. maxie
ſi illud nō repugnet. Sic peccator ꝯuerſus
per penitētiā. cōſtringēs iaȝ xp̄m brachijs
amoris. potēs eſt de eo omnia que voluerit
obtinere. Nequaꝙ enim xp̄s repugnat pe=
nitēti. ſed paratior eſt ad dandum grām ꝙ
ille ad recipiēdum. Ad cōformādum auteȝ
ſe huic articulo. recogitet hō ꝙ lamētabile
factū fuit ꝙ tale corpus qd̄ erat deꝰ ſic tra=
ctaret ad modū cadaueris. ⁊ ꝙ corona glo
rie iacuit ſic ſupina ⁊ ꝓſtrata in terra. qleȝ
etiā planctū tūc beata ꝟgo fecerit ſup cor=
pus dilecti. Poſt aliquā ꝟo morulā rogat
Joſeph dñam. vt ꝑmittat corpꝰ dñi perūgi
ac lintheaminibꝰ inuolui ⁊ ſepeliri. Ipa ꝟo
cōtendebat dicēs. Nolite amici mei tā cito



mihi filiū meū auferre. Illū adhuc paulu=
lum relinquite mihi vt faciē ipſiꝰ valeā con
templari. ⁊ vidēdo inde aliquātulum cōſo=
lari. Illi volebāt eū tradere ſepulture ⁊ ipſa
volebat eum retinere. ⁊ ſic erat hec pialis ⁊
miſerāda cōtentio inter eos. Flebat illa la
chrymis irremediabilibꝰ. Rigabat lachry
mis faciē ⁊ extincti filij corpus. ⁊ perfunde
bat vndiqȝ plagas eius. lapidē qȝ quo cor=
pus eius poſitū ⁊ locatū fuerat lachrymis
madebat. in quo adhuc lachrymaꝝ eiꝰ indi=
cia apparere dicūtur qui nūc in ingreſſu ec
cleſie ſancti ſepulchri eſſe memorātur. La=
uit ⁊ terſit vulnera eius acruētata ⁊ oſcula
batur ea. ⁊ faciē eius ſacratiſſimam. Aſpi=
ciebat vulnera corpis. ⁊ vultū eius ⁊ caput
videbat ſpinarū pūcturas depilationē bar
be. Faciē ex ſputis ⁊ ſanguine deturpatā. ⁊
de aſpiciēdo ⁊ flēdo nō poterat ſatiari. Virgi
nis dolores narrari nō poſſunt. quia male
illi erat ſicut eſſe poterat. Et ideo quantas
lamētationes vlulatus. plāctus ⁊ fletꝰ ſup
idem corpus vnigeniti filij ſui tunc fecerit: *Limitat rationabil'r ſupius dicta*
verbis explicari non poſſet. Credendum ta
men eſt ꝙ nullos planctus irrationabiles
fecerit. quia dolor eius ad rationē ſuperio=
rem nō pertingebat. Magdalena ꝟo pe=
des dñi quos alia vice lachrymis compun=
ctionis rigauit. tūc multo magis vndis la=
chrymaꝝ cōpaſſionis largiter lauit. Aſpi=
ciebat pedes ſic vulneratos ⁊ perforatos.
deſiccatos ⁊ ſanguinolentos ⁊ flebat ama=
riſſime. ⁊ pre dolore videbatur deficere. Si
militer flebant vehemēter ⁊ alij. ac etiā an
geli p̄ſentes ibi. Unde Auguſtinus. O qs
angeloꝝ vel archangeloꝝ illic nō fleuiſſet:
vbi cōtra naturā auctor nature immorta=
lis deus mortuus homo iacebat? Videbāt
corpus chriſti ſic male tractatuȝ ab impijs
ſic laceratū iacere ⁊ Mariaȝ totā ſuo cruē
tatā in cruore ſic amariſſime flere. ⁊ nullo
modo poterāt ſuas lachrymas refrenare.
Sicut enim poſſibile fuit deū per aſſumptū
hominē mori. ſic poſſibile fuit angelos bo
nos in morte dñi ſui dolere. hec Aug. Plan
ge ergo ⁊ tu chariſſime amare. ⁊ clama cuȝ
Bernardo dicente. O bone Jeſu ꝙ dulciter *Plāctꝰ Ber. de paſſiōe domini*
cum hominibus cōuerſatus es. ꝙ magna ⁊
abundantiſſima eis largitus es. ꝙ dura et
aſpera pro eis paſſus es. dura verba. durio
ra verbera. duriſſima crucis tormēta. Con
templare etiam bene dominū ⁊ ſaluatoreȝ
tuum. gyra ⁊ regyra. volue ⁊ reuolue. a la
tere in latus. a planta pedis vſqȝ ad verticē
capitis. ⁊ nō inuenies in eo ſanitatem. ſed
vndiqȝ dolorem vbiqȝ cruorē. Non eniȝ eſt
in eo mēbrum vel ſenſus corporis. qui ſuā
afflictionē ⁊ infirmitatē vel paſſionem non
ſenſerit. Vide quid in quolibet ſenſu vel in
qualibet parte ſuſtinuit. In capite ſpinas.
in auribus opprobria. in oculis fletū. in ore
fel ⁊ acetū. in facie alapas ⁊ ſputa. in collo
colaphos. in naribus fetorē. quia in loco
ex cadaueribus corrupto fuit crucifixꝰ. cla
uos in manibus ⁊ pedibus. flagella in dor
ſo. lanceam in pectore. Quia enim genus
humanū vulneribus peccatoꝝ fuit plenuȝ.
ſm̄ illud Eſa j. Omne caput lāguidū ⁊ om
ne cor merēs ⁊c̄. Ideo ieſus in omni parte
corporis ſui plagas ſuſcepit: vt ꝑ eius liuo
res in toto ſanaremur. Homo eñ erat īfir
mus in capite. i. in intentione que eſt caput
anime. quia in his que faciebat nō ſanam
intentionē habebat. Erat infirmus in ma
nibꝰ. quia faciebat opera mala vel remiſſa.
Erat infirmus in pedibus. quia habebat af
fectionē immundam aut terrenā. Pes eñ
anime eſt affectus ⁊ amor eius. qr ſicut cor
pus vadit pedibꝰ ſic anima vadit affectibꝰ.
Erat infirmus in corde. quia habebat cogi
tationes noxias ⁊ vanas. Erat infirmus in
toto corpore. qr habebat totā vitā munda
nā. ⁊ cōuerſationē vanā. Ut igitur chriſtꝰ
ſuis liuoribꝰ ⁊ vulneribus nos ſanaret. vo=
luit vulnerari in capite: vt ſanaret omnes
noſtras obliquas intentiones. voluit vul
nerari in manibus: vt ſanaret noſtras ma
las ⁊ peſſimas operationes. voluit vulne=
rari in pedibꝰ. vt ſanaret nr̄as immundas
⁊ terrenas affectiōes. voluit vulnerari ī cor
de. vt ſanaret noxias ⁊ vanas cogitatiōes.
voluit flagellari ⁊ vulnerari in toto corpo *Ecce quō modo ī ſingulis xp̄s crucifixus oret pro nobis*
re. vt ſanaret totā noſtrā vitā ⁊ cōuerſatio
nē. vñ. Ber. Meditare inquit poſitionem
corporis crucifixi. ⁊ vide ſi aliquid eſt in eo
qd̄ nō peroret ꝓ te ad patrē. Diuinū illud
caput multiplici ſpinarū denſitate denſatū
vſqȝ ad cerebri teneritudinē cōfixū eſt. Ad
quid hoc? Ne doleret caput tuū. ne tua vul=
neraret intētio. Caligauerūt in morte ocu=
li ſui. ⁊ illa luminaria magna que illumi=
nāt orbem: ad horā extincta ſunt? Nōne il=
lis obtenebrātibꝰ tenebre facte ſunt ſup vni
uerſam terrā ⁊ illa duo luminaria magna
cū illis luminaribꝰ ſemota ſunt. Hoc aūt to
tū factū ē vt auerterent oculi tui ne viderēt

vanitatē.⁊ ſi videret nō adhererēt. Aures
ille que in celis audiūt ſanctꝰ ſanctꝰ ſanctꝰ
dñs deus ſabaoth.audierūt in terra demo
niacoꝝ voces dicentes crucifige.crucifige.
Ut quid iſtud? Ne aures tue obſurdeſcerēt
ad clamorē paupis,ne reciperēt auditū va
num.nē detractionis virus apertis portis
vſqꝫquaqꝫ ſuſciperēt. Specioſa illa facies
ſpecioſi forma pre filijs hominū ſputis illi-
ta eſt afflicta collaphis.abdictaqꝫ deluſio-
nibus. Quare hoc? Ut facies tua illumina-
ret.illuminata cōfirmaret.⁊ diceret de te.
vultꝰ eiꝰ nō ſunt ampliꝰ in diuerſa mutati.
Os illud qđ angelos docet,hoies inſtruit.
qđ dicit ⁊ factū eſt.felle potatū eſt ⁊ aceto.
Sed hoc factū eſt vt veritatē ⁊ iudiciū lo-
queretur os tuū.⁊ cōfiteretur dñm deū ſu-
um. Manus ille que fundauerūt celos ex-
tenſe ſunt in cruce.clauiſqꝫ tranſuerberate
duriſſimis vt manus tue extēderentur ad
inopem. Pectus illud in quo ſunt oēs the
ſauri ſapiētie ⁊ ſciētie dei abſcōditi lancea
militari ꝑfoſſum eſt vt pectus tuum a pra
uis cogitationibꝰ mūdaret.mūdatū ſancti
ficaret.⁊ cōſeruaret ſcificatū. pedes illi quo
rū ſcabellū adorare debemꝰ qm̄ ſctm̄ eſt.du
ra trāſfixione trāſfixi ſunt.ne pedes tui fe-
ſtinarēt ad malū.ſed currerēt ꝑ viā māda-
toꝝ dñi. Quid plura? Pro te carnē ⁊ aiam
poſuit vt corpus ⁊ ſpm̄ tuū ſibi vēdicaret.
Totū toto ſe te cōparauit. Huic igitur oēm
vitā tuā o hō debes.quia vitā ſuā pro tua
poſuit.⁊ cruciatus amaros ſuſtinuit ne tu
perpetuos ſuſtineres. Cui ꝟo iuſtius viuā
ꝙ illi q̄ ſi nō moreret:ego nō viuerem? hec
Ber.qui etiā ait. Uide hō quo amore te di
lexit dñs deus tuꝰ.vt veſtigia eiꝰ ſequaris.
ꝓ te ligatꝰ eſt vt te a vinculis peccatoꝝ ab-
ſolueret.ꝓ te flagellatꝰ eſt vt te a flagellis
eterne dānationis liberaret.ꝓ te coronatꝰ
eſt ſpinis vt te coronaret in celis. ꝓ te vul-
neratus eſt medicus vt tu ſanareris egro-
tus.ꝓ te crucifixus eſt vt tuas cōcupiſcen-
tias crucifigeret.ꝓ te mortuꝰ eſt vt te a mor
tuis ſuſcitaret.pro te ſepultus eſt vt in te vi
*Modꝰ ſepulture domini narratur.*
tia ſepeliret.hec ille. Cuius ſepulture mo-
dum predictus doctor carthuſienſis vbi.ſ.
c.lxvj.ponit di. Tardante hora rogat Johā
nes dñam vt pmittat aptari ⁊ ſepeliri cor-
pus dñi noſtri anteꝙ̄ intret ſabbatū. Item
ne ppter nimiā morā poſſent a iudeis pati
calumniā. Tandem dña tanꝙ̄ grata et di-
ſcreta ⁊ cogitās ꝙ ipſi Johāni eſſet ꝑ filiū
cōmiſſa.āplius cōtendere noluit.ac ſignās
⁊ benedicēs corpus?vt volebāt aptari per-
miſit. Tūc vnxerūt corpus ⁊ inuoluerūt in
ſyndone munda quā Joſeph emerat.⁊ li-
gauerūt illud lintheis etiam alijs.ſ. ſuda-
rio qđ capiti adhibebatur,⁊ inſtitis ſeu fa-
ſcijs quibus totū corpus alligabatur.q̄ om
nia etiam de lino erāt.⁊ vt creditur Nicode
mus attulerat.⁊ cōdierūt corpus aromati
bus ſicut cōſuetū erat iudeis ſepelire perſo
nas venerabiles.quē ritū acceperūt a patri
bus ſuis ſenioribus. Dña tm̄ ſemper tene-
bat caput ipſius in gremio ſuo.qđ ſibi reſer
uauit aptādū.⁊ Magdalena pedes.apud
quos miſericordiā eſt cōſecuta. Tandē ꝟo
Magdalena pedes lachrymis rigatos de
uote abſtergit.amplexatur.oſculatur ⁊ in-
uoluit.ac aptat fideliter ꝙ melius nouit.
Sic ergo aptato reliquo corpore reſpiciūt
ad dñam vt ipſa cōpleat.⁊ oēs planctum
reincipiūt. Oēs enī ſic amariſſime flebant
vt vix quiſqꝫ coꝝ loqui poſſet.videbāt enī
matrē omni ſolacio deſtitutā.⁊ ſup illā da
bāt potius planctū ꝙ ſup extinctum dñm
ſuū. Reincipe etiā ⁊ tu planctum ſi forte di
miſeras eum. Tūc dña videns ꝙ amplius
differre nō poſſet.ponit vultū ſup faciē fi-
lij ⁊ ex inundantia lachrymaꝝ multo magꝭ
lauit faciē ꝙ Magdalena pedes. abſter-
git autē ⁊ deoſculatur os eius ⁊ in quodā
ſudario caput ipſius inuoluit ⁊ diligenter
*Diſtantia ſepulchri a mōte caluarie*
aptat.⁊ iterū bñdicit eum ⁊ ſignat. Et tūc
oēs adorantes flexis genibus ⁊ pedes eius
oſculātes accipiūt ⁊ portāt eū ad monumē
tum qđ a monte caluarie diſtat paſſibus.l.
Dña tenebat caput ⁊ Magdalena pedes.
reliqui ꝟo erāt in medio.vñ Anſel. Sequē
re ⁊ tu p̄cioſiſſimū celi terreqꝫ theſaurum ⁊
porta vel pedes vel manus brachiaqꝫ ſuſtē
ta. Terre defluentes minutatim p̄cioſiſſimi
ſanguinis guttas curioſius collige.⁊ pulue
rem pedū eius linge. Dolorē quē Maria
in exequijs filij ſui tolerauit.olim Dauid in
exequijs Abner p̄figurauit Abner.ſ.a Joab
fraudulēter interfectꝰ erat. Cuiꝰ interfectio
nē rex Dauid feretrū ſequēs lugebat.ſ etiā
alios ad plorandum incitabat. Ita btā vir-
go ⁊ alij deuoti exequias xp̄i deplāxerunt
⁊ corda ſua intima compaſſione ſciderunt.
Erat autē prope locū crucifixionis hortꝰ.
⁊ in horto monumētū nouū.ſ.ipſiꝰ Joſeph
ſumptuoſe factū.⁊ in petra exciſum.id eſt
in vno lapide ſm̄ quātitatē hois cōcauatū.



In quo nondum quiſꝙ̄ poſitus fuerat. in
quo ſepelierūt eum reuerēter ⁊ deuote fle-
xis genibꝰ.magnis ſingultibus.⁊ ſuſpirijs
validis.⁊ ſic dñm vite dederunt ſepulture
mortis. Tūc vt ait Augꝰ.ad illius exeq̄as
angeloꝝ milia miliū decātabāt qui oēs cō
uenerāt ad ſepulturā dñi ſui. Illi cantabāt
laudes.ſed Maria dabat gemitus ⁊ ſuſpi-
*In alieno ſepulchro voluit ſepeliri*
ria cordis. Quare aūt in alieno ſepulchro
ſepeliri voluit.ponit Ambro.qui ait. Sal-
uator in aliena ſepultura ponitur qui ꝓ ali
ena moriebat ſalute.vt quid enī illi ꝓpria
ſepultura qui in ſe ꝓpriā mortem nō habe
bat? Theophilus ꝟo dicit. Qui domū in vi
ta nō habuit:poſt mortē quoqꝫ in alieno ſe
pulchro recōditur.⁊ nudus exiſtens a Jo-
ſeph operit vt oſtēderet abūdantiā pro no
bis aſſumpte paupꝛtatꝭ.⁊ Anſel.inq̄t. Pau
per ita fuit xp̄s vt nō in ſua.ſed in aliena do
mo naſceret.⁊ viuēs in hoc mūdo nō habe
ret vbi caput ſuū reclinaret.nec moriēs.vñ
nuditatē ſuā tegeret.nec mortuus vñ inuol-
ueretur.nec ſepulchrū aut locū vbi corpus
ſuū poneret. Sepulto aūt dño mater eius
omni corde amplexabatur ſepulchrū.⁊ qua
poterat voce bñdicebat filiū ſuum.ad ſepul
chrum ſedēs innixa illi manus extendebat
⁊ deſup illud oſculās amaro nimis dñm ſin
gultu deplorabat. Acceſſit Johānes. et lu-
gens etiam ipſe multū leuauit eam lugētē.
Et exeūtes oēs de monumēto poſuerūt la
pidem magnū ad oſtiū monumēti ꝓ clau-
ſura. ¶ Appropinquāte aūt nocte dixit Jo
hānes dñe ꝙ eis expediebat recedere.quia
nō erat cōueniēs ibi morari.vel de nocte ad
ciuitatē redire. Tūc domina prout pōt ſur
git ⁊ ad monumētum genu flectit.⁊ ipſum
amplectitur ⁊ bñdicit. Nam cruciata gemi
tibus.fatigata doloribꝰ.afflicta ploratibꝰ
nequibat ſtare pedibus. Tamen ſicut pote-
rat a mulieribꝰ ſanctis adiuta:cūctis plorā
tibꝰ ſimul cum ea cepit recedere. Cū autem
venerūt ad crucē.ibi ipſa genuflexit.⁊ cru-
cē adorauit.ſimiliter ⁊ oēs fecerūt. Cogita
re itaqꝫ potes ꝙ ipſa fuit prima que crucē
adorauit ſicut etiā fuit prima que filiū na-
tum adorauit. Adorata autē cruce incede
bant verſum ciuitatē hieruſalē.ſed pia dña
ſepe ſe ꝯtrebat retro aſpiciēs ꝑ cōpaſſionē.
Intrātibus autē illis ciuitatē:multi vidē-
tes dominā moti pietate ſuper illius dolo-
re ad luctum cōuertebātur amarū.⁊ cōcur
rebāt vndiqꝫ bone matrone ⁊ ꝟgines am-
bulātes poſt ipſam ⁊ aſſociātes eam ꝑ viā
⁊ cōſolātes ac etiam lamētantes eam. Sed
⁊ boni homines ꝑ quos trāſibat cōpatiebā
tur eidē ⁊ mouebant ad fletum. vndiqꝫ fit
ploratus magnus ⁊ luctus. Nā dolor eius
multos faciebat dolētes.vix lachrymas cō
tinere poterāt quicūqꝫ eam plorantē vide-
bant. Fiebat luctus quocūqꝫ trāſibat Ma
ria.plorabat ipſa.plorabāt ⁊ omnes ambu
lantes cum ea.plorabāt ⁊ multi venientes
obuiā ei. Sic vtiqꝫ deducitur a plorātibus
plorās quouſqꝫ peruētum eſt ad domū Jo
hānis. Cum autē ventum eſſet ad domū.
tūc ipſa vertēs ſe verſus illas dominas in-
clinauit ſe gratias agēs.ille ꝟo inclinātes
ſe eidem valedixerūt ⁊ cū lachrymis receſſe
rūt. In domū ergo intrās flebat ⁊ lugebat
valde cum Johāne ⁊ Magdalena ac ſoro-
ribus ſuis. Soluebat dolor amaras lachry
mas. Deplorabatqꝫ ꝟgo filij ſui mortē ni
mis amarā in corde ſuo recolēs.ac paſſio-
nis loca ⁊ cuncta que paſſus fuerat in ani-
mo voluēs.hec omnia p̄dictus doctor car-
thuſiēſis. Alius autē deuotus p̄dicator in-
quit.ꝙ poſtꝙ̄ piiſſima virgo ſepeliuit filiū
ſuū:rogauit beatū Johannē qui fuerat p̄-
ſens in omnibus locis in quibꝰ ſteterat filiꝰ
eius poſtꝙ̄ receſſit ab ipſa bethania cum
iret ad paſſionē vt eā in eis duceret.⁊ quid
in eis filius ſuus operatus erat.vel paſſus
fuerat apiret. Sed breuitatis cā pertrāſeo
quomodo per viā euntes inuenerūt in loco
vbi xp̄s ceciderat cū cruce lapidē ſanguine
vultus ieſu cruētatum.⁊ ibi btā virgo ama
ras effudit lachrymas lapidēqꝫ illū aſpor-
tauit adiutorio comitū.p̄termittā etiā quō
eunte illa in montē ſyon occurrit ei cum fle
tu ⁊ meſticia dñs domus q̄ receperat hoſpi
tio filium ſuū ⁊ ei parauerat cenā. erat enī
diſcipulus ieſu ⁊ ſecū cōdoluit de morte eiꝰ.
Itē quod audiēs piiſſima ꝟgo ꝙ in eo lo-
co filius eius omnibꝰ apoſtolis lauiſſet pe-
des.genuflexus ante eos.⁊ eis ſuū corpus
in cibum ⁊ ſanguinē in potū dediſſet.rep̄-
hendit ipſos apoſtolos dicēs. O ingrati de
tāto bñficio.heu nōne debebatis potiꝰ mor
tē ſubire ꝙ tā piū ⁊ dulcē magiſtrū vrm̄ de-
relinquere? Solū dicā ꝙ cū perueniſſet btā
virgo ad hortū in quo captus fuit eiꝰ filiꝰ.⁊
in quo cū priuſꝙ̄ apprehēderet factꝰ in ago
nia prolixius orabat.⁊ factꝰ eſt ſudor eiꝰ ſicut
gutte ſanguinis defluētis in terrā.vt dicit
Lu.xxij.vidēs piiſſima ꝟgo terrā ſanguine

madefactā, ⁊ intelligēs ꝙ ille ſanguis defluxerat de facie filij ſui. ex repſentatione ⁊ memoria future paſſionis: cepit altius ingemiſcere ⁊ plāctus ac dolores p̄teritos renouare. O miſerabile ſpectaculum. O res nō ſine lachrymis memorāda. cū meſtiſſima mater ſemimortua in terrā ſe pſternit oſculatur ſanguinē p̄cioſum dilecti filij ſui. ⁊ ſuis ſanctiſſimis manib⁹ illū recolligens dicit. Terra tu nō es digna poſſidere tā nobilem theſaurū. Quis poſſet a fletibus cōtinere vidēs bn̄dictā virginē habentē manus ſanguine filij ſui rubricatas ⁊ illū ſanguinē cum terra illa madefacta reuerenter portantē ad domuʒ Johānis? Quia ꝟo ex nimio plāctu deſiccate erant lachryme ab oculis eius. ipſa cuʒ ſuſpirijs ⁊ ſingultibus forte dicebat. O fōri. o mare. o flumi. o vui torrenti ſorgite prego laqua a ioci mei. Si che reſolia in planti i ſentimēti. Cū qua bn̄dicta dn̄a noſtra ⁊ nos plāgamus ex recordatione paſſionis filij ſui. vt ad eius gaudia poſtmodū perueniamus. ⁊ cum ea letemur in gloria paradiſi. Amē.

De paſſione gaudij ipſius beatiſſime virginis. Sermo ſcd̄s in hac parte.

D i:

IN gaudio eius nō miſcebif extrane⁹ Prouer. xiiij. Quātū fuerit gaudiū in mēte ꝟginis atq̄ leticia. ⁊ ꝯſolatio. ac iocūditas ⁊ exultatio. etiā in hac vita. nullus exprimere poſſet: ſed nec cogitare. ipſa aūt ſola nouit que ſola experta eſt. Et ad hoc applicari poſſent verba thematis noſtri. Hic aūt nō loquimur de gaudio mūdano, de quo dicif Eccl'i. ij. Riſum reputaui merorē. ⁊ gaudio dixi: quid fruſtra deciperis? Dicit em̄ Ber. in quodā ſermone de hoc vano gaudio temporali. Extrema gaudij luctus occupat. hic eſt trāſitorie leticie finis. hic fruct⁹ glorie tēporalis. Et Job. xx. ſcriptū eſt. Gaudiū hypocrite ad inſtar puncti. Iſte autē hypocrita. vt exponit Greg. in mora. eſt mundus. qui hominē fallit pmittēdo ei dare verā leticiam quā dare nō pōt. Tale gaudiuʒ btā ꝟgo habere noluit. que in vanitate mundi nunq̄ delectata fuit. Habuit autē gaudia omnia que pōt cū merito habere aliqua pura creatura. Vn̄ de ipſa exponi poſſet illud ij. Mach. iij. Gaudio ⁊ leticia repletum eſt tēplum. Ipſa enim, vt alibi declarauimus, d̄r tēplum dei. De illa etiam exponi poſſet illud qd̄ fuit predictum Eſa. lj. ſ. Gaudium ⁊ leticia inuenietur in ea gratiarum actio ⁊ vox laudis. Vn̄ ipſa dicebat illud Eſa. lxj. Gaudens gaudebo in dn̄o. ⁊ exultabit anima mea in deo meo. Et illud Abacuch. iij. Ego autem in dn̄o gaudebo. ⁊ exultabo in deo Jeſu meo. Quis enim vnq̄ hoc melius dicere potuit q̄ mater eius. Cū etiā dicatur Prouer. xxix. Juſtus laudabit atq̄ gaudebit. Quanto magis gauiſa fuit ⁊ deū ſemper laudauit iuſtiſſima genitrix illius? Et ſi rectis corde eſt leticia. ps. xcvj. Quā leticiā ſentiebat rectiſſimum cor innocētiſſime ꝟginis? Et ſi omnib⁹ iuſtis ⁊ fidelib⁹ xp̄ianis d̄r Matth. v. Gaudete ⁊ exultate. qm̄ merces veſtra copioſa eſt in celis. Et Luce x. Gaudete quia noīa veſtra ſcripta ſunt in celis. quātū exultare debuit ꝟgo glo̊ſa. cuius merces ſup omnes alias erat copioſiſſima. ⁊ cuius nomen poſt nomē filij dei erat in celis deſcriptū? Et ſi omnib⁹ ſe diſponētibus ad gratiā recipiēdā dicitur Eſaie. xij. Haurietis aquas in gaudio de fontib⁹ ſaluatoris. Quātā debuit haurire leticiā illa que ſup oēs ſe diſpoſuit ad gratiā recipiendam. Profecto ipſa fuit primiceria eoꝝ in quoꝝ perſona dicebat Dauid ps. cxxv. Repletum eſt gaudio os noſtrū. ⁊ lingua noſtra exultatione. Unde dixit Luce. j. Exultauit ſp̄us me⁹ in deo ſalutari meo. In ei⁹ enim pſona predictū fuerat per figuram illud. j. Reg. ij. Exultauit cor meum in dn̄o. Et ideo dicere potuit in ipſo ingreſſu i mūdum illud Eſa. lx. Exultabit anima mea in deo meo. Ipſi quoq̄ cōuenire pōt illud Johelis. ij. Exulta ⁊ letare terra. Nam beata virgo terra in ſacra pagina appellatur. Et illud Zach. ix. Exulta ſatis filia ſyon. iubila filia Hieruſalē. Quare aūt ipā ſup alios letari deberet manifeſtū eſt. Nā ps. ciiij. d̄r. Letetur cor querentiū dn̄m. Et. ij. Paral. vj. Sancti tui letentur in bonis. d̄r deo. Et ps. ciij. Letabif iuſtus in opib⁹ ſuis. ⁊ Prouer. xv. Letaf hō in ſciētia oris ſui. Et eiuſdem lib. c. xxiij. qui ſapientē genuit letabif in eo. Abſq̄ dubio ipſa que ſemp dn̄m queſiuit ⁊ toto corde ei adheſit. que etiam iuſticia plena. ſanctiſſima. ac omnib⁹ bonis operibus ornata fuit. atq̄ ſapiētiſſima exiſtēs dei ſapiētiā genuit ſup oēs creaturas poterat dicere deo illud ps. xxix. Circundediſti me leticia. Et ps. iiij. Dediſti leticiā in cor

Gaudium mūdi



de meo. Unde ei cōtinue dicebat illud ps. ix. Letabor ⁊ exultabo in te. Adeo aūt ſuperueniēs in eā ſpūſſanctus letificauit ipſaʒ q̄ eſt dei ciuitas, iuxta illud ps. xlv. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei. ꝙ ipſam leticiā omnib⁹ cōſcabat. ⁊ oēs cum ea cōuerſantes dulcedine ⁊ iocūditate replebat. Unde Sap. viij. d̄r. Nō hʒ amaritudinē cōuerſatio eius. Nec tedium cōuictus illius: ſed leticiā ⁊ gaudiū. Quia etiā beata virgo erat ſemp leta ⁊ plena gaudio diuinoꝝ. ideo licʒ naturaliter eſſet pulchra. tn̄ ex hoc apparebat pulchrior. Ait em̄ Statius li. j. achillei. O quātum gaudia forme adijciūt. Et Pāphilus poeta ſui libri. c. iij. ait. Eſt cum leticia pulchrior om̄is hō. Seruauit nāq̄ mr̄ dei illud ad Phil. iiij. Gaudete in dn̄o ſemper iterū dico gaudete. Gaudiū aūt habuit multipliciter. ſ. gaudiū charitatis ⁊ pacis. De quo ad Gal. v. d̄r. Fructus aūt ſp̄us eſt charitas. gaudiū. pax ⁊c. Gaudiū em̄ ⁊ pax ſunt effectus q̄ immediate naſcūtur a ſpūſancto, vt ait beat⁹ Tho. ij. ij. q. xxviij. Habuit etiā gaudiū in ſpūſancto. in quo conſiſtit regnū dei. vt d̄r ad Rom. xiiij. Habuit leticiā bone cōſciētie. De qua Prouer. xvij. d̄r. Animus gaudens etatē floridam facit. ⁊ ſecura mens quaſi iuge cōuiuium. Econtra ꝟo eſt de mala cōſciētia. iuxta illud Augu. in. j. cōfeſ. dicētis. Juſſiſti dn̄e ⁊ ita eſt. vt omnis animus inordinatus ſit pena ſibijpſi. Et Eſa. lvij. d̄r. Cor impij quaſi mare feruēs quod quieſcere nō poteſt. Et in eodem. c. etiā ſcriptū eſt. Non eſt pax impijs. Ipſa ergo habuit in ſummo illud gaudiuʒ. de quo d̄r Eccl'i. xxx. Nō eſt oblectamentū ſupra cordis gaudiuʒ. Nā iocūditas cordis eſt vita hominis. Sancta quoq̄ ⁊ colūbina eius ſimplicitas mentē eius letā tenebat ⁊ feliciſſimā reddebat. Inquit em̄ Greg. xij. mora. Nihil eſt ſimplici corde felicius. quia quo innocentiā circa alios exhibet. nihil eſt qd̄ pati ab alijs formidet. Habet em̄ q̄ſi arcem quādam fortitudinis ſimplicitatē ſuā. nec ſuſpectus eſt pati. qd̄ ſe feciſſe nō meminit. Vn̄ ⁊ bn̄ p ſalo. Prou. xiiij. d̄r. In timore dn̄i fiducia fortitudis. Qui ⁊ rurſus ait. Secura mens quaſi iuge cōuiuium. Quaſi enim cōtinuatio refectionis eſt ipſa tranquillitas mētis. hec ille. Flos etiā virginitatis nō parū leticie mēti eius intulit. Ait enim Hiero. in plogo ſup Johānē. Virgines merito in deo delitias inueniunt. quia amore eius delitias carnis relinquūt. Sanctiſſima quoq̄ eius humilitas. pia deuotio, obediētia pmpta. laudabilis prudentia, ceterarūq̄ ꝟtutū decor mirū in modū mentē ipſius letificauit. Ait em̄ Greg. Abſit vt tāta ſit delectatio in vitijs quanta eſt in virtutib⁹. Et magiſter ſen. in. j. di. j. inq̄t. Virtutes ppter ſe petēde ⁊ amāde ſunt. q2 ſuos delectāt poſſeſſores ſyncera ⁊ pura et ſancta delectatione. ⁊ in eis pariūt gaudiū ſpūale. Sup omnia aūt in hoc mūdo eā letificauit gratia diuina: ⁊ ſeptē ſpūſſancti charismata. Nā ſup illud Prouer. xiij. Lux iuſtoꝝ letificat. ait glo. Gr̄a eſt cordis delectatio. Quāta ergo habuiſſe gaudia credenda eſt que ſpūſſancti gr̄a fuit repleta. ⁊ que in vtero ſuo angeloꝝ gaudiuʒ concepit? Et ideo Bern̄. ſuper Miſſus eſt. inquit. Neceſſe erat non modico leticie ⁊ amoris pueniēte inflāmari incendio. que filiuʒ paterne dilectionis cum gaudio ſanctiſpūs mox erat conceptura. neq̄ enim niſi in deuotiſſimo atq̄ puriſſimo corde tanta ſe capere poterat dulcedinis ⁊ alacritatis affluentia. hec ille. Sed de his omnib⁹ gaudijs pnunc p̄termittamus loqui. Et iterum de gaudio eiuſdem virginis quādo filiū amiſſum quē per triduuʒ cum maximo dolore queſierat in tēplo inuenit. Credenduʒ eſt em̄ ꝙ ſummopere exultauit. vnde cū maximo gaudio dicebat vicinis ſuis illud Cant. iij. Inueni quem diligit anima mea. tenebo illū nec dimittā. Pertrāſibo etiam gaudium qd̄ habuit ipſa bn̄dictiſſima virgo ex eo ꝙ ipā ſola eſt electa mater filij dei. Itē nō referam eius exultationem quā cōtinue habebat ex cōſideratione. ꝙ p eius filiū tota humana natura liberata eſt ab eterna dānatiōe. Si enim gaudiū magnū eſt angelis ſuper vno peccatore penitētiā agente Lu. xv. ⁊ Matthei. xviij. ⁊. c. q2 tua. l. diſt. ⁊. xxiij. q. iiij. §. ex his. Quāto magis ipſa exultare debebat de tota humana natura per ſui ventris fructum recōciliata. Quātū etiā letari debebat cum videret ſe fuiſſe cām reſtaurationis angelice mediante filio ſuo. De quo d̄r Coll. iij. Pacificās p ſanguinē ſuū q̄ in celis ſunt ⁊ q̄ in terris ⁊c. Solū aūt in hoc ſermōe de gaudijs illis diſſeremus de q̄bus cōiter ab eccleſia laudaf. que i his cāticis deſcribunf cū ei canif. Gaude ꝟgo mr̄ xp̄i que p aureʒ cōcepiſti Gabriele nūcio. Gaude q2 deo plena peperiſti ſine pena cum pudoris lilio.

Maria habuit gaudiū multipliciter

Septeʒ gaudia ꝟginis

Gaude quia magi dona tuo nato ferũti bo
na quē tenes in gremio. Gaude quia iuxta
legē obtuliſti mũdi regē in tēpli ſacrario.
Gaude quia tui nati quē dolebas mortem
pati fulget reſurrectio. Gaude xpo aſcēdē
te qui in celis te vidēte motu fertur ꝓprio.
Gaude ꝟgo qꝛ miſit paraclytũ quē ꝓmi
ſit ſanctoꝝ collegio. Gaude que poſt ipſuꝫ
ſcandis. ⁊ eſt honoꝛ tibi grādis in celi pala
cio. Ubi fructus vētris tui per te nobis de-
tur frui in perhenni gaudio. Amen. Iſtorũ
aũt gaudioꝝ primum dꝛ ſalutationis ſiue
cōceptiōis. ſcðm parturitionis. tertiũ ado
rationis ſiue oblationis. quartũ preſentati
onis. quintũ reſurrectionis ⁊ aſcenſionis.
ſextũ miſſionis ſiue receptionis. ſeptimum
ꝟo appellatur aſſumptionis.

Pars prima huius ſermonis de primo
gaudio beate ꝟginis qꝺ dꝛ ſalutatiōis ſiue
cōceptionis.

E S I aliqs magnus impatoꝛ deſtina-
ret vnũ de ſuis principalibꝰ ſecreta-
rijs ⁊ ambaſiatoꝛibꝰ ad aliquā pau-
perculā iuuenē ad accipiēdum eā in ſpōſaꝫ
dilectā ipſius imperatoꝛis: certe indicibili-
ter ex hoc illa gauderet. Quantũ ergo gau
diũ putādum eſt habuiſſe ſacratiſſimā ꝟgi
nem. cũ ei celeſtis paranimphus Gabriel
genuflexus corā illa tanꝗ dn̄a ſua reueren
ter decantauit ex parte celeſtis impatoꝛis
⁊ dixit. Aue gratia plena dn̄s tecuꝫ. Quis
enarrare ſufficiat quanta ſuauitas ⁊ exulta
tio nō ſolum mentē: ſed etiā corpus ipſius
ꝟginis intrauerit cuꝫ ipſa virgo dicēs. Ec-
ce ancilla dn̄i ⁊c̄. felicitatē eternā in vtero
ſuo clauſit ⁊ incarnari fecit? Sed de hac cō
ſolatione dixi in. v. pte principali huiꝰ ope-
ris. ſermone. ij. pte. iij. Nunqd enī nō ſum-
mopere exultare debebat que non ſolum ſe
gratia plenā. ſed etiā in ea ſtabilitam ⁊ con
firmatā cognoſcebat. ⁊ ſecura de immarce-
ſcibili gloꝛia ſua facta erat. Atqꝫ ſe nō ſolũ
matrē creatoꝛis factā eſſe videbat atqꝫ ſpō
ſam eterni patris. ſed ⁊ totius mũdi domi
nam ⁊ angeloꝝ reginam. Et ideo Auguſti
nus in ſermone natiuitatis eiꝰ inquit. Gra
tulare beata virgo chꝛiſtus rex ex ſolio ſuo
venit in vtero tuo. Ex ſinu patris in vterũ
dignatꝰ eſt deſcēdere matris ⁊c̄. Ipſa qꝫ bn̄
dicta virgo alios ad cōgaudenduꝫ ſecũ in-
uitat dicēs. Congratulamini mihi omnes
qui diligitis dominũ. quia cum eſſem par-
uula placui altiſſimo. ⁊ de meis viſceribus

*Gaudiuꝫ hūit Maria in ſalutatione angeli.* (margin)

genui deum ⁊ hominē. Unde ⁊ ſancta eccle
ſia admirās ait. Genuit ꝓuerpera regē cui
nomē eternũ. Et gaudium matris habens
cum virginitatis honoꝛe. Nec primaꝫ ſimi
lem viſa eſt nec habere ſequentē. Hoc autē
gaudium recepit beata virgo exiſtēs in oꝛa
tione. vt oſtendatur ꝙ deus mittit gratias
ſuas oꝛationi vacantibus. Unde magiſter
Johānes gerſon in ſua Joſephina ait. Uir
go diuinius intrat. Mentis in archanum
ſuſtulit ſeſe ſuper ſe. Alta ſuper rapitur. ce-
los ſuꝑ euolat omnes. Cuncta creata ſilēt
fruitur caligine diua. Nullum interturbāt
tandeꝫ fantaſma quietē. Excedit mēs acta
deo. loquiturqꝫ ſilenter. Alme pater totiēs
hominum miſerate laboꝛes. Nũc miſerere
precoꝛ. etenim tēpus miſerēdi. Uenit. quo
dire frāgatur ianua moꝛtis. Quo celos re-
ſeres. vtinā diſruperis illos. O celi roꝛate
pluāt. o nubila iuſtum. Germinet et terra
ſaluatoꝛē bn̄dictum. Cōcurrunt pariter ſa-
croꝝ carmina vatum. Qꝛ dominus ꝓpe.
ꝙ gens quē deſiderat omnis. Adueniet. ꝓ
pera. iam non tardaueris oꝛo. Iam ſceptrũ
iuda ſublatum. iam danielis. Uiſio cōplen
da. iam virgo puerpera fiet. Iamqꝫ virum
mulier circũdabit hemanuelē. Sic ſymeō.
ſic anna ſenes dixere recenter. Duꝫ me dei-
fici templi ſecreta tenerēt. Myſteriũ ꝑgrā-
de nimis. quis nouerit illud? Quis capiet?
ſed certa fides preſtanda ꝓphetis. Tēpo-
ris articulo tali delapſus ab alto. Preradi
ans gabriel totus feſtiuꝰ eo ꝙ Mittit ad
talē. talem deferre ſalutem. Gratia qua ce
lis. qua pax ſit reddita terris. Infima q iũ
gat ſummis. deus ac hō fiat. Uirginis īgre
ditur thalamũ cum luce coꝛuſca. Cum pul
chꝛo nimium vultu. cultuqꝫ decoꝛo ⁊c̄. vide
ibi. quia nimis eſſet longum omnia metra
recitare. Inferius autē dicit. Dum ꝓtulit
oꝛe. Ecce ancilla dei. fiat miſſum mihi ver-
bum. Foꝛmatur ſubito nouus atqꝫ nouiſſi-
mus adā. Immerſuſqꝫ deꝰ minimos ſinuat
in artus. Cōiugiũ mirare nouũ deitas vbi
nubit. Et infra. Audit vt gabriel reſpōſa fi
delia nouit. Uirginei vētris thalamo virtu
te repēti. Qꝛ verbum caro factum eſt. illud
ꝓnus adoꝛat. Atqꝫ peracta videns man
data receſſit ab illa. Gloꝛificās dominũ. ce
leſtis cũ comitatur. Multa cohoꝛs iubilās
hymniſqꝫ canoꝛa melodis. Gloꝛia ſit celis
dn̄o ſit pax bona terris. Mater ⁊ ipſa no-
ua grato noua gaudia coꝛde Leta canit ⁊c̄.

*Metra Joſephina gerſonis de gaudio Marie* (margin)



*Gaudiuꝫ hūit i viſitatione elizabeth.* (margin)

Hic ptranſeo aliud gaudiũ qꝺ ipā virgo
habuit dũ creatoꝛē celi ⁊ terre ac dominũ
angeloꝝ ⁊ iudicē ſeculoꝝ in vtero ſuo hñs
gaudioqꝫ ⁊ ſuauitate repleta in montana
ꝑrexit ad viſitandũ elizabeth. tota ſpūſctō
plena erat. ad ſalutationē ſuam repleta de
ſpūſancto eſt ipſa elizabeth. ⁊ exclamauit
di. Bn̄dicta tu inꝯ mulieres. ⁊ bn̄dictꝰ fru-
ctus vētris tui. Et vnde hoc mihi vt vēiat
mr̄ dn̄i mei ad me? Ecce enī vt facta ē vox
ſalutatōis tue in auribꝰ meis. exultauit in
gaudio infans in vtero meo. Et btā q cre-
didiſti qm̄ ꝑficientꝯ in te q dicta ſunt tibi a
dn̄o. Tunc maria tantā leticiā ampliꝰ oc-
cultare nō ꝑualens. cũ iubilo ⁊ exultatiōe
mētis cecinit di. Magnificat aīa mea dn̄ꝫ
⁊c̄. Cōcludēdo ergo ꝑmā ptē huiꝰ ſmonis
dico ꝙ hoc ꝑmũ gaudiuꝫ btiſſime ꝟginis
cauſabatꝯ ex qttuoꝛ. Pꝛio ex eo ꝙ effecta
erat mr̄ illiꝰ cuiꝰ deus ſolꝰ erat pr̄. De quo
Aug. in ſmone aſſumptionis inqt in pſo-
na dei angelo gabꝛieli. Uade ⁊ antiquum
cōſiliũ ꝟgini defer marie. Huic ego vnicũ
filiũ meũ. quo charioꝛ alꝯ nemo fuit. et vt
plenius dicā. alterũ me donare volo vt il-
zati ſunt. ⁊ facti ſunt adiutores ꝑdicatiōis
Corpo-ra regū vbi ſint — eius. Quoꝝ corpora poſt felicē mortē ꝑmo
per Helenā Cōſtātini matrē repta Cōſtā-
tinopolim trāſlata ſunt. Deinde ꝑ ſanctum
Euſtorgiū mediolanēſem epm̄ Mediola-
nū ſunt ꝑducta. Et vltimo ꝑ Federicū im-
peratore Coloniā theutonie ſunt delata.
Et vt dr̄. ſemꝑ cū facie reſpiciūt verſus Me
diolanum. ⁊ ſi aliquādo reuoluātur: iteꝝ ſe
vertūt verſus ipſam ciuitatē. in qua multꝫ
annis ſteterūt. Coꝝ vo anime cū dn̄o Je-
ſu xp̄o: ⁊ ipſa btā virgine matre eius in ce-
leſti regno triūphant.

Pars quarta huius ſermonis que dicit
preſentationis.

R D E quarto gaudio bn̄dicte vginis ſa
tis dixi in. viij. parte principali hu-
ius operis. ⁊ ideo hic breuiter per-
trāſeo. Si em̄ Symeon tantū gauiſus eſt
in preſentatione paruuli Jeſu in templo: vt
viſo ⁊ amplexato eo cātauerit. Nūc dimit-
tis ſeruū tuū dn̄e ⁊c. quantū debebat iubi-
lare mater eius videns ſanctū Symeonem
ſpūſancto feruentē obuiare filio ſuo. ⁊ co-
ram eo genua flectere. eūqꝫ vt dn̄m ⁊ deum
ſuum adorare adhuc in maternis brachijs
exiſtentē. atqꝫ cū humilitate ⁊ deuotiōe ma
xima extendentē brachia ſua. ⁊ dicentē ei-
dem piiſſime virgini. O bona dn̄a. o geni-
trix dei mei. o regina celi. obſecro placeat vo
bis dare mihi oſculādum ⁊ amplexāduꝫ. ac
in vlnis meis fouendum dulciſſimū filium
veſtrū ſaluatorē meū. quē tanto tēpore ex-
pectaui. ⁊ videre deſideraui. ⁊ de cuius viſi-
one reſpōſum a ſpūſancto accepi. Ego eniꝫ
ad hoc officiū a deo electus ſuꝫ. ad h̄ miſſus
ſum ⁊ huic miniſterio reſeruatus. Cui cum
benigna virgo filiū ſuū liberaliter obtuliſ-
ſet. ex cuius bn̄dicti pueri facie radij lucidiſſi
mi exibāt. ille lachrymis ex dulcedine decur
rentibus eum reuerēter ⁊ ſuauiter ample-
xatus ⁊ oſculatus exclamauit. O felix ma-
ter que te bn̄dictum ſaluatorē meū genera
uit. beatus vēter qui te portauit: ⁊ vbera q̄
ſuxiſti. Exiſtimo autē ꝙ ipſe Symeō ebriꝰ
ſpiritu exclamaret. Currite currite oēs gen
tes. ⁊ videte puerum qui fecit celos. Curri
te vgines. ⁊ letamini cum Maria. currite
viri. ⁊ accingimini vtute cū ſancto Joſeph
currite vidue ⁊ predicate ac bn̄dicite hunc
ſanctiſſimū paruulū cū Anna. Currite an-
geli ⁊ obſtupeſcite eū in templo offerri cui
omnia offerūtur ſacrificia. Currite iuſti ⁊ ac
cipite leticiā. Currite peccatores ⁊ accipite
veniā. Currite ſenes ⁊ cātate mecū. Nūc di
mittis ſeruū tuū dn̄e ſm̄ verbum tuū in pa
ce. Quia viderūt oculi mei ſalutare tuū ⁊c.
Jn quo cantico laudauit filiū vginis de tri
bus. primo ꝙ eſſet ſaluator mundi. ſecūdo
ꝙ eſſet lumen totiꝰ orbis. tertio ꝙ eſſet glo
ria plebis Jſrael. quia magna eſt gloria iu
deoꝝ ꝙ filius dei natus ſit de eoruꝫ ſtirpe.
Nō ſolum aūt gauiſa eſt beata virgo de ſan
cto Symeone cōmendante filium ſuū. ſed
etiā de beata Anna ꝓphetiſſa. que mirabi
lia de xp̄o omnibꝰ ꝑdicabat. De his aūt om
nibꝰ tractat Johēs gerſon vbi. ſ. dicēs. Re
ſpōſum ſymeon accepit deſuper olim. Non
te mors rapiet niſi xp̄m videris ante. Xp̄s
vbi venit quid gratia ſuggerit audit. Gra-
tia celeſtis radians bonitatis imago. Ecce
ſuum venit ad templū dn̄s dn̄ator. Juſte ſe
nex timorate dei quē ſp̄us implet. Jnterno
affatu: fac occurras veniēti. Ulnis accipito
pueꝝ bn̄dicito dicēs. Dimittis dn̄e me nūc
in pace ſm̄ Uerbū ſancte tuū qui ſum ſeruꝰ.
tuus alme. Nāqꝫ tuam proprijs oculis nūc
cerno ſalutē. Siue ſalutare qd̄ cunctoꝝ po-
puloꝝ. Ante paras faciē. lux gētibus alta
reuelās. Jſrael ipē tue ſalus eſt ⁊ gloria ple
bis. Mēbra ſenex ergo. q̄uis lāguore gra-
uata. Corde vigente mouet. tēplū petit. or
nat ouāter. Nūc ea. nūc illa loca templi ſua
det alacris. Sic faciāt alij. quia mox veni-
et dn̄ator. Proſpicit ex aditis tēpliqꝫ per
atria quando. Promiſſus veniat. vidit ꝓ-
cedere tandem Bethleem ex vrbe te vgo.
Joſeph puerūqꝫ. Agmine cū ſancto vicino-
rum atqꝫ parētum. Spiritus ex tēplo ſan-
ctus ſibi ꝓdidit. hic eſt. Exilit ⁊ iubilat. nō
ſe capit. atqꝫ innctus. Eſt aquile viſa. mēs
in dn̄o renouatur. Forte ſacerdotuꝫ ſancta
de ſorte beati. Tunc aderāt cum te puero ve
nerāde Johānes. Uir zacharias. ⁊ olim ſte
rilis ſua cōiunx. Uenerat anna ſenex octo-
genaria vates. Deqꝫ ieſu cūctis multo ſer-
mone loquuntur ⁊c.

Pars quinta huius ſermonis de quinto
gaudio beate virginis qd̄ dicitur reſurre-



ctionis ⁊ aſcēſionis.

L I N iſta parte cōtinetur gaudium du
Gaudi-uꝫ Marie de re-ſurrecti-one dn̄i — plex qd̄ ip̄a virgo bn̄dicta habuit de
filio ſuo. Primū eſt de eius reſurre
ctione qn̄. ſ. vidit dilectū filiū ſuū quē in ſe-
pulchro ipſa repoſuerat totum liuidum et
plagatū. cum tanta gloria ⁊ triūpho reſuſci
tatum. O cū quāta dulcedine cordis ⁊ ſua-
uitate ſplēdidiſſimū corpus filij ſui deoſcu
labatur. incipiēdo a capite. diſcurrebatqꝫ ꝑ
ſingula mēbra dicens. O fili mi ꝙ̄ pulchri
ſunt capilli tui quos a iudeis dilaniatos
cōſpexi. Quā pulchra eſt facies tua. quam
totam liuidam ⁊ ſanguine infectam vidi. ⁊
ſic de ſingulis mēbris dicebat. Decātabatqꝫ
Xp̄s re-ſurgēs ꝑmo ap-paruit Marie virgini. — cum ꝓpheta dicēs p̄s. xxix. Conuertiſti plā
ctum meū in gaudiū mihi. Sciēdum eſt
autē ꝙ ſaluator noſter primo apparuit ſue
matri poſt reſurrectionē ꝙ̄ alicui alteri. vn̄
Ambro. in lib. de virginibus ait. Reſurre-
ctionē dn̄i Maria virgo primo vidit ⁊ cre
didit. Huic aūt opinioni nō cōtrariatur il-
lud qd̄ dicitur Mar. vl. ſ. ꝙ ſurgens Jeſus
apparuit primo Marie magdalene. Quia
illud dictum intelligitur ſicut illud Matt.
xj. Jnter natos mulierum nō ſurrexit ma-
ior Johāne baptiſta. Ex quibus tn̄ vbis nō
ſequitur quin xp̄s ⁊ beata virgo ſint maio-
res ipſo Johāne baptiſta. licꝫ ſint nati ex
mulieribus. Sed per illa verba voluit ſal-
uator intimare. ꝙ inter illos qui ceciderāt
per peccatū originale nemo ſurrexerat ma
ior Johāne baptiſta ſi eius verba intelligā
tur quo ad habēdam gloriā celeſtē. Ex qbꝰ
cōcluditur ꝙ xp̄s ⁊ beata vgo qui nō ceci-
derūt in peccato originali. ⁊ ꝑ cōſequēs nō
ſurrexerūt ab eo ſunt ip̄o Johāne maiores.
Et ideo ipſe dn̄s in predictis vbis ſtudioſe
⁊ notāter dixit. nō ſurrexit. nō aūt ait. non
eſt vel erit maior. Et ſimiliter intelligūtur
ꝑdicta verba Mar. ſ. ꝙ xp̄s reſurgēs pri-
mo apparuit Marie magdalene. ꝙ̄ alicui
alteri ex his qui aliqn̄ peccauerāt. Et iō no
tanter poſt illa verba ſtatim ſubinfertur. a
qua eiecerat ſeptem demonia. Et hanc opi
nionē tenet ſancta mater eccleſia. Et in ſi-
gnū ꝙ xp̄s primo apparuit virgini glorio-
ſe in die reſurrectionis dn̄i. ſtationem cele-
brat apud ſanctā Mariā maiorē in vrbe
Roma. Jn qua eccleſia cum in predicta die
miſſam decātaret ſanctꝰ Gregorius ⁊ dixiſ
ſet. Pax dn̄i ſit ſemꝑ vobiſcū. angelus dei
alta voce rn̄dit. Et cum ſpū tuo. Et ob hoc

b. gregorius dicendo pax domini

cum in die paſce papa ibi celebrat. in teſti-
moniū huiꝰ miraculi. qn̄ dicit. Pax dn̄i ⁊c.
nihil ſibi rn̄detur. Si aūt queratur. qua — Quare euāgeli-ſte nihil dicūt de appari-tiōe Marie
re de hac apparitione facta matri nullaꝫ fa
ciūt euāgeliſte mentionē? Reſpōdēt docto-
res. ꝙ apparitiones xp̄i exhibite matri: et
familiaria inter eos colloquia. atqꝫ amoris
ſublimia ſigna: intantū fuerūt intellectum
humanū excedentia ꝙ nec potuerūt bn̄ ſci-
ri. nec ab inferioribus dici. niſi cum tāta di-
minutione. ꝙ illa dicere eſſet nobis eoꝝ ex
ceſſum quodāmodo denigrare. Jtē ſpūiſan
cto ⁊ euāgeliſtis ꝓpoſitū erat illas appari
tiones deſcribere que carnalibꝰ hominibus
poſſent de reſurrectione xp̄i fidedignū te-
ſtimoniū ꝑbere. Et ideo noluerunt ponere
apparitiones factas matri. cuius teſtimo-
nio ꝓ filio nō creditur. l. videamus. ff. de in
litem iu. Si enim vba extranearū ꝑſonarū
delirāmēta iuſſa ſunt iudeis. multo magis
matrē ꝓ filij honore delirare. Pōt aūt hec
apparitio ſic ꝓbari. Prius debuit xp̄s cōſo
lari illos quos plus dilexit. ⁊ a qbus plus
dilectꝰ fuit. ⁊ a quibꝰ plura bn̄ficia recepit. ⁊
quos magis tribulatos ⁊ afflictos relique-
rat de paſſione ſua ⁊ morte. ꝙ̄ alios. Amor
em̄ dꝫ eſſe reciprocus. ix. Ethi. Et bn̄ficiatꝰ
eſſe dꝫ gratus ſuo bn̄factori. l. ſed ⁊ ſi lege
§. cōſuluit. ff. de peti. here. ⁊. c. cū in officijs.
de teſta. ⁊. c. de forma. xxij. q. v. Cū igit ipſe
dominus Jeſus nullū habuerit in hoc mun
do chariorē amicū. nec a quo plura bn̄ficia
recepit ꝙ̄ matrē ſuā. cui ex ꝑcepto legis de-
bebat particularē reuerētiā ⁊ honorē Exo.
xx. Deut. v. ⁊ Mat. xv. Et quā eiuſdē prece
pti obligatiōe tenebat cōſolari ꝓ ſuo poſſe
ſm̄ ſniāꝫ Alex. de ales in. iij. parte ſumme.
in tractatu de ꝑceptis decalogi. ſup. iiij. ꝑ-
cepto. Ergo indubitāter tenēdum eſt ꝙ ꝑ-
mo eā cōſolatus eſt. Nullus em̄ erat in hoc
mundo qui tantū doluerit de morte ipſius
dn̄i Jeſu quantū cordialiſſima mat ſua. Cū
igitur ille qui in vno grauat: in alio debeat
ſubleuari. l. cū qui. ff. de iureiu. Cūqꝫ eiꝰ ſit
cōmoda ſequi qui incōmoda ſequitur. l. ſm̄
naturā. ff. de regu. iu. ⁊. §. cum aūt. inſti. de
emp. ⁊ ven. ⁊. l. id qd̄. ff. de peri. ⁊ cōmo. rei
ven. ⁊. c. charitatē. xij. q. ij. ⁊. c. qui ſentit. de
reg. iu. li. vj. Jdeo nō eſt dubitāduꝫ. ꝙ bea-
ta virgo que prima fuit in dolore filij ſentiē
do: fuit etiā prima in participāda eius cō-
ſolatione. vt eſſent ſocij cōſolationū ſicut ſo
cij fuerāt paſſionum ⁊ tribulationuꝫ. c. ſ. de

Appa⸗ rēs xp̄s marie ⁊ eā gau⸗ dio re⸗ pleuit

ſepul.⁊.ij.Coꝛ.j. Apparuit ergo ip̄e dul
cis Jeſus ſue bn̄dicte matri totus iocūdus
⁊ eā ineffabili gaudio repleuit. qd̄ ex quat⸗
tuoꝛ cauſis ꝓcedebat. Pꝛimo ex eo ꝙ filiꝰ
ſuus immoꝛtalitatē induerat. iuxta illud
ad Roma.vj.Chꝛiſtus reſurgens ex moꝛ⸗
tuis:iam non moꝛitur:moꝛs illi vltra non
dominabitur. Unde Leo papa in quodam
ſermone inquit. Poſt paſſionē chꝛiſti rupt͛
vinculis moꝛtis.infirmitas in virtutē.moꝛ
talitas in eternitatē.⁊ cōtumelia tranſiuit
in gloꝛiā. Scd̄o cauſabatur ex eo ꝙ vide⸗
bat filium ſuuꝫ eduxiſſe ſanctos patres de
lymbo.ſicut pꝛenūciatum fuerat Zach.ix.
vbi dꝛ chꝛiſto. Tu quoqꝫ in ſanguine teſta⸗
menti tui eduxiſti vinctos de lacu in q̊ non
erat aqua. Tertio cauſabatur ex eo. ꝙ filiꝰ
eius nobis omnibꝰ. ⁊ pꝛincipaliter ſibi de
reſurrectione ſpem dabat. iuxta illud.ij.ad
Coꝛ.iiij. Qui ſuſcitauit Jeſum.⁊ nos cum
Jeſu ſuſcitabit. Cū eñ caput noſtrū Xp̄us
reſurrexit:pꝛo certo tenere debemus ꝙ etiā
nos reſurgemus.quia coꝛpus ſequitur na⸗
turam ſui capitis.l.cuꝫ in diuerſis.ff. de re
li.⁊ ſum.fu. ⁊ acceſſoꝛiuꝫ ſui pꝛincipalis.l.
cum pꝛincipalis.ff.de reg.iu.⁊.c. acceſſoꝛi⸗
um.eo.ti.lib.vj. Et ideo inquit apoſtolus
j.ad Coꝛ.xv. Si xp̄s reſurrexit:quō q̄dam
in vobis dicūt:qm̄ reſurrectio moꝛtuoꝝ nō
erit? Quarto cauſabatur ex eo ꝙ videbat ⁊
cognoſcebat.ꝙ filius eius angelicū nume⸗
rum adimplebat.⁊ coꝛum ruinā reſtaura⸗
bat.iuxta illud p̄s.cix. Judicabit in nationi
bus implebit ruinas: Et ideo ſm̄ Greg. in
omel. Paſce. Angelus qui annūciabat xp̄i
incarnationē.dū in veſte alba apparuit:de
ſua reparatione ſuum gaudium demonſtra
uit. Contēplemur ergo deuote hoc gaudiū
virginis ⁊ dicamus ei. O Maria che feci⸗
ſti quādo el tuo fiol vedeſti? Pꝛima credo
laboꝛaſti.e poi ridendo li diceſti. O fiolo de
licato. Tuto bello e iocundo. Adeſſo hai cō⸗
ſolato. El mio coꝛe gemebundo. O Maria
fame guſtare quella cōſolatione che feciſti
in abꝛazare Jeſu da poi la paſſione. Poſſu⸗
mus autē deuoto coꝛde meditari.ꝙ piiſſi⸗
ma virgo Maria que per tres dies afflicta
ſteterat.⁊ in cōtinuis ſuſpirijs.adueniente
tertia die a paſſione ⁊ moꝛte filij.affectuoſe
expectat reſurrectionē eius. indubitanter
credens ꝙ tertia die reſurgeret.⁊ ei ſtatim
appareret.vñ ploꝛādo ⁊ lachꝛymādo. coꝛ⸗
de ⁊ oꝛe ſic dicebat. O pater eterne: ecce iaꝫ

Dialogꝰ ꝯtēpla⸗ tiuꝰ ma rie ⁊ ih̄u in die re ſurrecti onis

tempus inſtat vt filium tuum ⁊ meū a moꝛ
tuis reuoces. Suſcita ergo illum. ⁊ ad me
mitte tanto meroꝛe pꝛo ſua paſſione affli⸗
ctam. Deinde ad filium dicebat. O fili mi
dulciſſime. O fili iocundiſſime. O fili amā
tiſſime. O fili deſideratiſſime. O fili gratio⸗
ſiſſime. O fili ſuauiſſime. quē vidi plagas
repletū.ſpinis coꝛonatuꝫ. crudeliqꝫ moꝛte
extinctum.⁊ in ſepulchꝛo poſitum.qñ vide
bo te ex moꝛtuis triumphaſſe? Dixiſti mi⸗
hi ſepius o fili dilectiſſime. Die tertia reſur
gam. Ecce iam dies tertia imminet. Sur⸗
ge ergo dñe in requiē tuam.vt pꝛenuncia⸗
uit Dauid p̄s.cxxxj.⁊ veni vt videā te ſola
cium anime mee.⁊ verificetur illud qd̄ inq̄t
pꝛopheta p̄s.xxix. Ad veſperam demoꝛabi
tur fletus:⁊ ad matutinū leticia. Que v͛ba
cum diceret virgo bn̄dicta tota lachꝛymis
madefacta. Ecce ꝙ in ipſam intrauit incō⸗
ſueta leticia.⁊ tantum gaudium tanq̄ indi
cibilis dulcedo ⁊ cōſolatio.ꝙ nequibat am
plius dolere.vñ intra ſe cepit dicere. Unde
hoc gaudium mihi? Nōne moꝛtuus eſt filiꝰ
meus? Eſt ne foꝛte reſuſcitatus? Et tūc ad
filium cōuerſa dicebat. Dic mihi o fili cha
riſſime:es ne tu ille qui venis ad me? Que
verba cum diceret. Ecce apparuit dñs Jh̄s
filius eius totus feſtiuus ⁊ decoꝛus ac glo⸗
rioſus:aſſociatus omnibꝰ ſanctis patribus
quos de lymbo extraxerat. Qui dulciter ſa
lutans matrē ſuā pꝛedilectā:amplexatꝰ eſt
eam ⁊ oſculatus. Et dixit illi. Reſurrexi et
adhuc ſum tecum. p̄s.cxxxviij. Regina celi
letare alleluya. quiam que meruiſti poꝛta⸗
re alleluya. reſurrexit ſicut dixit alleluya.
Unus autem ſeraphin habebat coꝛonam
fulgentiſſimā in manu.qua volebat domi
nus Jeſus coꝛonare matrē ſuā. Dixit ergo
iterū ipſe dñs noſter matri ſue. O dona del
paradiſo. Per cui li angeli hano riſo. Lo
nemico e ſta cōquiſo e nel inferno religato.
e ſon quello che hai cōcepto parturito e nu
tricato. laltro gioꝛno vedeſti moꝛto. cruci
fixo e vulnerato. vedemi reſuſcitato tuto
quāto glorioſo Li patri ſancti ho cauato.
Da lo lymbo tenebꝛoſo. E ſon fato impa⸗
toꝛe e ſignoꝛ del vniuerſo. De lo mūdo redē
ptoꝛ e del homo chera pſo. Matre mia bn̄
dicta ceſſa hoꝛ may de lachꝛymare. Piu nō
ſtar coſſi ſmarrita. Incomenza a iubilare.
Pone in capo la coꝛona laqual io te ho poꝛ
tato. Che te fazo la madona e regina del
mio ſtato. Aliud quoqꝫ ineffabile gau⸗

Gaudi



um qd̄ habuit in aſcen ſione

dium habuit virgo beatiſſima. cum filium
ſuum perſpexit totuꝫ gloꝛioſum aſcendere
in celum. Nō enim eſt vllatenus dubitādū:
quin ipſa p̄ſens fuerit aſcēſioni filij ſui.cui
interfuerunt etiā apoſtoli.vt habetur Act.
j.⁊ Mar.vl. Hoc aūt gaudiū virginis cau
ſatū eſt ex quattuoꝛ. Pꝛimo ex eo.ꝙ filius
eius ad dexteram dei ſedere debebat. Unde
Mar.vl.dꝛ. Et dñs quidē Jeſus poſtq̄ lo
cutus eſt eis aſſumptus eſt in celū ⁊ ſedet a
dextris dei. Scd̄o ex eo.ꝙ animas omniuꝫ
ſanctoꝝ ſecū ad celū deducebat. ſm̄ illud qd̄
ei pꝛedixit ꝓpheta p̄s.lxvij. Aſcēdiſti in al
tum cepiſti captiuitatē.⁊ Michee.ij.dicit.
Aſcēdit pādens iter ante eos. Tertio cau⸗
ſabatur gaudiū ex eo ꝙ celeſtē ianuam ape
riebat.iuxta illud ad Hebꝛe.iiij. Habemus
pontificē qui penetrauit celos Jeſuꝫ xp̄m.
Unde eccleſia canit illi. Eternitatis nobis
aditum deuicta moꝛte reſeraſti. Et iterum.
Tu deuicto moꝛtis aculeo aperuiſti creden
tibus regna celoꝝ. Quarto cauſabatur ex
eo.ꝙ filius eius aduocatus humani gene⸗
ris conſtitutꝰ erat.iuxta illud.j.Joh.ij. Ad⸗
uocatū habemus apud patrē Jeſum xp̄m
iuſtum.⁊ ipſe eſt ꝓpitiatio pꝛo peccatis no
ſtris. Et ad Hebꝛe.vij. Semꝑ viuēs ad in⸗
terpellādum pꝛo nobis. Et eiuſdem epiſto
le.ix.c. Chꝛiſtus introiuit in celum vt appa
reat vultui dei pꝛo nobis. Aſcēſurus autē
dominus:iocundiſſimo vultu ⁊ ſuauiſſima
voce poſt dulciſſimos amplexus ⁊ oſcula.
dixit chariſſime matri ſue. O dilectiſſima ⁊
digniſſima genitrix mea.⁊ infantilium ne
ceſſitatum mearum ſedula miniſtratrix.et
particeps omnium laboꝝ meoꝝ. que fuiſti
mecū cruci cōfixa ex doloꝛe materne dilecti
onis.teneritudo requireret vt te nunc me⸗
cum adducerem ad gloꝛiam.niſi hoꝛum di
lectoꝛum filioꝛum tuoꝛum.⁊ puſilli gregis
mei indigentia me moueret. quibus te ma
trem ⁊ cōſolatriceꝫ ac magiſtrā intima pie
tate relinquo.⁊ te eis vt ipſoꝛum reginam
⁊ dominā recommēdo. Jterum autem ve⸗
niam ad te.⁊ cum ineffabili gloꝛia aſſumā
te.vt vbi ego ſum:⁊ tu in eternum ſis me⸗
cum.

Pars ſexta q̄ dꝛ miſſionis.ſ. ſpūſſancti.

M Eatam virginē fuiſſe pꝛeſentē miſ
b ſioni ſpūſſancti.qñ in die pēthecō⸗
ſtes in foꝛma ignis ⁊ in ſpecie lin⸗
guarum deſcēdit ſuper apoſtolos in mon⸗
te ſyon nulli dubium eſt. Dicitur autē pen⸗
thecoſtes a pentha qd̄ eſt quinqꝫ.⁊ coſten.
qd̄ eſt decem.quia quinquies decē.i. quin⸗
quaginta dies ſunt a reſurrectione domini
vſqꝫ ad ipſam diem.de quo vide per Arch.
in.c.hunc numerum.lxxxvj.diſt. Qꝛ autem
etiam ipſa bn̄dicta virgo pꝛeſens fuerit.pa
tet.quia Act.j.dicitur de apoſtolis poſt aſ⸗
cenſionē chꝛiſti. Hi omnes erāt vnanimi⸗
ter perſeuerātes in oꝛationibus cum Ma⸗
ria matre Jeſu. Et poſtea ſequitur in.c.ſe⸗
quenti.ꝙ exiſtentibus illis in eodem loco.
factus eſt de celo ſonus tanq̄ aduenientis
ſpūs vehemētis.⁊ repleuit totā domuꝫ vbi
erant ſedentes ⁊c̄. Si igitur ſuꝑ om̄es bea
ta virgo ſpiritū ſanctum.vt indubitāter te⸗
nendum eſt recepit:pꝛofecto conſtat ꝙ de
eius receptione mirum in modum exulta⸗
uit. Miſſio enim ipſius ſpūſſancti totum
mundum letificauit. Unde de filio virginis
canitur deo patri in pꝛefatione miſſe pēthe
coſtes. Qui aſcendens ſuper omnes celos.
ſedenſqꝫ ad dexteram tuam pꝛomiſſum ſpi
ritū ſanctum hodierna die in filios adoptio
nis effudit. Quapꝛopter pꝛofuſis gaudijs
totus in oꝛbe terrarum mūdus exultat ⁊c̄.
Et ideo multo magis illum recipiētes gau
dio ⁊ exultatione perfudit. Unde ipſaꝫ bn̄⸗
dictam virginē:que ipſius ſpūſſancti habi
tatio ⁊ ſacrarium erat:maioꝛi ⁊ incōpara⸗
bili cōſolatione repleuit. Nō ſolum autem
tunc.ſed pꝛius ſepius eam repleuerat.maxi
me in ſua cōceptione ⁊ ſanctificatiōe in vte
ro matris. ſicut pꝛedictum fuerat p̄s.xlv.
Fluminis impetus letificat ciuitatem dei.
ſanctificauit tabernaculum ſuuꝫ altiſſimꝰ.
Item in cōceptione filij dei.iuxta illud Lu
ce.j. Spiritusſanctus ſuperueniet in te: et
virtus altiſſimi obumbꝛabit tibi. De hac re
pletione ꝓphetatum fuerat Sap̄.j.vbi di
citur. Spiritus domini repleuit oꝛbem ter⸗
rarum. Ipſa enim oꝛbis terre dicitur. Un⸗
de de deo inquit p̄s.lxxiij. Operatus eſt ſa
luteꝫ in medio terre. Semper ergo gaudio
replebatur virginis anima. que ſemper ſpi⸗
ritu ſancto erat repleta. Unde dicebat deo
illud Sap̄.xij. O q̄ bonus ⁊ ſuauis eſt do
mine ſpiritus tuus.

Pars ſeptima huius ſermonis que di⸗
citur Aſſumptionis.

Primū gaudium beatiſſime virgi⸗
v nis in hoc ſermone explicandū di⸗ N
citur aſſumptionis. De quo dicam
in vndecima p̄te pꝛincipali huius operis.

ſermõe.j.⁊.ij.⁊ ideo hic ſuccincte ꝑtranſeo.
Quantū ꝟo gauiſa ſit in glᷓioſa ſua aſſum
ptione:nullus hominū moꝛtaliū cognoſce
re põt. Hoc autē eius gaudium cauſabatur (Gaudium aſſūptionis Marie fuit ex quattuoꝛ.)
ex quattuoꝛ. Primo ex eo ꝙ in celum aſcē
debat in anima ⁊ coꝛpoꝛe. Un̄ Aug. in ſer-
mone aſſumptiõis ait. Letatur Maria le
ticia inenarrabili coꝛpe ⁊ aīa glᷓificata ꝑ
ꝓpꝛiū filiū queꝫ ī vtero geſſit. quē genuit.
quē fouit ⁊ aluit dei genitrix. dei miniſtra-
trix. deiq3 ſeruitrix. de qua qm̄ aliter ſenti-
re nõ audeo. aliter dicere non preſumo. hec
ille. Et idē ego dico de immaculata eius cõ
ceptione. Scḋo cauſabatur eius gaudiū ex
eo ꝙ a tota celeſti curia fuit aſſociata. Un̄
Hiero. in ſermone aſſumptionis ait. Ad eiꝰ
exequias angeli famulabantur. ⁊ vniuerſe
celoꝝ curie cõgratulabātur. Nec mirum. qꝛ
maternus honoꝛ illius eſt qui ex ea natus
eſt. Tertio cauſabatur hoc eius gaudiuꝫ ex
eo ꝙ ad dexteram ſui filij erat collocāda. iu
xta illud ps. xliiij. Aſtitit regina a dextris
tuis ⁊c. Quarto eius gaudiū cauſabatur ex (D)
eo ꝙ debebat eſſe humani generis aduoca
ta. Un̄ Bern̄. ait. Ipſa eſt humani generis
aduocata. que non põt ſuſtinere repulſam.
qm̄ apud deum inuenit gratiam. Prudēs
quidē virgo nõ ſapientiā. vt Salomon. nõ
diuitias. nõ honoꝛes. ſed gratiā querebat.
Queramus igitur gratiā: ſed per inuentri
cem gratie. Ceterū quicq̇d eſt qḋ deo offer-
re paras Marie commendare memēto. vt
eodē alueo ad gratie largitoꝛē gratia rede
at quo influxit. hec ille. Hec ſunt gaudia q̄
cõmuniter ad honoꝛē ipſius beatiſſime vir
ginis recolūtur. Sed ſciēdum eſt. ꝙ vt le (Exēplū de ſeptē gaudijs Marie)
gitur beatus Thomas archiepꝭ canthua-
riēſis. quotidie cum magna deuotione re-
petebat predicta gaudia dicēs. Gaude vir
go mater chꝛiſti ⁊c. Semel autē cum eadeꝫ
gaudia moꝛe ſolito in ſuo oꝛatoꝛio diceret.
Apparuit ei ipſa ꝟgo bn̄dicta. ⁊ dixit. Cur
fili mi tantūmodo gaudes de gaudijs me-
is que trāſierunt. Et nõ potius letaris de il
lis gaudijs que modo habeo in celo. ⁊ que
perpetuo durabunt? Gaude igitur ⁊ letare
de cetero ac exulta mecū. quia gloꝛia mea
excellit dignitatē ⁊ leticiā omniū ſanctoꝝ ⁊
cunctoꝝ ſpirituū beatoꝝ. ⁊ maioꝛē gloꝛiaꝫ
habeo ipſa ſola ꝙ̄ oēs ſimul angeli ⁊ ſan-
cti. Gaude qꝛ ſicut ſol illuminat diē ⁊ mū-
dū. ſic claritas mea illuminat totū oꝛbē ce-
leſtē. Gaude qꝛ tota militia celi mihi obe-
dit. me veneraꝝ ⁊ honoꝛat. Gaude qꝛ filiꝰ
meus mihi ſemꝑ eſt obediēs. ⁊ meā volun-
tatē. ⁊ cūctas ꝓces meas ſemper exaudit.
Gaude quia deus ſemꝑ ad bn̄placitū meū
remunerat ſeruitoꝛes meos in hoc ſeculo ⁊
in futuro. Gaude quia ꝓxima ſedeo ſancte
trinitati. ⁊ veſtita ſum coꝛpoꝛe meo gloꝛifi
cato. Gaude qꝛ certa ſuꝫ ⁊ ſecura. ꝙ h̄ mea
gaudia ſemꝑ ſtabūt ⁊ nūq̄ finiētur vel defi
ciēt. Et quicūq3 cuꝫ his gaudijs ſpūalibus
letādo in hoc ſeculo me venerabitur: in exi-
tu anime ſue de coꝛpoꝛe preſentiā meā obti
nebit. ⁊ ipſam animā ab hoſtibꝰ malignis
liberabo. ⁊ in cõſpectu filij mei vt mecū gau
dia poſſideat preſentabo. Et de hoc habeꝝ
exēplum in miraculis ipſius virginis. vbi
legitur ꝙ quidam quotidie dicebat ſeptem
eius gaudia. Qui cū veniſſet ad moꝛtem. ⁊
ipſam bn̄dictā virginē totis affectibus in-
uocaret. venit illa ꝟginibus comitata. ⁊ cū
maxima angeloꝛuꝫ multitudine. ⁊ dixit illi
infirmo. Chariſſime lõgo tpe mihi gaudia
pn̄taſti. veni ergo ſecure. qꝛ nobiſcū ꝑ infinita
ſecula ꝑmanebis. ꝓ quibus ꝟbis ille mirū
in modū exultauit. ⁊ cū gr̄as egiſſet: feliciꝝ
migrauit ad dn̄m. cū ipſa dei genitrice eter
nis gaudijs potiturus. Quā virginē gau-
dioſaꝫ obſecro: vt aīam meā cū ex hoc ſecu-
lo migrauerit in celeſti palacio coꝛā dilecto
vnigenito ſuo feliciꝝ pn̄tare digneꝝ. Amē.
Incipit vndecima pars huius ſermona-
rij qḋ Mariale appellatur. In qua tracta-
tur de glorioſe ꝟginis Marie aſſumptiõe.
⁊ particulari ac ꝓpꝛio nomine iubilatio an
gelica nuncupatur. Sermo pꝛimus.

## Leuauerunt ar-

(e) chā in ſublime. Gen̄. vij. Be
nedicta dei genitrix ꝟgo ꝑ
archā Noe figuratur. Quia
ſicut illa archa preſeruauit
ipſum Noe cuꝫ filijs ſuis a diluuio. ita ipſa
⁊ multo excellētius ſaluauit totum huma-
num genus ab eterna dānatione. ⁊ de in-
ferni ꝓfundo. Unde illi canitur in coꝛona
noſtra. Archa che ſalua chi vole a te toꝛna-
re dalo diluuio moꝛtal che ci pꝛofunda. Fi- (Maria archa federis)
guratur etiam per archam teſtamenti ſiue
federis. ⁊ hoc quadruplici ex cauſa. Pri-
mo ex cauſa efficiente. Illam enim ar-
cham fecit Moyſes ex precepto dei Exo.
xxv. Beatam autem virginem fecit ipſe de-
us et habitauit in ea. iuxta illud ps. lxxxvj.



Homo natus eſt in ea: ⁊ ipſe fundauit eaꝫ
altiſſimus. Deus enī in beata ꝟgine fuit
altus quādo eā in vtero ſanctificauit. fuit
altioꝛ. quādo de ea integra eius ꝟginitate
naſci voluit. Fuit ꝟo altiſſimus qn̄ ipſam
ſuꝑ oēs angelos exaltauit. Ratione igiꝝ
cauſe efficientis iſta archa virginalis fuit
nobilioꝛ ⁊ dignioꝛ archa federis. Secūdo
ipſa archa federis figurat btām virginem
rõne cauſe materialis. fuit enī facta de li-
gnis ſethim Exo. xxv. q̄ ligna ſm̄ Hiero.
hn̄t leuitatē. pulchꝛitudinē. foꝛtitudinem.
⁊ imputribilitatē. ꝑ que intelliguntur q̄ttu-
oꝛ dotes coꝛpis eius. Coꝛpus enī glᷓioſum
ipſius btiſſime ꝟginis eſt leue ꝑ ſubtilita-
tē. pulchꝛū ꝑ claritatē. foꝛte ꝑ agilitatē: ⁊
imputribile ꝑ immoꝛtalitatē. Tertio ipſa
archa dn̄aꝫ noſtrā figurat rõne cauſe foꝛ-
malis. qꝛ vt habeꝝ Exo. xxv. ⁊. xxxvij. ha-
buit in lõgitudie duos cubitos ⁊ ſemiſſem
.i. v. palmos. Joſephꝰ enī vocat h̄ cubituꝫ
duos palmos. In latitudine aūt hn̄t tres
palmos. ⁊ in altitudine cubitū ⁊ ſemiſſem
vt in eodē. c. habeꝝ. Et ſilr̄ iſta archa ſpūa
lis fuit. v. palmoꝝ in lõgitudine. qꝛ ipſa be
nedicta ꝟgo q̄nq3 ſenſus ſuos vſq3 in finē
puriſſimos ꝯſuauit. Fuit etiā triū palmo
rū in latitudine. qꝛ reſtaurationē āgeloꝛū
ac ſaluationē hoīm. ⁊ renouationē omniū
creaturarū ꝓcurauit. Habuit etiā h̄ archa
cubitū ⁊ ſemiſſem in altitudine. qꝛ eiꝰ celſi
tudo humanā ⁊ angelicā naturā exceſſit.
ſꝫ vſq3 ad filij ſui excellentiā non ꝑuenit.
Quarto ipſa archa btām ꝟginem figurat
rõne cauſe finalis. Dicta enī archa fcā fuit
vt ꝯtineret tabulas teſtamēti Deuꝝ. xxiij.
⁊ virgā aaron. ⁊ vrnā auream in qua erat
māna. Hec aūt archa ſpūalis. ſ. beata ꝟgo
intra ſe cõtinuit xp̄m in q̊ ſunt tres ſubſtā
tie. ſ. diuitas dulciſſima ꝑ māna ſignifica-
ta. ⁊ aīa ſapiētiſſima ꝑ tabulas teſtamēti
deſignata. in q̇bus deſcripta erat dei ſapi-
entia. ⁊ caro mūdiſſima que reſurrexit. et
ꝑ ꝟgam aaron que frõduerat deſignata
fuit. Iſtam igiꝝ archam eleuauerūt ange-
li in ſublime vt dicūt verba ꝓpoſita. ſcꝫ in
die ſacratiſſime aſſumptionis eiuſdem. de
qua in preſenti ſmone ſeptem conſidera-
tiones faciemus.
Pꝛima diceꝝ optationis.
Secūda allegationis
Tertia cauſationis.
Quarta doꝛmitionis
Quinta conſolationis.
Sexta reſurrectõis ſiue aſſumptionis.
Septima ꝟo et vltima appellabitur iubi-
lationis.

Pars pꝛima huius ſmonis que dicitur
Optationis.

(b) Eatiſſima ꝟgo maria videns (B)
filium ſuū glᷓioſum aſcēdenteꝫ
in celū. cum ipſo pariꝝ aſcēdere
exoptabat. Cauſe aūt huiꝰ deſi
derij poſſunt. v. aſſignari. Pꝛima ꝓpꝝ ap-
petitū naturalē vltimi finis. Scḋa ꝓpter
inſtinctū interioꝛē naturalis legis. Tertia
ꝓpter clarā ꝯtemplationē filialis pulchꝛi
tudinis. Quarta ꝓpter longā ⁊ tedioſam
ꝓꝛogationē ſue ꝑegrinatiõis. Quīta ꝓpꝝ
affectuoſam expectationē curie triūphāt. (Maria opta- bat xp̄o aſcēdē- te aſcē- dere)
Pꝛimo igiꝝ dico ꝙ mouebat btām ꝟginē
ad hoc deſiderandū appetitꝰ naturalꝭ vlti-
mi finis. Nā vt ait Bern̄. in li. de vita cle-
ricoꝝ. c. xxvj. Naturali deſiderio oēs ſum-
mū appetimus bonū. nec eſt in nobꝭ quies
niſi eo adepto. Et Boetiꝰ in. iij. de cõſola.
ꝓſa. ij. inq̇t. Oīs moꝛtaliū cura quā mul-
tiplicium ſtudioꝝ laboꝛ exercet. diuerſo q̇dē
calle ꝓcedit. ſꝫ ad vnū tandē beatitudinis
finē nitiꝝ ꝑuenire. Et in eodē li. etiā dicit
Eſt enim mētibus hominū veri boni na-
turalr̄ inſerta cupiditas: ſꝫ ad falſa deuiꝰ
erroꝛ abducit. Et Aug. xiij. de trinita. ait.
Ad appetendā btītudinē natura cõpellit.
cui ſumme bonꝰ ⁊ immutabilr̄ btūs crea-
toꝛ hoc indidit. Et. x. de ci. dei. iteruꝫ dicit.
Omniū certa ſnīa eſt qui rõne quoq̄ mõ
vti poſſunt. btōs eē oēs hoīes velle. Et rō
huiꝰ deſiderij eſt. qꝛ finis nr̄ beatitudo. ſm̄
magr̄m ſen. in. ij. di. j. Et ibi ſctūs Bõauē.
parte. ij. ar. ij. q. ij. Et. xix. di. eiuſdē li. ar. j.
q. j. ⁊ ꝑ oēs theologos in iiij. di. xlix. maxie
ſctm̄ Bonauē. ⁊ Ric. ar. j. q. j. ⁊ btm̄ Tho.
j. ij. q. viij. ar. iij. in coꝛpe. q. Cū ergo oīa
appetant ꝑtingere ad finē ſuū. vt ait phꝰs
ij. ⁊. viij. phiſ. Non eſt mirū ſi etiā nos ap
petimus felicitatē ⁊ ſummū bonū. Oīa
enī bonū appetūt. j. eth. j. retho. iij. topi. ⁊
iiij. meth. Hic aūt vltimꝰ finis nr̄ ⁊ h̄ ſum
mū bonū eſt filiꝰ ꝟginis. qui de ſeipſo inq̇t
Apoc. j. Ego ſum pꝛincipiū ⁊ finis. pꝛincipiū
videlꝫ a quo oīs creatura ſumpſit exoꝛdi-
um. finis ꝟo ad quē oīs creatura redigiꝝ ⁊
terminaꝝ. ⁊ ꝑ quē oē btificabile felicitaꝝ
Et ideo dicit Haimo. Finē tāto vehemen
tioꝛi deſiderio Maria appetebat quanto

filiũ plus cognoſcebat.⁊ q̃ato fortiꝰ amabat. Eſt enim amor põdus ſpũs rõnalis. dicẽte Augu.xiij.ꝯfeſ. Põdus meũ amor meus.eo feror quocũq; feror. Quãto igit̃ hoc põdus eſt maius:tãto mag̃ inclĩat ad amãdũ. Et q; btã ꝟgo ſup oẽs creaturas hunc finẽ.i.deũ amabat. Ideo plꝰ oĩbus i eũ deſiderio ferebat̃.⁊ ad ipz̃ ꝑtingere::ac cũ illo cõiũgi cupiebat. Scd̃o eã ad hoc inducebat inſtinctꝰ legis nãlis. Naturalis eñ inſtinctꝰ eſt oĩbꝰ aĩalibus ad dilectiões filioꝝ. Unde .viij.phiſi.Ariſto.vt generãq̃ ad genitũ naturalis eſt amicitia. Hic aũt inſtinctꝰ eſt maxime in hoĩbus. Nam pat̃ magis diligit filiũ q̃ ſeipm̃.l. iſti quidez. in fi.ff.qd̃ me.cau.vbi glo.dicit idẽ eſſe de matre. Immo dico q̃ mr̃ tenerius diligit ſuũ filiũ q̃ pater.q; mag̃ eſt certa euz eſſe ſuũ filiũ.l.quia ſemp.ff.de i ius vo. Amãt aũt parẽtes filios tanq̃ aliq̃d ſui.naz pat̃ et marer eſt radix filij.filius ꝟo flos eius. xxxiij.q.iij.c.tunc ſaluabit̃. Unde etiã dr̃ q̃ pater ⁊ filius cẽſent̃ eẽ vna ⁊ eadẽ pſona.l.fi.C.de impu.et ali.ſub.⁊ vox patris vox filij.§.ei qui.inſti.de inuti.ſtip. Dicit̃ quoq; q̃ nullꝰ amor vincit paternũ.l.fin. C.de cura.fu.nec maternũ.l. videamꝰ.ff. de in litez iu. Et hec oĩa patent ex ethimologia vocabuli. Filiꝰ eñ dr̃ a philos grece qd̃ eſt amor latine.vt no. in.§.fi.inſti.qui dari tu.poſ.quia igit̃ in btã ꝟgine inſtictꝰ nature erat ordinatiſſimus:ipaz inclinabat ad tenerrime diligendũ filiũ ſuuz vnigenitũ.qui totus erat ſuus quo ad humanitatẽ.quia qd̃ alij filij habuerũt ab vtriſq; parẽtibus.hoc filiꝰ ſuus totũ receperat ab ipã. Amabat ergo eũ tanq̃ aliqd̃ ſui quãtum ad carnẽ. Et tanq̃ aliquod et̃ni pr̃is quãtũ ad diuĩitatẽ.⁊ tanq̃ deſiderabilem quãtũ ad vtrũq;. Unde immẽſitas amoris eius nõ ſinebat illa quieſcere in triduo quãdo puer ieſus remãſit in hierl̃m Luc. ij.quod oſtẽdit diligẽtia inq̃ſitionis. De q̃ Cañ.iij.habet̃.vbi ipã ait. Surgam ⁊ circũibo ciuitatẽ ꝑ vicos et plateas.queram quẽ diligit aĩa mea. Ubi Berñ.ait. Aurora rutilans conqueſta eſt ſe diem ꝑdidiſſe lucentẽ. Stella matutina admirata eſt triduanam ſolis abſentiã. Si ergo deſiderauit filij ſui preſentiã adhuc exñtis in t̃ris: ſic q̃ quieſcere nõ poterat.quantũ deſiderauit preſentiam eius regnantis in celis.

C — Maria naturali iſtictu deſiderabat aſcẽdere

D Tertio ipãm mouebat ad hoc appetendum clara cõtẽplatio filialis pulchritudinis. Quãuis eñ nõ ſit heſitandũ q̃n btã ꝟgo in hac vita pluries ⁊ manifeſte nõ ꝑ enigmata vel figuras diuine maieſtat̃ viſionem habuerit. quod aſſerit̃ de Moyſe et Paulo.de q̃bus etiã illud aſſerit Aug. ad Oroſium. Tamen per aggrauationem corpis lumen in quo fit talis viſio:nõ eſt i anima ꝑmanẽs habitualit̃:ſed tranſiens. Et ideo beata ꝟgo affectabat in celis aſcẽdere cum filio ſuo.vt ſine diſcõtinuatione eternalit̃ cõtemplaret̃ eius diuinitatem. Unde Cant.j.illi inq̃t. Indica mihi quem diligit anima mea.vbi paſcas. vbi cubes i meridie. Ubi dicit Berñ. Hic paſcis.ſ nõ in ſaturitate. Perfrui igit̃ exoptabat fructu ſuauiſſimo vteri ſui.de quo ps̃. cxxvj. inquit ꝓpheta. Cum dederit dilectis ſuis ſomnũ.ecce hereditas dñi filij merces fructus vẽtris. In xp̃o eñ eſt vera diuinitas quam videre eſt merces ⁊ gloria beatoꝝ. iux̃ illud quod inq̃t deus abrae Geneſ.xv. Ego ſum merces tua magna nimis. Itez eſt vera humanitas.que fuit fructꝰ beate ꝟginis.⁊ hanc etiã videre gl'ioſam eſt felicitas ſanctorũ.iuxta illud Joh.xvij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcãt te verũ deuz. ⁊ quem miſiſti ieſum xp̃m. Cupiebat ergo ꝟgo pijſſima ſemꝑ ⁊ ſine interruptione filium ſuũ dulciſſimũ videre.in quẽ deſiderãt angeli ꝓſpicere.j.Pe.j.

Cõtemplatio mouebat mariã aſcẽdere

E Quarto ad hoc ipãm inclinabat lõga ⁊ tedioſa ſibi ꝓrogatio ſue ꝑegrinationis. Uidebat̃ eñ ei q̃ iã diu vixiſſet in hac lachrymarũ valle. Unde dicebat cũ ꝓpheta ps̃.cxix. Multũ incola fuit aĩa mea. Erat etiam illi tedioſa ꝑegrinatio huius vite.q; habitabat inter malos ⁊ ꝑfidos iudeos. Uñ dicebat cum eodẽ ꝓpheta vbi.ſ. Heu mihi q̃a incolatꝰ meus ꝓlõgatus eſt.habitaui cũ habitãtibus cedar. Cedar eñ interp̃tat̃ tenebra.et ſignificat iudeos tenebroſos.inter q̃s ipã habitabat. Dicebat ergo ipã bñdicta ꝟgo illud ad Phil'.j. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto.

Incola tꝰſcſt eã incẽdit deſiderare aſſũptões

F Quinto ad hoc ipſam inclinabat affectuoſa expectatio curie triumphãtis. Nouerat eñ ꝟgo gl'ioſa.q̃ tota celeſtis curia eam tanq̃ reginã ſuã cũ maximo deſiderio expectabat. Et ideo dicebat filio ſuo illd̃ qd̃ hr̃ in ps̃.cxlj. Educ de cuſtodia aĩam meã ad ꝯfitendũ nomini tuo.me expectãt iuſti donec retribuas mihi. Et ideo me debes tecũ aſſumere in celũ. quod non



ſolũ mihi erit iocundũ:ſ etiã toti curie tue celeſti gratiſſimũ.

Pars ſecũda huius ſmonis que dicit̃ Allegationis.

G — Maria potuit allegare cauſas q̃re deberet a filio aſſumi.

b Eatiſſima virgo q̃ optime ſcit allegare pro alijs. etiam bene ſciebat allegare ꝓ ſeipſa. Inter alias autẽ rationes quas adducebat vt filiũ inclinaret ad eã aſſumendam ⁊ ꝑducendã ſecum in gloria celeſti quadruplici vſa eſt fundamẽto. Quas rationes tãgit Alexãder de ales li.ij.de laudibus beate ꝟginis.c.xiiij. Nam lʒ de ipis allegationibꝰ in diuinis ſcripturis nulla fiat mẽtio.tamẽ nihil obſtat ꝯtemplatiõis gratia aliq̃ meditari. Dixit ergo ꝑmo ſic. Te dulcis fili duz eſſes ꝑuulus blãda manu ſepius leniter traxi.nũc itaq; in recompenſatione felici me manu miſ̃icordie tue trahe ad te in gl'ia paradiſi. Ad quod facit illud Hiero.in lib.de honorãdis parẽtibꝰ. Memẽto parentũ q̃ talis es quoꝝ manibus incrementa ſumpſiſti. Secũdo ſic ait. Tu qui de meis viſceribus lac traxiſti virgineũ.trahe me poſt te ad tuũ celeſte conuiuiũ. iuxta illud qd̃ in eodẽ lib.de hono. paren.dicit̃ ſcz Exolue fili quod debes.et officia debita qualicũq; exhibe famulatu. quia parẽtibus nemo poteſt reddere quod debet̃. Sit tibi grata vita illorum quibus charior eſt vita tua q̃ ꝓpria. Redde amoris vicem colẽde pietatis. Tertio ſic inq̃t. Tibi o fili patienti compaſſa ſum. ex quo ergo tua paſſio mihi ⁊ tibi fuit cõis. quare nõ cõmunis eſt gloria? Scd̃m naturaz eñ eſt eum cõmoda ſequi qui incommoda ſequit̃.l.ſm naturam.ff.de regu.iu. ⁊ qui in vno aggrauat̃ in alio debet ſubleuari. l.eum qui.ff.de iureiur. Quarto ſic dixit. Optima pars carnis mee iaz celos tenet quia partus eſt pars viſceꝝ matris.l.j.ff. de ven.inſpi.⁊.c.ſi ad matris.de cõſe.diſ. iiij. Ut q̃d ergo pars reliqua mole terrene habitationis eſt deꝑſſa. Acceſſoriũ eñ debet ſequi naturã ſui principalis.c.acceſſorium.de regu.iur.libro.vj.⁊.l.cum principalis.ff.eodez titu. Tu ergo qui dixiſti electis tuis Oſee.ij. Traham vos in finibus charitatis. Tu qui es brachiũ eterni pr̃is: trahe me poſt te Cantic.j.c.de exilio ſcilz ad patriam.de morte ad vitã.de tenebris ad lucem ꝑpetuã.⁊ de miſeria ad eternã felicitatem.

Pars tertia huius ſmonis que dicitur cauſationis.

H p Ro declaratiõe huius partis querit̃.q̃ de cauſa xp̃s matrez ſuã in tã pijs petitionibus non exaudierit.cum eñ bonũ filiuz deceat exaudire mr̃em ſuã. iuxta illud.iij. Reg.ij. Pete mr̃ mi.neq; eñ fas ẽ vt auertam faciẽ meã a te. Mirabile quibuſdam videt̃.q̃ xp̃s tam venerabilẽ matrez ſuã. quã tam tenero amore diligebat exaudire noluerit vt eam ſecũ ad gl'iam adduceret. ſicut ipã tam anxio affectu appetebat:ſed potius eã in hac lachrymarũ ⁊ calamitatũ atq; tenebrarũ caligĩe remanere voluerit. Sed his heſitationibꝰ ſatiſfacere volens. dico q̃ licz deus in ſuis opibus nr̃a adinuẽtione nõ indigeat. cũ certũ ſit q̃ omnia facit debito ordine.certaq; rõne:q; iuſtus dñs in oĩbus vijs ſuis.⁊ ſanctꝰ in omĩbus opibus ſuis.vt inq̃t ps̃.cxliiij. Tñ ꝓ deuotione augẽda fideliũ.⁊ oĩ ſiniſtra opiniõe tollẽda a cordibus xp̃ianoꝝ.int̃ alias poſſumꝰ aſſignare q̃ttuor cauſas quibus ipſe dñs noſter rõnabil'r mr̃ez ſuã dilectiſſimã ſecũ aſſumere noluit. Prima aũt dr̃ cõſolationis reſpectu remanẽtiũ. Scd̃a inſtructionis reſpectu ſcribẽtiũ. Tertia ꝯfortationis reſpectu patiẽtiũ. Quarta ꝟo honorationis reſpectu obuiãtiũ.

Quattuor ex cauſis chriſtus aſcẽdẽs noluit matrez ſecũ aſſumere

I Primo igit̃ dico.q̃ xp̃s dimiſit mr̃em ſuã in t̃ris poſt ſuã aſcẽſionẽ rõne ꝯſolatiõis reſpectu remanẽtiũ.ſ.apoſtoloꝝ ⁊ alioꝝ fideliũ. Uñ ſuꝑ illud Joh.xix. Stabat iux̃ crucem ieſu ⁊c.dicit Augu. Migraturꝰ ex hoc mundo dñs ita ordinauit. vt vtraq; eccl'ie portio. triumphãs videlz ⁊ militãs viſibili ⁊ inuiſibili ſolatio frueret̃ ꝑ ipm̃. Aſcẽdens eniz in celũ ſanct̃ aĩabꝰ ⁊ angelis ſuã diuitatẽ ⁊ humanitatẽ ꝑpetuo ꝯtẽplãdã exhibuit. vt ſiue ingrederent̃.ſiue egrederẽt̃ paſcua inuenirẽt. Eccleſie ꝟo adhuc in terra militanti ſolatiũ quidẽ viſibile promiſit quod in die pẽthecoſtes impleuit q̃n ipm̃ conſolatorẽ cordibus fideliũ immiſit. Solatiuz ꝟo viſibile quod de corporali eius ꝑſentia habebat fidelibus ſuis ſubtrahere iaz voluit. Et iccirco matrez eccleſie conſolatricem vice ſui dereliquit.vt dum beati angeli in celis aſpicerẽt illum hominẽ fideles in terris intuerent̃ cum gaudio eiuſdẽ hominis verã mr̃ez.hec ille. Et reuera valde gaudioſum erat ⁊ conſolatoriuz videre in

terris feminā habentē filiū regnātē i cel.
Exiſtimo eniʒ ꝙ ſicut modo fit ad limina
apoſtoloꝝ ſic fiebat tūc ad ipāʒ ꝑegrinatio
fideliū: reginā celi ꞇ terre videre cupiētiū.
vt ſcribit btūs Ignacius ad btm̄ Johānē
euāgeliſtā. ꞇ legiť de btō dionyſio. ꝙ val-
de deſiderabat videre ꝟginē glioſam. Cū
aūt ipām vidit. cōſiderās magnitudinem
grāꝝ ei⁹. ꞇ excellētiā ꝟtutū. ac honeſtatē
moꝝ. ſingularēq̃ꝫ vite ſue ſanctitatē. ꞇ mi-
rabilem ipſius pulchritudinē. dixit ei. Si
de tui filij diuinitate nō fuiſſet mihi a Pau-
lo apoſtolo p̄dicatū. faciľr te crederēʒ eſſe
deū. Nec mirū ſi fideles ad vidēdā btām
ꝟgineʒ currebāt. cū legam⁹ multos diuer-
ſas mūdi partes luſtraſſe. vt aliquos ho-
mines viderēt ꞇ audirēt. ſicut recitat Hie-
ro. in ep̄la ad Paulinū. Que viſitationes
ipſis viſitātibus maximā conſolationē af-
ferebant. ꞇ ipſi ꝟgini in magnū honorem
cedebāt. Si enī glīa eſt mr̄i vni⁹ martyris
vel alterius ſcti. quāto honore debebat ve-
nerari mať ſancti ſctōꝝ filij dei? Dimiſit ģ
xp̄s matrē ſuā in terris. ꞇ noluit eā addu-
cere ſecū in celis. q̃ꝛ apoſtolis nimis durū
fuiſſet ſimul p̄uari preſentia ſolis et lune.

Marginal note: R Māſit i t'ris vt ſcribentes inſtrueret

Scd̄o dimiſit eā in terris poſt ſuā aſcē-
ſionē rōne inſtructiōis reſpectu ſcribētiū
vt. ſ. fideles inſtrueret de rudimētis fidei.
maxime de his de q̄bus nulli mortalium
niſi ipſi cōſtare potuit. Quāuis aūt euan-
geliſte ſpūſancto dictāte euāgelia ſua ſcri-
pſerint. nihilomi⁹ credi pōt. ꞇ veriſiľe ē ꝙ
de talib⁹ cū ipā ꝟgine cōferebant. Similiť
ꞇ alij fideles legētes euāgeliſtarū ſcripta
ab ipā querebāt ſi h̄ ita ſe habebāt. Et nō
eſt dubitandū qn̄ ſpūſſctūs plura btē ꝟgi-
ni reuelāda ſeruauerit. Quis enī melius
ſcire potuit de magis veniētibus cū ſtella.
de fuga in egyptū. de angelica ſalutatione
ꞇ ꝟbis inť ipām ꞇ archangelū gabrielem
factis. de natiuitate xp̄i. ꞇ de circūciſione
eius. ꞇ de oblatiōe ipſius in tēplo. ꞇ de re-
liq̄s ad filiū ſuū ꝑtinētib⁹. q̄ꝫ ipā q̄ ſingula
fuit expta. ꞇ cūcta xp̄i opā ꝑ triginta ꞇ tres
ānos oculis ꝓprijs aſpexit. Un̄ dꝛ Lu. ij.
Maria aūt cōſuabat oīa ꝟba hec ꝯferēs
in corde ſuo. Et ob hoc forte Lucas plura
de xp̄i infantia ſcripſit tanq̄ꝫ familiarioꝛ
ꝟgini. nā capellan⁹ eius aſſeriť fuiſſe. Re-
liq̄t ergo dn̄s mr̄em ſuā magiſtrā apl̄oꝝ
ꞇ oium fideliū. Unde Hiero. in ſmone ad
Euſtochium loquēs de beato Jobe euāg.

ſeruienti ipſi ꝟgini. poſtea ſubdit. Non q̄ꝫ
eximius ille ſanctoꝝ chorus apoſtolorum
eam deſeruerit. inť quos poſt reſurrectio-
nem dn̄i intrās ꞇ exiēs familiarius cōtu-
lit de xp̄i incarnatione. tāto ſiquidē verius
quāto ab initio ꝑ ſp̄mſanctū plen⁹ cūcta
didicerat ꞇ ꝑſpexerat plenius vniuerſa. lʒ
et apoſtoli ꝑ eundē ſp̄mſanctū oīa cogno-
uerint. ꞇ in oēm edocti fuerint veritateʒ.
hec ille. Tertio eam dimiſit rōne ꝯforta-
tōis reſpectu patiētiū. Sciebat enī chriſt⁹
fideles ſuos ſtatim poſt aſcenſionē ſuam
inť ꝑſecutiōes debere fluctuare. ꞇ ꝙ ſi ma-
trē ſuā ſecū duxiſſet. grex fideliū deſperare
potuiſſet. ꞇ dicere ꝙ chariores ſecū trāſfe-
rēs ceteros traderet obliuioni. Sʒ quādo
chriſtifideles videbāt: ꝙ ipām ſctiſſimam
mr̄em ſuā hic reliquerat multis tribula-
tionibus ꞇ ꝑſecutionibus affligendā. ſuas
paſſiones eq̄nimiter tolerabāt ipſius vir-
ginis patiētiſſime exemplo. Ut aūt glioſa
ꝟgo multa aduerſa poſt aſcenſionem dn̄i
perpeſſa ſit. p̄ſertim a iudeis teſtať beat⁹
Ignacius. qui in epiſtola ad Jobem euan-
geliſtam ait. Maria ſalome quaʒ diligis
filia Anne: hieroſolymis quiq̃ꝫ menſibus
commorās. ꞇ quidā alij noti. referūt ma-
riam mr̄em ieſu omniū gratiarū hr̄e abū-
dantiā. ꞇ dicūt eā in tribulationib⁹ ꞇ ꝑſe-
cutionibus hilarē. in penurijs ꞇ idigētijs
nō querulā. iniuriātibus gratā. ꞇ ꝙ mole-
ſtata letať miſeris et afflicť coafflicta. Et
infra. Mirum aūt eſt ꝙ cū ab oīb⁹ ma-
gnificeť. a phariſeis tamē ꞇ ſcribis ei de-
trahiť. hec ille. Si ergo dn̄s Jeſus ſuam
dilectiſſimā mr̄em que nunq̄ꝫ peccatū cō-
miſerat in h̄ mūdo pati voluit. quāto ma-
gis nos digne patimur. q̄ quotidie pecca-
mus? Et ideo inq̄t Catho in ſuis documē-
tis. Qd̄ merito pateris patiēter ferre me-
mēto. Quarto dimiſit eā rōne honora-
tionis reſpectu obuiantiū. Pro cui⁹ decla-
ratione eſt cōſiderandū. ꝙ prudēs merca-
tor tractās p̄cioſas merces ipſus tractat ꞇ
ꝯſiderationē facit de loco cōgruenti ad il-
larum repoſitionē. ꞇ illū locum optime co-
aptat ꞇ ordinat. ꞇ ſimiľr cognoſcēs dei fi-
lius mr̄em ſuā ꝟginem glioſam eſſe inter
oēs creaturas p̄cioſam. ꝑus voluit illi lo-
cum p̄parare p̄cioſum. ꞇ amenū i quo ipā
ſublimareť. ꞇ poſtmodū. de celo deſcēderet
ad ipām aſſumēdā. Et hāc rōnem tangit
Hiero. in ſmone aſſumptiōis di. Aſcēdit

Marginal note: Z Māſit i t'ris vt ꝯfortaret patientes

Marginal note: AA Māſit vt honoraretur ab obuiātibus.



et p̄parauit huic ſctiſſime ꞇ glioſiſſime vir-
gini locū immortalitať. vt cuʒ eo regnare
poſſʒ in eťnū. Et iterū ibidē ait. Preceſſit
eā dn̄s ad celeſtia. vt pararet ei ſicē ipē ſuiſ
repromiſerat diſcipuľ in ethereis manſio-
nibus locū. Hoc aūt in figura ſignificatuʒ
fuerat. ij. Reg. vj. vbi legiť dauid regē fe-
ciſſe tabernaculū iux̄ domū ſuā ꝓ reponē-
da archa federis. ꞇ ꝙ poſtea deſcēdit ipſe
cū electis filijs iſrľ. ꞇ tulit archā de domo
Aminadab q̄ erat in gabaa. ꞇ poſuit eam
ſuꝑ plauſtrū nouū. quā cū Oza tetigiſſet:
ꝑcuſſus eſt a dn̄o. deinde dauid cū ipſis fi-
lijs iſrľ aſſociauit archā ipām cū cythara
ꞇ cātoribus. ꞇ cū magnis feſtiuitatib⁹ repo-
ſuit illā in loco ſibi p̄parato. Per archam
enī federis vt. s̄. diximus intelligiť bn̄dicta
ꝟgo. q̄ tali federe ordinata eſt vt ipſa eſſet
plena grā. ꞇ per eā nos grā repleremur. et
iſtud fuit fedus vt ꝓpter nos ſaluatorē cō-
ciperet. ꞇ ꝑ ip̄m ꝓpiciationē nobis ꝓcuraret
Un̄ Aug. in quodā ſmone inq̄t. Ad te grā
plena loquar. ex grā debes o piiſſima eſſe
gratioſa. cui nimirū p̄ctoꝝ reſtauratio tā-
te ſublimitať exiſtit cā. Mira loquar o do-
mina. Sed ſi eſt multū audeo multū gau-
deo. Nos enī tibi teq̃ꝫ nobis mira neceſſi-
tudo cōfederat. cū vere ꝓ nobis habeas illō
eſſe qd̄ habes. Si enī nulla p̄ceſſiſſet trāſ-
greſſio nō foret ſecuta redēptio noſtra. et
ſi neceſſe nō fuiſſet nos redimi. nō fuiſſet
neceſſe parere redēptorē. ſ. xp̄m. q̄ tabna-
culū. i. locū ſublimē in celis btē ꝟgini ſuꝑ
oēs angelos ſm̄ celſitudinē ſue maieſtať
p̄parauit. Deinde in die aſſumptiōis eiuſdē
venit cū electis filijs iſrľ. i. cū ordinib⁹ ſan-
ctoꝝ. ꞇ recepit archā de domo aminadab.
q̄ interp̄tať ꝑpľs. gabaa ꝟo vallis. i. edu-
xit eā de ꝑpľo mortaliū. ꞇ de valle lachry-
marū. h̄ in plauſtro poſita. i. in ſacro corꝑe
ꝑcuſſus eſt oza. i. iudeus. qui illud tangere
tētauit. ſ. murmurādo. Uel pōt ꝑ Ozam
ſignificari p̄nceps ſacerdotū. q̄ cuʒ porta-
reť corpus beate ꝟginis ad ſepulturā. pre-
ſumpſit apponere man⁹ ad feretrū in quo
erat corpus beatiſſime ꝟginis. vt illud ad
terrā deijceret. h̄ ſtatim vigore brachioꝝ
deſtitutus eſt. ꞇ doloribus maximis affli-
ctus. Qui ad exhortationē apoſtoloꝝ pe-
nitentiam agēs. tacto ſacratiſſimo corꝑe
immaculate ꝟginis conualuit. vt legitur. i
quadam hyſtoria de aſſumptione ipſius.
Hanc autē archam aſſociauit dauid cum

Marginal note: Miraculuʒ in aſſumptione Marie factum

cantoribus. quia xp̄s cum angelis ꞇ ſanctis
dulciter canētibus ac pſallentibus eam in
celum comitatus eſt. Et nota ꝙ plauſtrū
dicitur fuiſſe nouum. ſuper quo poſita fu-
it archa. q̃ꝛ corꝑe benedicte virginis reſu-
ſcitato ꞇ incorruptibilitate dotato reddi-
ta eſt anima. ꞇ ſic ad dexteram filij ſui eſt
in gloria ſublimata. Unde Aug. in ſmone
aſſumptionis eiuſdē ait. Ad hanc gloriaʒ
tu glorioſa perfecte ꝓuecta es. vt ſuperno
rege nihil habeas ſuꝑius in ſuꝑnis. Que
angelicaʒ trāſiens dignitatē vſq̃ꝫ ad ſum-
mi regis thronū es ſublimata. Ubi enim
poſuit ideʒ rex filius tuus qd̄ ex te ſuſce-
pit. ibi te poſuit reginā de qua illud ſum-
ſit. Nec enī fas eſt alicubi te eſſe: q̄ꝫ vbi ē
id quod a te genitū eſt. Hinc nos ꝑ te he-
reditamus miſericordiā miſeri. igrati gra-
tiam. veniā peccatores. ſublimia infimi.
celeſtia terreni. deū hoīes. mortales vitā.
et patriā peregrini. hec ille. Iſta igiť fuit
p̄cipua cauſa quare xp̄s nō aſſumpſit ma-
trem ſuā ſecum. vt videlʒ poſtea cū maio-
ri honore ſuſcipereť in celū. ꞇ ipē cuʒ tota
celeſti curia illi veniret obuiā. Et hāc cau-
ſam aſſignat Anſel. in libro de excellentia
beate ꝟginis. c. vij. dn̄m noſtrū alloquēs
ꞇ dicēs. O bone ieſu. quomō pati potuiſti
vt te ad regnū glorie remeāte illā beatam
mr̄em tuā in miſerijs mūdi relinqueres. ꞇ
nō ſtatim tecū regnaturā aſſumeres? For-
taſſis dn̄e hoc agere voluiſti. ne tue curie
veniret i dubiū cui potius occurreret. tibi
ſcʒ dn̄o ſuo p̄mo in aſſumpta carne celum
petēti. An ipſi matri ſimiľr in ip̄m regnū
materno iure tecū aſcēdenti. Prudentiori
ergo ꞇ digniori conſilio p̄cedere illā vole-
bas: quatenus ei locū immortalitať in re-
gno tuo p̄parares. ꞇ ſic comitat⁹ tota cu-
ria tua feſtiu⁹ illi occurreres. eamq̃ꝫ ſicut
decebat matrē tuā per teip̄m exaltares. h̄
ille. De his autē cauſis remāſionis ſue i h̄
mūdo poſt aſcēſionē filij certificata ab ipō
filio ſuo. bn̄dicta ꝟgo cōtētiſſima remāſit.
Non enī petebat vt aſſumereť cū filio niſi
ſub ꝯditione. ſ. ſi deo placeret. ꞇ nō aliter.
et hoc nō fuit velle aliq̄d ꝯtra diuinā volū-
tatē. ſed potius ſuū velle diuine voluntati
ſubiacere. Beatiſſima eteniʒ ꝟgo q̄ nunq̄ꝫ
peccauit: nunq̄ꝫ aliquid ꝯtra diuinā volū-
tatem voluit. Et in hac ſua petitione con-
ditionata fecit ſicut poſtea egit filius ei⁹.
qui Matthei. xxvj. inquit. Pater ſi poſſi-

bile eſt tranſeat a me calix iſte. Verũtamẽ non ſicut ego volo: ſed ſicut tu. Fiat volũtas tua.

Pars quarta huius ſmonis que dicit dormitionis.

N q

Annmortua ꝑuſ vl' an ſine morte fuerit aſſũpta

Uerũt quidã nũq̇d glo̾ioſa v̾go ſit mortua, an v̾o ſine morte fuerit in celũ aſſumpta. ſiĉ fcm̃ fuiſſet de nr̃is p̃mis parẽtibꝰ ſi nõ peccaſſent. Nã Augu. ſup. Geñ. ⁊ recitat magr̃ in. ij. diſti. xx. di. ꝙ ſi nõ fuiſſent trãſgreſſi diuinũ p̄ceptũ ſine morte ſtatuto tp̃e fuiſſent ad meliorẽ ſtatũ, hoc eſt ad beatitudinẽ trãſlati. Ad quã dubitationẽ rñdet. ꝙ lʒ beatiſſima v̾go nũq̃ habuerit aliquod pct̃m actuale, nec etiã originale vt incõuincibil'r ꝓbatũ eſt in p̃ma pte p̃ncipali huius opis. tñ rõnabile fuit ip̃aʒ mori. vt in eadẽ pte declaraui rñdendo ad argumẽtũ q̃ dici poſſet debuiſſe ceſſare moreʒ in beata v̾gine ceſſante in ea pctõ. quã rñſionẽ vide ibi in. ij. ſmone. pte. ij. Et hãc veriſſimã opinionẽ tenẽt catholici docto. Unde Aug. in ſmone de aſſumptiõe virginis inq̇t. Memores ꝯditionis humane mortẽ illã tempalẽ ſubiſſe matrẽ dei dicere nõ metuimꝰ. Idẽ quoq̇ dicit Damaſc. ĩ duobus ſmonibus aſſumptionis eiuſdẽ. Et Hiero. in ſer. ad Euſto. vbi ait. Cuʒ ꝑfecto nihil cõſtet niſi ꝙ hodierna die glo̾ioſa migrauit a corpe.

O

Rõnabil'r debuit maria p̃us mori

Fuit aũt hoc decẽs quadruplici rõne. Primo ꝓpter filij ſui cõfirmationẽ. Cum em̃ xp̃s naturã noſtram aſſumpſerit vt eadẽ natura qua peccauerat ſctificaret. decuit vt hoc manifeſte oñderet ad cõfutãdas multas hereſes quas futuras p̄nouerat. Fuerũt ei heretici nõnulli qui nõ ſolum naturã noſtrã. h̾ eſt de genere adã eũ aſſumpſiſſe negauerũt. ſed oĩno eũ corpus fãtaſticũ habuiſſe aſſerue runt. Int̾ quos fuerũt manichei. Ualetinꝰ aũt hereticꝰ dixit xp̃m celeſte corpꝰ aſſumpſiſſe. Ut ergo oſtẽderet ꝙ xp̃s vere de illo gñe erat qd̃ mortẽ meruerat: decuit vt eius genitrix mortẽ ſuſtineret. Si em̃ ſine morte ad glo̾iam fuiſſet tranſlata. faciliter creditũ fuiſſet vel ꝙ nõ fuiſſet de humano gñe. vel nõ de illa ſtirpe p̃mor̃ parentum. Et ſic ſi beata v̾go nõ fuiſſʒ credita eſſe de ſtirpe humana ab adã deſcẽdente. ſil'r creditũ fuiſſet de xp̃o eiꝰ filio. Et ꝯ̃ter viſum fuiſſet ꝙ xp̃s ꝓ ip̃o humano gñe ꝯgruẽtẽ ſatiſfactionẽ nõ feciſſet. ⁊ ꝙ idoneꝰ redẽptor nõ fuiſſet. Mors aũt ipſius bñdicte v̾ginis oſtẽdit illã fuiſſe veracit̾ de hũano genere. ⁊ de illa ꝓpagine de q̃ d̾ Hebre. ix. ca. Statutum eſt hominibus ſemel mori.

P

Scd̃o cõueniẽs fuit ip̃am mori ꝓpt̾ filij ſui cõformationẽ. Neq̇ em̃ decuit eam melioris eẽ ꝯditionis q̃ filiũ, qui vere deꝰ ⁊ homo eſt. Incõueniẽs nãq̇ eẽt ꝙ membrũ p̄cederet caput: cũ oĩa mẽbra ſequant̾ naturã ſui capitis. l. cũ ĩ diuerſis. ff. de reli. ⁊ ſumpti. fu. Cuʒ igit̾ filius btẽ v̾gĩs ſit caput totius eccleſie. vt ait apl's ad Col. j. Cuiꝰ vtiq̇ ⁊ v̾go eſt mẽbrũ. Et ip̃e mortẽ ſuſtinuerit, imo vt inq̇t Augꝰ. in. ij. lib. de baptiſmo puulor̃. ſi nullus euʒ int̾feciſſet ſenio defeciſſʒ. ꝑfecto decuit vt btã quoq̇ v̾go moreret̾ que filio ſuo eẽt cõformis.

Q

Tertio hoc ꝯueniẽs fuit ꝓpter ſui meriti augmẽtationẽ. Decuit em̃ gr̃a plenã nõ ſolũ mereri bonis opibus: ſ3 etiã paſſionibus ⁊ tribulationibꝰ equanimit̾ toleratis. Patiẽtia em̃ opus ꝑfectum habet. Iac. j. Et ꝓpterea deus ſepe immittit aduerſa ad augmentũ v̾tutis ⁊ meriti. vij. q. j. c. aduꝛſitas. ⁊. xj. q. iij. c. in cũctis. Et qm̃ vltimũ terribiliũ eſt mors. vt d̾ in. iij. eth̃. et in. l. vltimũ. ff. de penis. Ideo volũtaria et paciens eius ſuſtinẽtia ſummũ patie genus demõſtrat. vnde meritũ auget. ⁊ tãto magis in beata v̾gine meritum augmẽtauit quãto ꝑ vllo ſuo crimine mors illi debita nõ fuit.

R

Maria morit̾ vt mortentes cõfortaret

cepit illum in domū ſuam. Martha auteꝫ
interpretatur domina ſeu prouocās. Et ſi⸗
gnificat beatā virginē que ſua maxima hu
militate ꝓuocauit dei filium vt veniret in
domū vteri ſui virginalis. ⁊ ipſa dn̄a aptiſ⸗
ſime dicitur.que ſuꝑ omnes dominata eſt
ſue ſenſualitāti ⁊ carni.nec aliqua alia crea
tura digna fuit recipere dei filiū in domuꝫ
vteri ſui niſi ipſa. Unde canit eccleſia. Do⸗
mus pudici pectoris tēplum repente fit dei
intacta neſciēs virum verbo concepit filiū.
Nunq̄ autē factum fuit tam excellēs opus
vite actiue ſicut fecit ipſa virgo benedicta
cōcipiēdo deum in vtero ſuo. Secunduꝫ
opus actiue vite quod euangeliū narrat de
Martha eſt q̄ ſatagebat circa frequēs mi

B
Q̄r ma
ria xp̄o

niſterium. Et ſimiliter hoc opus fecit bea⸗
ta virgo in chriſti cōuerſatione. Et primo
in eius natiuitate in qua vt ait Hieronym⁹
nulla obſtetrix fuit.nullius mulieris ſeduli
tas interceſſit.ipſa benedicta virgo puerū
natum de terra leuauit.ipſum nudum pā⸗
nis inuoluit.eum fameſcentē lacte cibauit
⁊ potauit.ipſa eum veſtiebat ⁊ denudabat.
⁊ infirmū etate brachijs ſuis portabat. O
q̄ frequēter eum vt filium ſuū oſculabat.
⁊ vt deum amplexādo venerabatur. Ipſa
ei fecit tunicā incōſutilem. ipſa eum in tri⸗
bulatione crucis poſitū viſitauit ⁊ eū vſq̄
ad ſepulturā ꝓſecuta eſt. Ipſa ei nō ſolum
in infantili etate ſed vſq̄ ad mortē ſollicite
miniſtrauit. Et ideo ipſa ait Eccli.xxiiij.
In habitatione ſancta coram ipſo miniſtra
ui. Clerici enim et religioſi qui ſeruāt ordi
nationes ⁊ cerimonias ſue religionis. ⁊ be⸗
ne dicunt officium in choro. ⁊ bene p̄dicāt:
ſi hoc faciūt vt honorificētur ab hominib⁹
nō miniſtrant coram deo.ſed coram mun⸗
do. Et ſimiliter laici ieiunātes vel elemoſy⸗
nas facientes.eccleſias ſeu capellas aut ho
ſpitalia edificari facientes vt laudētur ab
hominibus.nō miniſtrant coram deo. ſ; co
ram hominibus. Et ideo iaꝫ receperūt mer
cedem ſuā de operibus vite ſue actiue. Bea
ta autem virgo que ſatagebat circa frequēs
miniſteriū chriſti.coram deo ſemper mini⸗
ſtrauit.quia omnia opera ſua ad ipſius glo
riam fecit. Tertiū opus quod dicitur de
Martha eſt q̄ ſollicita erat ⁊ turbabatur
erga plurima. Et ſimiliter pijſſima ꝟgo in
paſſione filij turbata eſt ſm̄ partē ſenſitiuā
⁊ ſollicita fuit circa plurima. Nam cum Jo
hānes euāgeliſta venit ad nunciandum ei
q̄ filius eius captus erat: nō remanſit pe⸗
ne in ea ſpiritus pre dolore. Et tandem ad
ſe aliquātulum reuerſa ſollicitabatur quo⸗
modo poſſet euꝫ videre ⁊ alloqui ante mor
tem. Cūq̄ pergens de bethania in hieruſa
lem.mane obuiaſſet filio qui ducebatur ad
Pylatū.cernēs faciē eius ſputis infectam.
alapiſq̄ tumefactā.ipſumq̄ more latronis
duci ad mortē manibus poſt tergum liga⸗
tis.vix valēs formare vocē pre lachrymis
q̄bus erat plena.vt ait archiep̄s florētinus
in.iiij.parte ſumme ti.xv.c.xliij.§ j. dice⸗
bat: Heu fili.ego expectabā te iſto mane ad
prandium.ſed video q̄ oportet te prande⸗
re in menſa doloris. Quādo ꝟo ductus eſt
ad caluarie locum baiulans ſibi crucē dicē⸗

miſtra⸗
uit ſicut
martha

H
Quō
Maria
ſic mar
tha tur
babat



bat. Heu fili.quid faciaꝫ infelix ſine te filio
meo? Utinā daretur mihi illa crux ad por⸗
tandum ſicut te portaui in vtero meo. Qn̄
autē in cruce clamauit dicēs. Sitio.multū
ſollicitabat vt poſſet ei aquam ad bibēdum
tradere. Bis aūt dicitur in euāgelio Mar
tha Martha.quia affligebatur in vtroq̄
ſcꝫ in anima ⁊ in corpore. Turbabatur q̄ꝫ
dolore erga plurima.quia videbat apoſto⸗
los fideꝫ perdidiſſe de chriſti diuinitate. ſi⸗
cut turbaretur quilibet ꝑfectus chriſtianus
ſi videret omnes chriſtianos fidem relin⸗
quere. Turbabatur quoq̄ q̄ iudei de quo⸗
rum ſtirpe ꝓceſſerat filium ſuum crucifigi
facerēt.ex quo dominarētur. Turbabatur
etiam de latrone malo ⁊ de alijs blaſphe⸗
mantibus chriſtū. Turbata eſt ex vulnera
tione lateris filij ſui.vnde dicere poterat il
lud ps.vj. Cōturbata ſunt om̄ia oſſa mea.
id eſt apoſtoli qui dicuntur oſſa eccleſie.qꝛ
ſuſtentauerunt corpus eius. Erāt aūt oſſa
beate ꝟginis in qua tunc erat tota eccleſia
de quoꝝ cōturbatione ipſa valde turbaba⸗
tur ex cōpaſſione ⁊ dolore.vnde ſequitur ⁊
dicit cum eodem ꝓpheta. Et anima mea
turbata eſt valde. Et ps.cxlij. In me turba
tum eſt cor meū. Ex quibus omnibus pa⸗
tet quomodo beata virgo elegit optimam
partē vite actiue per Marthaꝫ deſignate.
Quantū ꝟo ad opera vite cōtemplatiue
per Magdalenā deſignate.tria etiā notan
tur. Et primū eſt qđ dicitur Maria ſedēs
ſecus pedes dn̄i audiebat verbum illi⁹. Qđ
quidem opus ipſa benedicta virgo fecit ꝑ⸗
fectius omni creatura. Nam Magdalena
audiebat verbum dn̄i in paucis ſermonib⁹
reſpectiue.ſed beata virgo nō ſolum audie⸗
bat filiū ſuū publice predicantē.ſed etiaꝫ in
priuato a pueritia vſq̄ ad morteꝫ audiuit
ab ei⁹ mellifluo ore verba vite eterne. Ipſa
enim prudentiſſima virgo quotidie inter⸗
rogabat filium ſuū de ſecretis celeſtibus. ⁊
ille ad eius conſolationē ſuauiter inſtrue⸗
bat eam de celeſtibus.vnde poſſumus cōſi
derare ⁊ cōtemplari q̄ ipſa bn̄dicta virgo
ſciens filium ſuum etiā in puerili etate tan
tam habere omniū ſciam quantā nūc hꝫ in
celis. Ponebat illū ad ſedendum. ⁊ ipſa ſta
bat ad pedes eius. ⁊ dicebat. Rogo te fili
dilectiſſime vt mihi dicas aliquid de ordi⸗
nibus angeloꝝ quō ſtāt in celis.qm̄ Moy
ſes ⁊ alij ꝓphete de hoc nihil dixerūt. Item
de animabus ſanctis qualiter in angelicis

I
Quō
Maria
ſuit cō
tēplati⸗
ua opti
mā ptē
elegit

choris collocabūtur? Cui dulcis ⁊ optimus
filius reſpōdebat. Mater mea chariſſima
ſcias q̄ ego cum patre meo ⁊ ſpūſancto cre
aui celū empyreū. qđ ita appellatur a pir.
qđ eſt ignis.quia ad modum ignis fulget.
Qđ quidē celum nouē angeloꝝ ordinibus
repleui.ſ.angelis.archāgelis.principatib⁹.
poteſtatib⁹.ꝟtutib⁹.dominationib⁹.thro⸗
nis.cherubin ⁊ ſeraphin. Et in iſtis ordini
bus ſpūum beatoꝝ collocabunt anime ſan
ctoꝝ ſm̄ eoꝝ merita. In ordine em̄ angelo
rū collocabūtur illi qui de peccatis ſuis pe
nitentiā facient. ⁊ ideo primū thema p̄dica⸗
tionis mee erit.pn̄iam agite.appropinqua
bit em̄ regnū celoꝝ Mat.iiij. In ſcđo ordi
ne.ſ.archāgeloꝝ qui eſt in decuplo pulchri
or ⁊ perfectior collocabūtur illi qui vltra pe
nitentiā habebūt etiā actualē deuotionem
que eſt plusq̄ penitētia. ⁊ ſic in opibus de
uotis perſeuerabūt.vt de ipſis verificetur il
lud Exod.xxxv. ⁊.j.Paral.xxix. Obtule⸗
rūt mēte promptiſſima atq̄ deuota p̄mitias
dn̄o. In tertio ordine.ſ.principatuū qui eſt
in decuplo ꝑfectior precedēte collocabūtur
miſericordes in operib⁹ corporalib⁹ ⁊ ſpūa⸗
libus de quibus ego dicam Mat.v. Beati
miſericordes.quoniā ipſi miſericordiā con
ſequentur. In quarto ordine poteſtatū ad⸗
huc in decuplo perfectiori precedēte colloca
buntur patiētes qui multa aduerſa equani
miter tolerabūt.quibus ego dicaꝫ Lu.xxj.
In patiētia veſtra poſſidebitis animas ve⸗
ſtras. In quinto.ſ.virtutū ponētur pacifici
qui cum omnib⁹ quantū in eis eſt paceꝫ ha
bentes.nulliq̄ malum pro malo reddētes
queſierūt etiā inter alios pacem ponere. de
quibus ego dicam Mat.v. Beati pacifici:
quoniā filij dei vocabūtur. In ſexto.ſ.do⸗
minationū beatificabūtur prelati taꝫ eccle
ſiaſtici q̄ ſeculares qui per portam intraue
runt ad dignitatē ⁊ nō per ſymoniā vel am
bitionē. ⁊ bene gubernauerūt ſubditos ſu⸗
os puniēdo malos ⁊ premiando bonos. de
quibus ps.cv.inquit. Beati qui cuſto.iudi.
⁊ faciūt iuſticiā in omni tēpore. De quib⁹
etiam dicet apoſtolus meus Paulus.j.ad
Thimo.v. Qui bn̄ preſunt: duplici honore
digni ſunt. In ſeptimo.ſ.thronoꝝ colloca⸗
buntur illi qui ꝑfecte ſeculū deſerētes pau⸗
pertatē voluntariā obſeruabūt. Qui mecum
iudicabūt mundanos.ſicut ego dicam eis
Mat.xix. De ipſis etiā dicā Mat.v. Bea⸗
ti pauperes ſpū.qm̄ ipſoꝝ eſt regnū celorū.

Quō
ſinguli
i ſingul'
ordini⸗
bus an
gelorū
colloca⸗
buntur

Jn octauo.ſ.cherubico ordine erũt ſapien⸗
tes doctores animaꝝ qui nõ ſolũ ipſi bene
viuẽt.ſed etiã alios ſua ſapiẽtia ⁊ doctrina
ad vitã eternã perducẽt.de quibus dr̃ Da⸗
nielis.xij.Qui docti fuerint fulgebũt ſicut
ſplẽdor firmamẽti.Et qui ad iuſticiã eru⸗
diũt multos quaſi ſtelle in ꝑpetuas eterni⸗
tates.Qui enim fecerit ⁊ docuerit.hic ma⸗
gnus vocabit̃ in regno celoꝝ.vt ego dicam
Mat.v.Jn vltimo autem ordine.ſ.ſeraphi
co qui ſicut omnes alij ꝑcedentes ſunt ꝑfe
ctiores in decuplo alijs inferiorib⁹.ita ipſe
eſt pulchrior ⁊ ꝑfectior in decuplo ipſo che⸗
rubico ordine.ſtabũt illi qui erũt ꝑfecti in
ardenti charitate ſuper omnes alios ſicut
apoſtoli ⁊ alij ſimiles.Seraphin enĩ ardẽs
interꝑ̃tatur.⁊ iſti implebũt preceptuꝫ meũ
Leuit.vj.vbi dixi. Jgnis ſemꝑ ardebit in
altari meo.De quo igne amoris ego dicam
Lu.xij.Jgnẽ veni mittere in terrã.⁊ qd vo
lo niſi vt ardeat?His autẽ auditis.dixit ei
virgo bñdicta.Et ego fili in quo ordine col
locabor?Cui benignus filius reſpõdit.Tu
mater mea chariſſima.quia perfectior es
omnibus creaturis in nullo iſtoꝝ ordinum
collocaberis.ſed ſuper omnes ſpũs angeli⸗
cos exaltaberis.Nam due cathedre ⁊ ſedes
fulgẽtiſſime ſunt nobis preparate in celo.
Una mihi in qua ſedebo vt rex celoꝝ.⁊ alia
tibi ad dexteram meã in qua ſedebis vt re⸗
gina angeloꝝ ⁊ omniũ ſanctorum. Et hoc
quidem figuratum fuit.iij.Regum.ij. vbi
legitur ꝙ cum mater Salomonis iret ad
eum.Jpſe Salomon aſſurrexit ei honora⸗
biliter.⁊ fecit parari matri ſue ſedem iuxta
ſedem ſuam.Alia autẽ die interrogabat vir
go beatiſſima filium de ordine iudicij vni⸗
uerſalis ⁊ de penis purgatorij ⁊ inferni.et
ſic per ſingulos dies doctrine eius intende⸗
bat.Quando autem cepit chriſtus publice
predicare.ſequebatur virgo bñdicta filium
audiẽs deuote verbum eius.vnde venera⸗
bilis Beda ſuper illud Luc.xj. Beati q̃ au
diũt verbum dei ⁊c̃.ait.Beataꝫ eſſe matrẽ
ſuam ſaluator dixit que verbum dei audi⸗
uit. ⁊ plus eꝙ̃ omnes mortales cuſtodiuit.

Secũdum opus vite cõtemplatiue oſten
dit euangelium Luce.x. in eo ꝙ Martha
dixit de magdalena.Soror mea reliq̃t me
ſolam miniſtrare.Hoc autẽ opus fecit bea
ta virgo precipue poſt chriſti aſcenſionem
que tota erat intenta orationi ⁊ cõtempla
tioni.vnde dicere poterat illud apoſtoli ad
Philip.iij.Noſtra autem cõuerſatio in ce⸗
lis eſt.Tertium ṽo opus quod poteſt nota
ri de vita cõtemplatiua eſt in hoc quod dici
tur.Porro vnuꝫ eſt neceſſariũ.Uita enim
cõtemplatiua ſolum illud cogitat.cupit et
diligit.qđ eſt neceſſarium vltime perfectio
ni humane abſtracta a pluralitate tempo⸗
ralium actionũ ⁊ occupationũ exterioꝝ.vn
de inuenit magnam quietẽ ⁊ dulcedinem.
⁊ eſt ſine mũdana ꝑturbatione.Et ideo de
ſapiẽtia que reperitur in cõtemplatione di
citur Sapiẽtie.viij.Nõ habet amaritudi⸗
nem cõuerſatio eius.neqꝫ tedium cõuictus
illius.ſed gaudiũ ⁊ leticiã.Et talis fuit bea
tiſſima virgo que ſoli deo adherebat ⁊ illi
ita cõiuncta erat vt ab omnibus terrenis
penitus ſeparata videretur.dicebatqꝫ cum
p̃s.lxxij.Mihi autẽ adherere deo bonum
eſt:ponere in dño deo ſpem meã.Unde de
ipſa inquit Hieronymus in ſermone aſſum
ptionis.Puto quicquid cordis eſt.quicq̃d
virtutis humane.ſi totũ adhibeas nõ ſuffi
ciat vt cogitare valeas.quãto indeſinẽter
cremabat̃ ardore pij amoris.Quantis mo
uebatur repleta ſpiritusancto celeſtium ſe⸗
creroꝝ incitamẽtis.dum reuolueret animo
cuncta que audierat.⁊ que viderat.⁊ cogno
uerat.nouis quippe inflammabatur quoti
die deſiderioꝝ affectibus.totamqꝫ eã incã⸗
duerat diuinus amor ⁊c̃.Ex quibus omni
bus patet quomodo ipſa bñdicta virgo ele
git optimã partẽ nõ ſolum vite actiue ſed
etiam cõtemplatiue.quod etiã manifeſtum
eſt ex his que ſcribit Hieronymus in qua⸗
dam epiſtola dicẽs ꝙ ipſa beata ṽgo a ma
ne vſqꝫ ad tertiã orationi vacabat.A ter⸗
tia ṽo vſqꝫ ad nonã circa aliqua opera ho⸗
neſta dedita erat.Poſt nonaꝫ autẽ angelo
deferẽte ſibi refectionẽ cum parcitate ⁊ gra
tiarũ actione eam ſumebat.Reliquum ṽo
tẽpus circa quattuor expẽdebat.quia aut
legebat.aut orabat.aut laborabat corpore.
ſed mẽte deo vacabat.aut loca ſancta viſi⸗
tabat.ſ.annũciationis angelice.natiuita⸗
tis chriſti paſſionis ⁊ ſepulchri atqꝫ locum
aſcẽſionis ⁊ cetera loca in quibus fili⁹ eius
aliqua mirabilia operatus erat. Quar L
to ipſa beatiſſima virgo elegit partem opti *Jn gra*
mã de gratie cumulatione.Deus enim ha *tijs ma*
bet quadruplicẽ gratie menſurã.de qua ha *ria opti*
betur Luc.vj.ſcꝫ bonã que eſt accipiẽtis iu *mã ptẽ*
ſtificationẽ.⁊ hec eſt pars bona.confertaꝫ *elegit*
que alicui cõfertur nõ ſolũ ad ſui iuſtifica⸗



tionẽ.ſed etiã ad alioꝝ ſaluationẽ.⁊ hec eſt
pars melior.Coagitatã qñ deus gratiaꝫ in
anima agitãdo que cõfirmat.ſicut facit his
quos in vtero ſanctificat.Et hec eſt ꝑs opti
ma.Suꝑ effluentẽ aũt quã in tãta abũdã⸗
tia tribuit vt eã accipiẽs de ſua plenitudine
in alios effundat.⁊ hec eſt pars peroptima
que fuit in chriſto ⁊ beatiſſima ṽgine.vn⸗
de illis dicere poſſumus illud apl̃i ad Eph.
ſ.ꝫm diuitias gratie eius que ſuꝑabũdauit
M in vobis ⁊c̃. Quinto elegit optimã partẽ
*Jn omĩ* de omni bono ſtudio ⁊ oꝑatione. Quidam
*oꝑatiõe* enĩ intẽdunt ꝓximo per eruditioneꝫ.⁊ hec
*optimã* eſt pars bona.Alij intẽdunt ſibi per diſcuſ⸗
*partem* ſionẽ.⁊ hec eſt pars melior.Alij ṽo inten⸗
*elegit.* dunt deo per vacationẽ.Et hec eſt ꝑs opti⸗
ma.Maria autem ⁊ proximo intendebat
per doctrinã.⁊ ſibi per cuſtodiã.⁊ deo ꝑ me
ditationẽ eternã.Unñ dicere poterat cũ p̃s.
lxxvj.Meditatus ſuꝫ nocte cũ corde meo
ſcꝫ deo vacando.⁊ exercitabar.ſ.proximuꝫ
erudiendo.⁊ ſcopebam ſpiritum meũ.ſ.con
N ſcientiam meam diligenter diſcutiendo.

*Jn celo* Secundo principaliter dico.ꝙ beatiſſi⸗
*optimã* ma virgo elegit optimã partem in celo.et
*partem* hoc poteſt cõſiderari multipliciter.⁊ primo
*elegit* quãtum ad ſubiectum in quo eſt glorifica⸗
ta.ſ.in corpore ⁊ anima.Gloria enĩ quam
deus dat ſanctis ſuis tres habet partes.
Una eſt qua glorificat eoꝝ corpora in ter⸗
ris.ſicut ſcriptum eſt Eccli.xx.Corpa eoꝝ
in pace ſepulta ſunt.⁊ nomina eoꝝ viuẽt in
ſecula.Et hec eſt pars bona.Alia eſt q̃ glo⸗
rificat animas eoꝝ in celo.de qua ſcriptum
eſt Apoca.vj.Date ſunt eis ſingule ſtole al
be.id eſt dotes anime.⁊ hec eſt pars meli⸗
or.Tertia ṽo eſt qua glorificat vtrũqꝫ.ſcꝫ
corpus ⁊ animã.quod erit in beata reſurre⸗
ctione.Et iſtam partẽ optimã Maria ele⸗
git que in corpore ⁊ anima glorificata fuit
Petrus ergo ⁊ Paulus ac ſanctus Jaco⸗
bus ⁊ multi alij ſancti habẽt partem bonã.
quia eoꝝ corpora honorãtur in terris.Ha⸗
bent etiaꝫ partẽ meliorẽ.quia eoꝝ anime
glorificãtur in celis.Sed nõ habẽt partem
optimã.quia eoꝝ corpora adhuc iacẽt in ſe
pulchris.Alij ſancti volant in celum cum
vna ala.id eſt cum gloria anime.Jſta autẽ
eſt illa mulier amicta ſole que volauit in de⸗
ſertũ.id eſt in celũ ab angelis derelictuꝫ cũ
duabus alis.id eſt cũ glorificatione anime
⁊ corporis.vt dicit̃ Apoca.xij.Alij ſancti ve
ſtiũtur tm̃ vna ſtola anime.Hec aũt eſt illa
mulier de qua dicitur Prouer.vlti.Byſſus
⁊ purpura indumentũ eius.Per byſſuꝫ enĩ
que eſt veſtis candida intelligit̃ glorifica⸗
tio anime.Per purpurã autẽ que eſt veſtis
regalis.vt notatur.C.nulli licere in frenis
l.ſ.in ṽbo clamidibus.intelligit̃ glorifica⸗
tio corporis ṽginalis quod de regali ſtirpe
deſcẽdit. Scđo cõſideratur eius glorifi⸗ O
catio quantũ ad moduꝫ quo aſſumpta eſt.
Quedã enim anime aſſumũtur in celũ per
vnũ angelum.iuxta illud Exod.xxiiij.Ecce
ego mittã angelũ meũ qui introducat te in
locum quẽ paraui tibi dicit dñs.Et iſta eſt
pars bona.Alie ṽo anime aſſumũtur a plu
ribus angelis.iuxta illud Lu.xvj.Factum
eſt vt moreret̃ Lazarus mẽdicus.⁊ porta⸗
retur ab angelis ⁊c̃.⁊ iſta eſt pars melior.
Sed ſi omnes angeli ⁊ ſancti ⁊ ipẽ xp̃s ob⸗
uiaret anime.⁊ eã glorioſe duceret in celum.
iſta eſſet pars optima.Et talẽ partẽ elegit
beata virgo.vt ſupra declarauimus. Ter
tio cõſiderat̃ quantũ ad locũ ad quẽ aſſum P
pta eſt.Alique enĩ anime aſſumunt̃ ad or⸗
dines infime hierarchie.⁊ iſta eſt pars bo⸗
na.Alie ṽo ad ordines medie hierarchie.⁊
iſta eſt pars melior.Alie aũt ad ordines ſu
preme hierarchie.⁊ iſta eſt pars optima.
Beata igitur ṽgo que ſuꝑ oẽs angelicas
hierarchias.⁊ ſuꝑ oẽm ſanctoꝝ altitudinẽ
eſt exaltata.iuxta illud qđ in figura dicit̃
Gen.viij.Requieuit archa ſuꝑ montes ar
menie.id eſt ſuꝑ oẽs beatos celeſtis curie.
Et vltra hoc eſt locata a dextris filij.iuxta
illud p̃s.xliiij.Aſtitit regina a dextris tuis
⁊c̃.Profecto optimã partẽ celi empyrei ele
git. Quarto cõſiderat̃ quãtũ ad officiuꝫ
ſibi cõmiſſum.Deus enĩ ei cõmiſit quadru Q
plex officiũ.ſ.ſuꝑ iuſtos ⁊ bonos vt eos in *Qua⸗*
gratia dei cuſtodiat.Et ideo illi canit eccle *druplex*
ſia.Maria mater gratie.⁊ iſta eſt ꝑs bo⸗ *officiuꝫ*
na.Jtẽ ſuꝑ peccatores ⁊ malos vt ad pñiaꝫ *deus cõ*
recipiat ⁊ cõuertat.Et ideo appellatur ma *miſit*
ter miſericordie.Et hec dicit̃ pars melior. *Marie*
Jtem ſuper morientes vt eos ab inſidijs dia
boli cuſtodiat ⁊ protegat.Et ideo ei cani⸗
mus.tu nos ab hoſte ꝓtege.Et iſta eſt ꝑs
optima.Jtẽ ſuꝑ mortuos.vt eoꝝ animas
ſuſcipiat ⁊ in celũ deducat.Et ideo ei cani⸗
mus.⁊ hora mortis ſuſcipe.Et iſta eſt pars
ſuperoptima. Quinto cõſideratur q̃ntuꝫ R
ad euaſionem.ſcꝫ omnis pene.Alique eniꝫ
anime iuſtorum vadunt ad purgatorium
quod eſt ſub terra.Jn quo pena ignis valde

terribili purgantur eorum peccata.de quo
igne habetur in.§.hic autem.de peni. diſt.
vij. Et hec eſt pars bona.quia licȝ patiātur
penas.tamē ſunt in gratia dei.vt per theo
logos in.iiij.diſt.xlv. Alie autē anime que
non cōmiſerunt peccata ita grauia.vt me⸗
reātur puniri pena ignis purgatorij:purgā
tur aliqua pena leuiori in hoc mundo ſm
Richar.in.iiij.diſt.xxj.arti.j.q.iij. Et diſt.
xlv.arti.j.q.ij. Et ſanctum Bonauē.in eo⸗
dem lib.diſt.xx.arti.j.q.vj. Aliquas etiam
animas ſic purgari teſtatur Gregorius in
iiij.dialogorꝫ. Et hec eſt pars melior. Alie
vero anime que nihil purgādum habent.ſed
plene bonis operibus tranſeunt de hoc mū
do.ſtatim ⁊ immediate celum aſcēdunt. Et
hec eſt pars optima. De iſtis em̄ ſic moriē⸗
tibus dicitur Apocal.xiiij. Beati mortui q̄
in dn̄o moriūtur. Ammodo enim iam dicit
ſpiritus vt requieſcāt a laboribus ſuis. Ope
ra enim eorꝫ ſequūtur illos. Que vba non
intelligūtur de euntibus ad purgatorium.
quia illi nō requieſcunt a laborib⁹ ſuis.imo
mo maiores patiūtur afflictiones ꝙ ante
patiebātur in hac vita. Iſtā ergo partē opti
mā ſup omnes beatiſſima virgo elegit.que
nihil vel minimū purgādum vnq̄ habuit.
⁊ omnib⁹ virtutibus ornata de hac vita mi
grauit. Et ideo ſup oēs ſanctos exaltata in
celeſti gloria fuit.

Pars ſcḋa huius ſermonis que dicitur
inuitationis.

S Legitur in p̄dicto lib.de trāſitu bea
Qualiṫ | te vginis.ꝙ tertia die ſue dormiti
p ſingu onis reſurrexit ipſa bn̄dicta mater
los ce⸗ dei preſentib⁹ apoſtolis.⁊ in celuȝ glorioſa
los fuit aſſumpta fuit. Sed cū Thomas ſolus de⸗
inuita⸗ fuiſſet.⁊ ideo ipſaȝ reſurrexiſſe credere nol
ta vt in let.ſtatim ex aere cincturam ipſius vginis
eis ma⸗ ad ſe delatā recepit.⁊ ſic credidit.hoc tamē
neret h̄ apocryphum reputatur. Legitur autem in
tractat hyſtoria entimiaca.lib.iij.c.iiij.ꝙ reſurgen
te beata virgine eius veſtimenta in monu⸗
mento remāſerunt cum ſudario.ſed poſtea
Iuuenalis epiſcopus hieroſolymitanus mi
ſit illa Marciano imperatori in vrbe con⸗
ſtantinopolitana vbi honorifice collocata
ſunt. Sed cōtemplationis gratia dicit qui⸗
dam deuotus p̄dicator.ꝙ ipſa benigniſſi⸗
ma vgo inuitata fuit.vt ſic glorioſa ſaltem
remaneret in terra p aliquos dies.⁊ potue
rūt fideles xp̄iani eam aſcēdere velle ad ce
lum cernētes allegare multas ſimilitudi⸗
nes quas ipſa habet cum terra. Et ponit | Qr ma
Alex.de ales aliquas earū ſup p̄s.xxiij.ex | ria ha⸗
ponēs illa vba. Dn̄i eſt terra.i.virgo Ma | bȝ mul⸗
ria.⁊ dicit iſtas ſil'itudines cōtineri in his | tas ſili
vſibus. Nigra.rotūda.capax.mediās.cir⸗ | tudineſ
cundata.feta. Integra.ſtās.humilis.cibat | cū terra
oīa.cōtinet aurū. Nigra aūt d̄r.q2 fuit de
genere iudeorꝫ.qui nigri fuerūt ⁊ obſcuri p
infidelitatē erga xp̄m. Itē q2 fuit vilis exte
rius reputata ab eis.vn̄ ipſa ait Can.j. Ni⸗
gra ſum ſed formoſa. Itē ſicut terra eſt ele
mentū qualitate obſcurū ⁊ de ſe opacū.vt
d̄r in.xiiij.li.de pprie.re. Item ipa bn̄dicta
vgo fuit nigra ⁊ obſcura in paſſiōe filij p
dolorē ⁊ afflictionē.iuxta illud Eſa.xxxiij.
Luxit ⁊ elāguit terra. Et eiuſdē li.c.lx.d̄r.
Ecce tenebre operiēt terrā.i.beatā virginē
Mariā. Scḋo ad modū terre fuit rotūda.
Sicut em̄ terra eſt elemētū figuratiōe ſpe
ricū.vt d̄r in p̄dicto li.de pprie.re.⁊ ponit
Baſili⁹ in li.examerō.ſic btā vgo fuit rotū
da.i.pfecta. Vn̄ illi inq̄t ſpōſus ei⁹ celeſtis
Can.vj. Ueni colūba mea.pfecta mea ⁊c̄.
Btā igitur vgo d̄r fuiſſe figure ſperice.in⸗
quātū habuit plenitudinē gr̄e. Nā ſicut fi⸗
gura ſperica pbat a pho eſſe pfectior oīum
figurarꝫ.ita ⁊ ipſa fuit pfectiſſima femina
rū. Id aūt qḋ phi vocāt ſperam terre:ſacra
ſcriptura appellat orbē terre. Glioſa ergo
vgo Maria eſt illa figura ſperica ⁊ orbicu
laris.de qua p̄s.lxxxviij.inq̄t deo. Orbē ter
re ⁊ plenitudinē ei⁹ tu fundaſti. ¶ Tertio | T
ſicut terra licȝ reſpectu celi ſit quātitate mi⸗ | ∴
nima.eſt tn̄ in ſe maxima. Vn̄ eſt omniū vi | j
uentiū corporaliū receptaculū.vt d̄r in p̄di
cto li.de pprie.re. Et ſimiliter beata virgo
licȝ reſpectu dei ſit minima.tn̄ in ſe eſt ma
xima ⁊ capaciſſima.adeo ꝙ vt ipſa inquit
Eccli.xxiiij. Qui creauit eā requieuit in ha
bitaculo eius: Que ergo fuit receptaculum
dei.etiā oēs ad ſe cōfugientes recipiet. Ipa
em̄ eſt refugiū ⁊ receptaculū ſecurū omniū
ad eā deuote recurrentiū. Et ppter hoc da
ta eſt hominibus a deo.iuxta illud p̄s.cxiij.
Terrā aūt dedit filijs hominū. Vn̄ ipſa nō
ſolū eos recipit benigne qn̄ ad eā cōfugiūt.
ſed etiā miſericorditer inuitat vt ad ipſam
recurrāt.dicēs Eccli.xxxiiij. Trāſite ad me
oēs qui cōcupiſcitis me ⁊c̄. Hec enim eſt il
la terra de qua inquit propheta p̄s.xxxij.
Miſericordia dn̄i plena eſt terra. Quar | V
to terra eſt mediū mundi.vt d̄r in dicto li⸗
bro de pprietatib⁹ rerū.⁊ ponit Iſid.li.xiiij.



Ethim̄.c.j. Et ſimil'r beata vgo eſt media
inter deū ⁊ hoīem.que ita bene mediauit
ꝙ p eius mediū ſalutem deus homini con
tulit. De quo p̄s.inq̄t.p̄s.lxxiij. Opat⁹ eſt
ſalutē i medio terre. Et figurata fuit ipſa
benedicta vgo p heſter.q̄ liberauit populū
iſrael morti adiudicatū Heſter.iiij. Et p⸗
pter hoc in die paſſionis ſtetit iuxta crucē
ex parte aq̄lonis.quaſi iter pctōres ⁊ filiū
X ſuuȝ. Quīto ſicut terra eſt circūdata aq̄s
ita beata vgo fuit circūdata tribulationi⸗
bus i morte filij. Et ſicut aque nō ſubmer⸗
gunt terrā.ita nec aque tribulationuȝ po⸗
tuerūt ſuffocare vginem glioſam.iux̄ illḋ
Can.viij. Aque multe nō potuerūt extin⸗
guere charitatē. Sexto ſicut terra aque
Y glutino ſuaṫ integra.vt d̄r in p̄dicto lib.
de pprie.re.⁊ ponit Baſilius in li.exame⸗
ron. Ita beata virgo glutino aque diuine
gratie ſuata eſt ſemp integra p vginita⸗
tem.iuxta illud Eſa.xj. Ecce vgo cōcipiet
⁊c̄. Et Ezech.xliiij. Porta hec clauſa erit
Z et nō aperieṫ ⁊c̄. ¶ Septimo ſicut terra eſt
∴ ſtabilis.iux̄ illḋ Eccl's.j. Generatio pterit
j ⁊ generatio aduenit.terra aūt in eternuȝ
ſtat. Et ideo ſm Iſid.xiij.ethim̄.d̄r ſolum
quia eſt elementū ſolidū. Item diciṫ mūdi
fundamentū.quia oīa alia corpa mundi
moueṅt circa eam.ſ.celum ignis.aer ⁊ aq̄
ſed ipa ſtat ſicut fundamentū immobile.
Sic beata vgo ſicut fidei fundamētū fuit
ſemp ſtabilis in ea.apoſtolis tamē ⁊ alijs
chriſtianis ab ea recedētib⁹ tpe paſſionis
chriſti. Item ipa ſemp ſtat corā deo ad in⸗
tercedendum p nobis ſicut pmiſit Eccli.
xxiiij.dicens. Uſq3 ad futuruȝ ſeculum nō
deſinam.i.vſq3 ad diem iudicij nō ceſſabo
A interpellare deū p vobis. Octauo terra
eſt corpus infimū.ſicut celū eſt ſupremum
iuxta illud Prouerbiorꝫ.xxv. Celū ſurſum
⁊ terra deorſum. Et ſimil'r beata virgo in
cōſideratione de ſe infimā ⁊ abiectā ſemp
reputauit.vnde viliſſimo ⁊ infimo nomie
feminarū ſe ancillā appellauit dicēs Luc.
B p̄mo. Ecce ancilla dn̄i ⁊c̄. ¶ Nono ſicut d̄r
∴ in li.de pprietatibus rerū.xiiij.⁊ ſunt vba
j Iſid.xiij.ethimo.terra oīa cibat.et nutrit
oīa indigētia alimēto.⁊ ſimil'r beata vgo
cibauit totū mūdū fructu vteri ſui.de quo
p̄dixerat p̄s.lxxxiiij.di. Dn̄s dabit bēigni
tatē.⁊ terra noſtra dabit fructū ſuū.vnde
de ea d̄r Prouer.vltimo.dedit cibaria an
C cillis ſuis.i.deuotꝫ. Decimo de t̄ra inq̄t
Iſid.vbi.ſ. Terra mater eſt fecūditatꝫ.q̄a
nullū vegetabile poteſt creſcere niſi in ter⸗
reſtri ſubā radiceṫ. Et ſimil'r btiſſima vgo
fertiliſſima fuit.de cui⁹ fertilitate exponi
poteſt illud Geneſ.j. Producat terra her
bam virentē.i.oīs vtutis operationeȝ.
Undecimo de t̄ra ait Iſid.vbi.ſ.ꝙ na
tural'r eſt frigida ⁊ ſicca. Et ſil'r btā virgo
fuit frigida ⁊ ſicca p carnis incorruptionē
q2 caruit humore luxurie ⁊ calore cōcupi⸗
ſcentie.vnde de illa exponi poſſet illud Iu
dicū.xv. Terrā aridā dediſti mihi.⁊ Deu⸗
tero.xxviij. Terra quam calcas ferrea eſt.
Ferrū em̄ eſt frigidū ⁊ ſiccū. Duodecio
de terra inq̄t Baſilius vbi.ſ.⁊ ponitur in
p̄dicto li.de pprie.rerū.ꝙ eſt corpus eq̄li⸗
bus ſpacijs a celo remotū.⁊ ideo celi cētrū
a ſapiētibus eſt vocatū.vnde ⁊ phs iquit.
ꝙ terra eſt pprijs equilibrata ponderib⁹.
Quelibȝ em̄ ſuarū partiū ſuo pōdere nitiṫ
ad mūdi mediū.quo niſu ⁊ inclinatiōe ſin
gularium partiū tota circa centrū eq̄libra
ta ſuſpendiṫ.⁊ equaliṫ immobilis retineṫ
ſicut ſcriptū eſt.qui fundaſti terram ſuper
ſtabilitatē ſuā.nō inclinabiṫ in ſeculū ſe⸗
culi.hec Baſilius. Et ſimil'r btiſſima vgo
diciṫ centrū celi.q̄a ad ipam oēs reſpiciūt
tanq̄ ad mediatricē.⁊ ipa ſemper fuit fir
miſſima in dei amore.ſicut p̄dixerat p̄s.
xcij.di.de deo. Firmauit orbē terre q̄ non
cōmouebiṫ.⁊ equalib⁹ affectionū bonaruȝ
pōderibus ſemp librata fuit medio axe di
uine charitatis.⁊ ad hoc exponi poſſet illḋ
Claudiani dicētis de deo li.j. Tellurē me⸗
dio librauerit axe. Decimotertio de ele⸗ D
mēto terre dicit Baſilius vbi.ſ.ꝙ ē oīuȝ
corporꝫ corpulentiſſimū.⁊ ſimil'r btā vgo
fuit corpulētiſſima per p̄uilegiationeȝ.q̄a
ipa corpus virgineū poſſedit in mūdo.et
corpus diuinū portauit in vtero.⁊ corpus
glorioſum poſſedit in celo.vnde de deuotꝫ
eius dici poteſt illud.j.Paral.iiij. Inuene
runt terrā latiſſimā.quietā ⁊ fertilē. Cor⸗
pus em̄ beate vginis fuit terra q̄eta a paſ
ſionibus carnalibus p vginitateȝ.fertilis
p fecunditatē.⁊ latiſſima p glie eṫnitatē.
Decimoquarto de t̄ra inq̄t Iſid.vbi.ſ. E
⁊ poniṫ in dicto li.de pprie.rerū. Quāuis
terra ſupficial'r exteri⁹ ſit indecora: intri⸗
ſecus tamē cōtinet multa p̄cioſa.ex q̄dam
em̄ celeſtis influētie impſſione in interio⸗
ribus terre venis p̄cioſe gemme ⁊ nobilia
metalla generanṫ.vnde ⁊ terre vtuoſitas

ſub quadā extriſeca deformitate occultaꝰ.
hec ille. Et ſimil'r bñdicta ꝟgo in exterio-
ribus ſe paupculā τ viliſſimā oñdebat. ſed
intus diuitijs ſpūaliū donoꝝ plena erat.
vnde de eius exteriori abiectōe exponi po
teſt illud Hierem̄. iiij. Aſpexi terraꝫ τ ecce
vacua erat. τ illud Gen̄. j. Terra aūt erat
inanis τ vacua. De diuitijs ꝟo ſpūalibus
ipſa dicere poteſt illud Gen̄. xlj. Creſcere
F me fecit deus in t'ra paupꝑtaꝭ mee. Deci-
moq̄nto terra ſm̄ ſe tota eſt quieta. et nō
ſolum ſibi: ſed etiā alijs. vnde inq̄t Iſi do.
vbi. s. Terra dꝛ ſolū. quia eſt elemētū ſoli-
dum cuiuſlibet corꝑis quātūcūq̄ ponde-
roſi ſuſtinens totam molē. vnde quelibet
grauia ſurſum mota quouſq̄ terrā ſtabilē
tangat ꝑmanent inquieta. ſed cū ꝑuenerit
ad terrā quietanꝰ. hec ille. Et ſimil'r btiſſi
ma virgo ſemꝑ fuit quietiſſima per mētis
ſue pacificationē: τ ab omībus animi va-
gationibus remotioneꝫ. vnde ei attribuiꝰ
ſabbatū quod eſt dies quietis. iux̄ illō Le-
uit. xv. Sabbatuꝫ erit terre veſtre. omnes
quoq̄ ei adherētes ꝑ deuotionē quietos τ
trāquillos facit. ita vt de ipſis poſtea dici
poſſit illud. ij. Paral. xxiij. Letatꝰ eſt ppl's
G terre τ quieuit. Decimosexto terra diciꝰ
ſcabellū pedum dei Mat. v. Et ſimil'r fuit
beata ꝟgo ꝑ filij dei ſuſceptionem. Quaſi
enī pedes dei q̄bus mediātibus ſtetit ī eiꝰ
vtero fuerūt anima τ caro xp̄i. Et iō inq̄t
ip̄e deus Eſa. lxvj. Terra eſt ſcabellū pedū
meoꝝ. Decimoſeptimo vt dꝛ in p̄dicto li.
de ꝓprie. re. Bona terra ſi roꝛe fuerit ꝑfu-
ſa aut compluta mollificaꝰ. impinguaꝰ et
melioraꝰ. Et ſimil'r quāto melius cultiua
tur: tāto maioꝛ fructuuꝫ abūdantia ab illa
ꝓduciꝰ. Et econtrario eſt de nō cultiuata.
iuxta illud Ouid. in. v. de triſtibus. Fertil'
aſſiduo ſi nō renouaꝰ aratro. Nō niſi cum
ſpinis germē habebit ager. Et pari modo
beatiſſima ꝟgo fuit cultiuata aratro ſpiri
tusſancti. et madefacta roꝛe gratie dei. vn̄
de illa dꝛ in figurā Iudicū. vj. omnis terra
H roꝛe madens. Decimooctauo vt inquit
Terra Iſid. xiij. ethimolog. Terra ideo ſic appel
dꝛ hu- latur. quia teriꝰ. Et humus diciꝰ ab humi
m⁹ tell⁹ do mari cui ꝯiungiꝰ. Et tellus. qꝛ fructus
ops ari eius tollimus. Item dꝛ ops. quia opē fert
da frugibus. vel quia ex ip̄a conſequiꝰ opem
viuens quelibet corporal'r viuēs creatura.
Diciꝰ quoq̄ arida: qꝛ arature et culture ē
apta. vel quia ab aqua ſiccitate τ ariditate

ꝓpria eſt diſtincta. Qꝛ enī humida ſit. hoc
ab aque vicinitate ꝓcedit. Et ſimiliter ip̄a
benedicta ꝟgo diuerſis tribulatōibꝰ attri-
ta. cōgrue terra appellari poteſt. fuit enī a
ꝑfidis iudeis ſepius cōculcata τ deſpecta.
vt in p̄cedenti ſmone diximus. Unde ipſa
dicere poteſt illud p̄s. lv. Cōculcauerunt
me inimici mei. Appellari quoq̄ poteſt hu
mus ab humido humilitatꝭ. et tellus quia
de gratijs eius om̄es tollimus. iuxta illud
Bernardi. De plenitudine eius accipiunt
vniuerſi Item ops. qꝛ oībus ad eā recur-
rētibus opem impēdit. vnde in corona no
ſtra ei dꝛ. Per te han gratia turi. I crea-
ture. Ciaſcuno afflicto in te remedio tro-
ua. Poteſt etiā appellari arida. quia vnuſ-
quiſq̄ poteſt in ea arare ꝑ deuotionē. Un̄
de ip̄a exponi poteſt illud Hierem̄. xxvj. τ
Michee. iij. Syon q̄ſi ager arabiꝰ. Quili-
bet aūt arans hāc aridā poteſt ſperare ꝙ
maximū fructū recolliget. iuxta illud. j. ad
Coꝝ. ix. Debꝫ in ſpe arare q̄ arat. Uhe aūt
in diebꝰ illis quādo verificabiꝰ de hac t'ra
illud Geneſ. ij. Homo nō erat qui oꝑareꝰ
terrā. Arida etiā diciꝰ. i. ſicca ſcilꝫ ab omni
humoꝛe peccati. vnde qꝛ nec in corꝑe nec ī
anima vnq̄ꝫ habuit vllā feditatē ſeu corru
ptionē peccati. Ideo de illa exponi poteſt
illud Iudicū. vj. In omī terra ſiccitas. τ de
ipſa etiā exponi moralit' poteſt illud Gen̄.
p̄mo. Appellauitq̄ aridā terrā. Hec eſt
illa terra de qua dicit deus cuilibꝫ deuoto I
ſuo illud Geneſ. xij. Ueni in terram quam
mōſtrauero tibi. de qua etiam in figuram
dixit moyſi Geneſ. xv. Semini tuo dabo
terrā hanc. Quā quidē terraꝫ dedit nobis
habitandā dicēs illud Geneſ. xx. Ecce t'ra
coram vobis eſt. Et ideo vnicuiq̄ deuoto
cultiuatori eius inq̄t ip̄e deus. In pingue
dine terre erit bn̄dictio tua Geneſ. xxvij.
Omnes ergo chꝛiſtiani negocientꝰ in hac
terra que ſpacioſa τ lata ē Geneſ. xxxiiij.
De qua etiā in figuraꝫ dixit deus Moyſi
Exod. iij. Terra in qua ſtas ſancta eſt. O
igiꝰ deuoti chꝛiſtiani conſiderate terram
qualis ſit Nume. xiij. Quia ſi eā bene cōſi-
derauerit dicetis. Terra quā circuiuimus
valde bona eſt Num̄. xiiij. Hec eſt illa ter
ra de qua in figuram dixit moyſes. Deuꝰ.
viij. Dn̄s deus tuus introducet te in terrā
bonam. terrā riuoꝝ aquarūq̄ τ fontium.
in cuius campis erumpūt fluuioꝝ abyſſi.
Terram frumenti oꝛdei ac vinearū. in qua



ficus τ malogranata et oliueta naſcūtur.
Terrā olei ac mellis. in qua abſq̄ vlla pe-
cunia comedes panem tuū. τ rerū omniū
abūdātia ꝑfrueris. Gratias igiꝰ agimus
tibi dn̄e deus qui verificaſti in nobis illud
Ioſue. xxiiij. vbi dixiſti. Dedi vobis terraꝫ
in qua nō laboraſtis. vnde nos dicere poſ
ſumus illud Iudicū. xviij. Uidimꝰ terram
valde opulentā. Et de nobis dici p̄ot illō
j. Paralip. iiij. Inuenerūt terrā latiſſimā
quietem τ fertilē. Beatus igiꝰ ille de quo
dici poterit illud Iob. j. Poſſeſſio eius cre
uit in terra. Qui cōfidēter dicere p̄ot illud
p̄s. xxvj. Credo videre bona dn̄i in terra
viuentiū. Omnes ergo peccatores qui vo
lunt ſaluari debēt ꝑ deuotionē virginis
verificari facere illō p̄s. lxxj. Inimici eius
ſcꝫ dei. terram lingēt: et nō eſſe de illis de
quibus diciꝰ Prouerb. x. Impij nō habi-
tabūt ſuꝑ terrā. Hec eſt illa terra de qua
diciꝰ Canticoꝝ. ij. Floꝛes apparuerunt in
terra noſtra. quia floꝛes omniū virtutum
refulgēt in ꝟgine maria. Hec eſt illa terra
que abſq̄ p̄cio poteſt comparari. iux̄ illud
p̄s. xv. Pro nihilo habuerūt terrā deſide-
rabilem. Hec eſt illa deo gratiſſima terra.
de qua in figurā dixit ei Salomon Sap̄.
xij. Que tibi omniū charioꝛ eſt terra. Et iō
nos ei valde obligati ſumus qui nos fecit
inhabitatores terre ſue ſancte Sapiē. xij.
de qua Eccl's. j. diciꝰ. latitudinē terre quis
dimēſus eſt. quaſi diceret. nullus. τ eiuſdē
libri. c. xx. ſcriptū eſt. Qui oꝑaꝰ terrā ſuā
viſitabit aceruū fruguꝫ. De qua terra crea
ta eſt medicina omniū ſaluandoꝝ. iuxta
illud Eccl'iaſtici. xxxviij. Altiſſimꝰ de terra
creauit medicinā. De qua etiaꝫ diciꝰ Eſa.
xj. Repleta eſt terra ſcientia dn̄i. Si quis
aūt vult a deo gratias recipere. p̄us debet
ad iſtam terraꝫ aſpicere. vt verificeꝰ illud
Eſaie. xlix. vbi diciꝰ deo. vultu in terrā de
miſſo adorabūt te. Deus auteꝫ dicet vni-
cuiq̄ deuoto matris ſue illud Hierem̄. ij.
Recordatus ſum tui quādo ſecuta es me
in terra que nō ſeminaꝰ. Per quam ſigni
ficaꝰ ꝟgo benedicta que virili ſemine non
fuit ſeminata. Hec eſt illa terra q̄ in omni
ſua parte fuit gl'ificata. vnde dicere poſſu-
mus deo illud p̄s. cvij. Super oēm terram
gloria tua. De quo etiaꝫ dicere poſſumus
illud Baruch. iiij. Fecit terrā in eterno tē
poꝛe. hec eſt illa terra de qua dicit ip̄e deꝰ
Ezechiel. xx. Seruiet mihi omnis domus

iſrael in terra in qua placebūt mihi. Sed
heu quia de quibuſdā cōqueri poteſt deus
dicēs illud Hieremie. xvj. Contaminaue-
rūt terrā meam. ſcꝫ eam infamādo τ pre-
dicando fuiſſe peccato cōtaminataꝫ. Ego
autē dico ei illud Iohelis. ij. c. Noli timere
terra. ſed exulta et letare. zelatus eſt eniꝫ
dominꝰ terram. Et ideo faciet ab omībus
cognoſci ꝙ nunq̄ꝫ fuit macl'ata. ſed ſemꝑ
de ipſa ꝟgie dici potuit illud Abacuch. iij.
Et laude eius plena eſt terra. Ipſam eniꝫ
terrā ab omī corruptione mirabilit' ꝑſer-
uauit deus. De quo diciꝰ p̄s. xiij. Qui fa- K
cit mirabilia in celo τ in terra. Dixerūt
ergo fideles chꝛiſtiani vidētes beatiſſimā
ꟶginem in anima τ corꝑe glorioſam velle
in celum aſcēdere. Poſtq̄ꝫ tot ſimilitudi-
nes cū terra habuiſti. τ totiēs in ſacra ſcri
ptura nomīe terre figurata fuiſti: placeat
maieſtati tue morari aliquātulum ſuꝑ ter
ram. vt de hac terra materiali verificetur
illud Eſaie. vj. Plena erat omīs terra ma
ieſtate eius. Beata autem virgo reſpōdit
paulo. qui forte erat vnꝰ ex poſtulātibus
hanc grām. O Paule. nōne tu dixiſti ad
Coloſſen̄. iij. Si cōſurrexiſtis cuꝫ chꝛiſto q̄
ſurſum ſunt querite. nō que ſuper terram.
Preterea his tempꝑibus verificata eſt illa
ſentētia Iuuenalis poete dicentis. Terra
malos hoīes nūc educat atq̄ puſillos τc̄.
Et illud Oſee. iiij. Non eſt veritas. nō eſt
miſericordia. non eſt ſciētia dei in t'ra. Naꝫ
maledictum homicidiū. furtū τ adulteriū
inūdauerunt ſuꝑ terrā. Et ideo nolo re-
manere amplius in ea. Tūc vt cōtempla- L
turꝫ quidaꝫ deuotus dixit ei vnus alius ex
ip̄is fidelibꝰ chꝛiſtianis. O benedicta ꟶgo
ſi in terra habitare non vis: ſaltē ſuꝑ aq̄s
aliquibꝰ diebꝰ remanere digneris. Tu enī
habes ꝓprietates aque. de q̄bus ſcriptum
eſt in libro de ꝓprietatibus re. vbi dicitur.
Aqua eſt inter omīa elemēta vtiliſſimum Aq̄ ꝓꝑe
elemētū. Celum enī tempꝑat. terrā fecūdat tates.
aerē ſuis vapoꝛibus incorꝑat τ cōdenſat.
ſcandit in ſublime. τ celū ſibi vēdicat. Aq̄
etiā ſunt oīum naſcentiū cauſa: q̄a fruges
gignūt. ac arboꝛes τ plātas ꝓducūt. Item
ſoꝛdes detergūt. peccata abluūt. et potum
ſitiētibus tribuūt. Eſt inſuꝑ aq̄ terre con-
tinuatiua. ꝑnetratiua. ac repletiua. et nu-
tritiua omniū inferioꝝ. caloriſq̄ celeſtis
temperatiua. niſi enī hec inferioꝛa ſuis ex-
altionibus temperaret: omīa in nihiluꝫ ꝑ

conflagratione vi caloris verterent. Hec
ab aialibus potata nutrimentū traducit i
carnis vegetationē. Hec piſcibꝰ dat ſpira-
culū: ſicut aer aiantibus prebet vitā ⁊ ani
mationē. Hec ſui diffuſione per iteriores
partes terre facit partium eius vnionem.
Terra eñ ꝓpter intēſionē ſiccitatꝭ diſſolue
ret in puluerē niſi pars cū ꝑte hūoroſita-
te aquea vniret. Hec omniū colorū ⁊ ſapo
rum eſt ſuſceptiua. Hec mouet a fundo ſi-
ue centro ad circūferentiā, nec ſiſtit donec
quietet eius ſupficies ſc̄m equidiſtantiā
a cētro terre. Hec inſup lucē a radijs ſolis
receptā reflectit i celeſtia ⁊ refundit. Et iō
quia ſupficiē habet ſpecularē, ꝑ actionem
reflexi lumis rerū obiectarū imagines in
ſe repñtat, ⁊ intuentiū facies ad modū ſpe
culi manifeſtat. Hec etiā radios ſolis ipſiꝰ
ſubam penetrātes diffundit, ⁊ in āpliorē
latitudinē extendit. Et ideo res in ſe viſas
facit apparere maiores ꝙ̄ ſint in ſeipſis.

Quō Maria ꝑ aquā ſigṫur

Quas etiā ꝓpetates tu beatiſſima ꝟgo et
multas alias habes in teipa. ſicut ꝑpēde-
re poteſt qlibet q̄ tuas velit ꝟtutes: ⁊ excel
lentias pſcrutari. Tu etiā figurata es per
illam aquā de qua dr̄ Nume. xix. Qui aq̄
expiationis nō fuerit aſpſus immūdꝰ erit
⁊ manebit ſpurcitia eius ſup euꝫ. De qua
etiam dr̄ eiuſdē lib. c. xxi. Quicquid igneꝫ
nō potuerit ſuſtinere aqua expiatiōis ſan
ctificat. Peccator eñ qui ignem diuine iu
ſticie ⁊ vltionis ſuſtinere nō poteſt. per te
ſanctificat vt igne infernali nō comburat
Tu es aqua frigida. i. refrigeratiua anime
ſitienti Prouer. xxv. Tu es illa aq̄ in qua
reſplēdet vultus pſpitientiū Prou. xxvij.
Tu es aqua de petra altiſſima ꝓpinata.
Sap. xi. id eſt a deo miſſa hoibus. de qua
dicit Eſa. l. Computreſcēt piſces ſine aq̄.
Piſces eñ. i. hoies qui in mari huiꝰ mūdi
ſunt poſiti. deficiēt ſine deuotione ⁊ prote
ctone tua. Sed heu quia tu ꝯqueri potes
de quibuſdā indeuotis tuis, ⁊ dicere illud
Hierem. ij. Me dereliquerūt fonteꝫ aque
viue. Tu etiā es aqua puriſſima de qua fit
mētio Ezech. xxxiiij. Tu es fons aq̄ ſplen
dide de quo habet Apocalyp. xxij. Tu es
aqua vite, de qua dicit pallegato ca. Acci
pe aquā vite gratis. Tu es appellata ma
ria a cōgregatione aquarū, i. gratiaruꝫ in
te, iuxta illud Geneſ. j. c. Cōgregationes
aquarū appellauit maria. Et in eodē. c. dr̄
Spūs dñi ferebat ſuper aquas, ergo ⁊ tu
debes ſup eas ferri. ⁊ nobiſcū aliquandiu
cōmorari. Reſpōdit aūt beatiſſima virgo.
Cum in ſacra ſcriptura per aquas etiam
ſignificet peccatū, iux illud Canticoꝝ. viij.
Aque multe nō potuerūt extinguere cha-
ritatem. Item cuꝫ ꝑ aquas tribulationes
deſignēt. Unde in pſona filij mei i paſſio-
ne poſiti pdixerat ꝓpha ps. lxviij. Saluū
me fac deus qm̄ intrauerunt aque vſqꝫ ad
animā meā. Et ideo idem ꝓpheta dicebat
deo ps. cvi. Libera me de aq̄s multis. nō
videt cōueniēs ꝙ ego remaneā ſuper aq̄s
que in anima ⁊ corpore glorificata dicere
poſſum cum eodē ꝓpheta ps. xvij. Aſſum-
pſit me de aq̄s multis. Aſcēdit ergo btā
ꝟgo i aera ꝙ appellat celū aereū, vt inq̄t
Franciſcus de mayro, in quodā ſermone.
quia ſua ſpera totā terrā ⁊ aquam ambit.
Et ideo demones habitātes in aere appel
lantur aues celi ⁊ volucres Math. xiij. et
Lu. viij. quia circūquaqꝫ volitāt. Qꝫ autē
aer dicat celum: patet Prouerbiorū. xxx.
ibi. Uiam aquile in celo ⁊c̄. et. ij. Paralip.
vi. vbi dicit. Si clauſo celo pluuia nō flu-
xerit ⁊c̄. Item appellat aer celum. inſti. de
rerum diui. §. fere. et. ff. de vſufruc. l. ſi cu-
ius. §. inde queſitū. Inuitata autē fuit btā
ꝟgo vt aliquo tempe remaneret in aere.
Et potuit illi ſic dici. cuꝫ vt dicit in libro de
ꝓprietatibus rerū, aer naturalit ſit ſuiip-
ſius diffuſiuus et extēſiuus, trāſparenſqꝫ
et pſpicuus. ⁊ celeſtis ꝟtutis ac influen-
tie ⁊ impſſionis ſolaris lumis receptiuus
⁊ ſuper oīa alia elemēta leuiſſimꝰ, ⁊ ꝟtutē
reſpirādi omibus animātibus miniſtrati-
uus. Quas oēs cōditiones aeris ⁊ multo
plures ⁊ excellētiores tu virgo benedicta
habes, ſicut patet cōſideranti tuas ꝓroga
tiuas. Tu eñ gratias tuas liberaliſſime
omibus cōmunicas ⁊ diffundis. Unde di
cere potes illud Sap. vij. Sine inuidia cō
munico. Tu es oibus tranſparēs ꝑ oium
ꝟtutū exemplaritatē. Tu celeſtis ⁊ diuine
gratie ⁊ eterni ſolis influentiā ſup omnes
creaturas recipiēs illumiaris, ita vt de te
dici poſſit illud Apoc. xxi. Claritas dei il-
luminabit eam. Et illud Sap. x. Dedit illi
claritatē eternā. Nūqꝫ eñ aliqua tenebra
peccati te obſcurauit. Nā a tua cōceptione
remouit deus oēm pcti originalis tenebro
ſitatē: ita vt de illo dici poſſit illud Uirg.
v. eneyd. Aera dimouit tenebroſuꝫ ⁊ diſpu
lit vmbras. Tu etiam ſup omēs ſanctos

M
Qꝫ maria hꝫ ꝓpetates aeris.



mitiſſima ⁊ manſuetiſſima. Uñ tibi canit
eccl'ia dicēs. Uirgo ſingularis int oēs mi-
tis. Tu etiā es illa de qua dici poteſt illud
Job. xij. In cuiꝰ manu anima ois viuētis
et ſpūs vniuerſe carnis. Reſpōderūt autē
angeli dicētes. Que ſocietas lucis ad tene
bras? ij. ad Cor. vi. Quāuis eñ aer in ſu-
periori parte ſit lucidus ꝓpter ſolē ſupexi
ſtentē. ⁊ in inferiori parte ꝓpter radiorū
ſolariū reuerberatōeꝫ. In medio tñ int'ſti-
tio eſt obſcurus ⁊ tenebroſus. in q̄ hitant
demones. vt ꝑ theologos in. ij. ſen. diſ. vi.
vbi Tho. arti. iij. Et ibi manēt ad hoīum
exercitationē, ſecū tñ ſemp portātes ifer-
nū. nō materialr nec localr. ſed ſpūaliter.
vt iquit glo. ſup Jaco. ij. c. dicēs. Demōes
quocūqꝫ vadūt ſemp ſecum infernum por
tant quo ſemp ardēt. In eodē quoqꝫ loco
vt inq̄t Bonauē. in. ij. di. vi. in q̄ſtionibus
circa lr̄am. eſt turbulētia ⁊ vexatio ⁊ varie
tas impſſionuꝫ. Et hinc eſt ꝙ frequenter
mouēt ventos ⁊ tempeſtates ac pluuias.
In ipſo etiā loco eſt frigiditas. ⁊ ibi gene-
rant tonitrua, fulgura ⁊ grādines. Dixe-
runt ergo angeli btē ꝟgini. Aſcende ſupiꝰ
N Lu. xiiij. Cuꝫ igit beatiſſima ꝟgo ad ſpe
ram ignis ꝑueniſſet: rogata eſt vt ibi ali-
quantulū remaneret. Et potuit ſic ei dici.
Tu beata ꝟgo ꝑ charitatꝭ ardorem ſemp
cū deo manere delectaris. Deꝰ aūt aſſimi
latur igni. Unde Deut. iiij. dr̄. Deꝰ noſter
ignis cōſumens eſt, ergo in igne debes ali
quātiſp remanere. maxime qꝛ ignis ſpūſ-
ſancti te ſuper oēs alios ampliꝰ inflāma-
uit. Unde ſic inq̄t ſanctꝰ Odilo in quodā
ſmone. Credimus ipām interfuiſſe gau-
dijs aſcēſionis dñice. ⁊ in die ſancto pēthe
coſtes cū apoſtolis ſpūſſcti graꝫ ꝑcepiſſe.
quā cōſtat eam a cōceptione xp̄i pleniſſi-
me habuiſſe, hec ille. Quia enī tu ꝟgo ad
receptionē ignis ſpūſſancti te ceteris am-
plius ⁊ diligētius diſpoſuiſti. ⁊ ceteris ſol
licitius coſtodiſti. ideo ipē ignis ſpūſſācti
maiorē in te operationē ⁊ ꝟtutem habuit.

Quattuor diſpoſitiua ad recipiēdū ſpm̄ ſanctū.

Quattuor eñ ſunt diſpoſitiua ad recipiē-
dum ſpm̄ſanctuꝫ. que oīa tu pfectiſſime
habuiſti. Primū eſt deuota oratio. Ad qō
innuendum dixit ſaluator Joh. xiiij. Ego
rogabo prēm ⁊ aliū paraclytū dabit vob.
Unde canit eccl'ia. Orātibꝰ apoſtolis deū
veniſſe nūciat. Hoc aūt tu ꝟgo benedicta
habuiſti. De apl'is eñ ſpm̄ſanctū recipien
tibus ſcriptuꝫ eſt Act. j. Hi omnes erant
pſeuerātes in orōnibus cum maria matre
ieſu. Scōm diſpoſitiuum eſt pfunda hu-
miliatio. iuxta illud Eſa. lxvi. Sup quem
requieſcet ſpūs meus niſi ſup humileꝫ ⁊c̄.
Tu ꝟgo ſup omēs humillima fuiſti. Unde
in tuo cātico ceciniſti. Reſpexit hūilitateꝫ
ancille ſue. Quaꝓpt Petrus rauen. ſup
Miſſus eſt: ait. Ecce quā vocauit āgelus
dñam: ipā ſe agnoſcit ⁊ confitet ancillaꝫ.
quia deuotus animꝰ ifuſis bñficijs creſcit,
⁊ ad obſequiū auget ⁊ grām, nō auteꝫ ad
ſuperbiā ⁊ arrogātiā pſilit vel ꝑtumeſcit.
Tertiū diſpoſitiuū eſt cordis purificatio.
Unde ꝓpheta volēs petere ſpūſſancti ifu-
ſionem. Primo petit cordis mūdationeꝫ.
dicens ps. l. Cor mundū crea in me deus:
et ſpm̄ rectum innoua in viſceribus meis.
Tu ꝟgo hanc purificationē ſup omēs ha-
buiſti. quā pater eternus ſanctificauit. iux
illud ps. xlv. Sanctificauit tabernaculum
ſuū altiſſimus. quā filius qui eſt ſplendor
patris illuſtrauit. Unde Apoc. xij. appella
ris mulier amicta ſole. ⁊ quā ſpūſſanctꝰ pu
rificauit. iuxta illud Lu. j. Spūſſctūs ſup-
ueniet in te. Quartū diſpoſitiuū eſt mētis
trāquilla vacatio. Unde xp̄s inq̄t apoſtol
Lu. vlt. Sedete in ciuitate q̄uſqꝫ iduami-
ni ꝟtute ex alto. Sedete. i. a ſuperfluis cu
ris quieſcite. Tu ꝟgo pfectiſſime obſuaſti
ſemp illud ps. xxxiij. Guſtate et videte qm̄
ſuauis eſt dñs ⁊c̄. Qꝫ aūt igneꝫ ſpūſſancti
ſup oēs alios cuſtodieris manifeſtuꝫ eſt.

Quattuor cōſeruauerūt ſpiritūſcm̄ i maria

Nam q̄tuor fuerūt que iſtū ignē in te cu-
ſtodierūt. Primū eſt qꝛ in te habuiſti ignē
diuinū ⁊ ꝑpetuū qui nunqꝫ extinguit. ſ. dei
filiū qui in vtero tuo nouē mēſibꝰ habita-
uit. Nā lꝫ ꝑ natiuitatē tuā receſſerit a tuo
ventre: nō tñ receſſit a tua mēte. ſed ſemp
ignē ſpūſſancti in te incēdebat. Ipſe enim
inq̄t Lu. xij. Ignē veni mittere in terraꝫ. ⁊
quid volo niſi vt ardeat? Scōm eſt. qꝛ ha
bebas pabulū ꝯtinuū. i. bona opa. Nunqꝫ
eñ ocioſa fuiſti. Unde de te dr̄ Prou. vlt.
Panē ocioſa nō comedit. Et iō in te veri-
ficatū eſt illud Leui. vi. Ignis ſemp arde-
bit in altari meo. i. in te, q̄ fuiſti altare dei.
Quē nutriet ſacerdos. i. xp̄s ſummꝰ ponti
fex. ſubijciēs ligna. i. ꝟtutū opera ꝑ ſingu
los dies. Tertiū eſt. qꝛ habebas ſufflatori-
um. i. amorē dei qui cōtinue cor tuū incen
debat ⁊ in cor tuū ſufflabat. Quod quideꝫ
ſufflatoriū quia multi nō habēt. iuxta illō
Hierem. vi. Defecit ſufflatorium in igne.

